

123256
82
83

1538

~~Ustante 38~~
~~Andana 8ª~~
~~Vol 6~~

38
8
2

DE REGIO PATRONATV INDIARVM.

AVCTORE

D. PETRO FRASSO

I. C. TVRRITANO,

TOMVS SECVNDVS.

DE REGIO PATRONATV INDIARVM

AVCTORE

D. PETRO FRASSO

I. C. TVRRITANO.

TOMVS SECVNDVS.

DE REGIO PATRONATV INDIARVM. QVÆSTIONES

ALIQVÆ DESVMPTÆ ET DISPVTATÆ, IN *ALIA* QVINQVAGINTA CAPITA, PARTITÆ.

AVCTORE

D. PETRO FRASSO

I. C. TVRRITANO, IN REGIO LIMANO SENATV FISCI PATRONO.

EMINENTISSIMO CARDINALI

D. D. PASCHALI

DE ARAGON,

ARCHIEPISCOPO TOLETANO,

HISPANIARVM PRIMATI,

ET GVBERNATORI D. S.

DICATÆ.

TOMVS SECVNDVS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

MATRITI.

Ex Typographia Imperiali, apud Iosephum Fernandez à Buendia.
Ann. M. DC. LXXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





TRACTATVS DE REGIO PATRONATV INDIARVM.

EMINENTISSIMO HEV.
CARDINALI
D.D. PASCHALI ARAGON D.S.
DICATVS.

AVCTORE
D. PETRO FRASSO
in Limano Regio Senatu
Fisci patrono.

G.a Fosman faciebat Matriti. 1679.

BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA



EXCELLENTISSIMO PRINCIPI,

ET EMINENTISSIMO D.

D. PASCHALI DE ARAGON,

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE Presbytero Cardinali, titulo Sanctæ Balbinę, Neapolitano Proregi, Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primati, & Gubernatori, Regnorum Caſtellę Magno Cancellario, Catholicę Maieſtatis abs Status Conſilio, &c.

Don Petrus Fraſſo, ſuus humilis ſervus S. P. & F. P.

DILATA animi vota patientiam fatigabant, vt TIBI, EMINENTISSIME PRINCEPS, non Patrono, ſed Creditori, hæc monimenta rependerem. Spes enim magnas ſine ingenti cruciatu animus non parturit, imò & ſuo torquentur vota conceptu. Teſtor NVMIMA conſcia curarum ingenij, quæ voluntatis ſtimulos admouentes, angebant potius animum, quam iuuabant. Nam pectoris anguſtijs impatiens coarctabatur amor, qui vt ignem natura refert, ſperamentis obſtruſis viuatiori flammarum impetu proſiliturus erumpit, fluminis inſtar, quod vbi frigeſcentibus nubilorum involucris præmitur horriſono tonitruum fragore, per fatiſcentes ætheris hiatus, exploditur.

Verum immenſa præter cæteras ſubijt cura, vt quæ PRINCIPI dicarentur, Principe digna forent; ideò opus hoc DE REGIO PATRONATV, ac de animarum cura Regularibus, in his Indiarum partibus commendata, de tam remoto ſidere, de tam peregrino cœlo, ad magnitudinis TVÆ aras ſiſto; Licet enim cætera ornatum omnem habeant à forma, hoc vnum opus, inverſo naturæ ordine, formam omnem accipit à materia; nunc ſane duplici ex cauſa REGIVM, cum AD TE pervenerit; quippe ingenium amoris eſt, voluntate ope-

ra cudere, vt ſolvat, ne indigam rerum inopiam patiens, beneficijs, quæ cito veteraſcunt, grauetur. Sæpe enim torpentem hebetudine naturam exuit, diſertam induturus, inconcinnas, ruſticaſque voces cothurnantis mutuans, vt placeat.

Cerno equidem, proprias laudes & præconia audire continentiſſimo PRINCIPI eſſe graue, nec modeſtiſsimas TVAS aures huiuſmodi orationibus ita facile accommodari! tamen qua ſoles humanitate, concedendum nobis eſt, ne gratitudinem ita præmamus, vt non aliquando erumpat; ſi enim in alterutro peccandum nobis eſt, malumus ingenio noſtro, quam TVÆ modeſtiæ conſulere. Nam *ſi quando fœlicitatis præſentia ſilentium ruperit & verecundiam Principis vicerit, quæ, qualiaque decernimus, non recuſabit, vt appareat non ſuperbia tumentem faſtidioque nauſeantem, ſe ampliſsimos honores repudiare, qui minores non dedignetur*; & quidem *fœlicitas ſumma eſt quod de Principe acturi, non tam veremur, ne nos in laudibus parcos, quam ne nimios, putet.* Scimus equidem maluiſſe TE laudes commereri, quam ferre publicas: tantoque difficilius commendationes audire TVAS, quanto commendabiliora facere delectaris; & hæc eſt ſumma laus, communem laudem detrectare: *Tolerabis tamen indigentiam noſtram, quæ ſi dignitati non conſuluit tuæ, facere non poteris, ne tu idem ipſe ſis, quem laudamus; nec ſeiungere argumentum ab opere; tutum ſane hoc, quia quod te continet, magnum erit.*

Plin. in Paneg. ad Traian.

Suglar. in elogijs.

Natales EX REGIA MAIORVM proſapia TE ducere;

Mœcenas Atauis edite Regibus,
ò & præſidium & dulce decus meum.

Horat. lib. 1. Od. 1.

Fauentis naturæ eſt opus, atque hic quidem TVÆ gloriæ campus eſt latiſsimus, præiuiſſe TIBI MAIORES, Auita ſtirpe multa per ſæcula Regio, Imperatorioque ſanguine ſplendentes,

——— cui priſca propago
Auguſtis venit à Proauis, quam dicere digno
non datur eloquio; nec ſi modo ſurgat Auerno,
qui cantu flexit ſcopulos, digitiſque canoris
impulit, auritas ad plectrum currere ſyluas.

Guardiol. de nobil. c. 46. Bourdill. lib. 2. c. 16. n. 144 Amay. in l. 1. C. de fund.

Quorum nomina argento, quod ſingulari honore CVDVNT, exarata vigent. Fœlicem TE fœlicem, cui MAIORVM virtutis hæredem eſſe A SVPERIS datum; fœliciorem, qui poſteris omnibus virtutis TVÆ hæredes eſſe dediſti; *Qui indecorum à tua egregia indole reputans, alienis geſtis commendari; magna puer, adoleſcens maiora, maxima proiectiori ætate, virtutis & ſapientiæ trophea comparaſti.* Hinc IN TE vno tot, tantæque catenantur naturæ charites, pietatis decora, virtutum ornamenta, vt diuiſa ſingula, ſingulos magnos efficiant, vt pluribus Heroibus formandis, plura ſuperſint; ni Heroas omnes præteruolare dicamus, vt ſupra Heroica nominanda velimus. Hinc nec leui aſſentationis nota, TIBI illud Enodij ad Theodoricum, rite adoptamus, *Tantis conſtas inſignibus, quanta facerent viritim diſtributa perfectos.* Non ſecus ac totius orbis portentum Rhodius ille Coloſus, è cuius digitis proceræ magnitudinis Gigantes efformari poterant. Nam ſi ad Pietatem, ſi ad Religionem, ſi ad Sapientiam Principis ſpectes, vndequa-

Limitroph. lib. 11. n. 9. Soler. de reform. monet. in præfat. n. 2. Carranç. de monet. 2. p. c. 2. §. 1. Scomborner. in Politic.

Ennod. in paneg. ad Theodoric.

que

que diuino quodam NVMINE aflatum, aſpiciens, in animi ſtuporem abibis. Vnde TE illud Genebrardi non verebor plane referre. *Si quis de Numinis magnitudine obcœcatus ambigeret, de tua in ſacris ſolertia & ſedulitate maximum coniectaret.* Quin Regius PRINCIPIS animus fœlicitate ſuperetur; *Nec quidquam tam præclarum aut tam magnificum eſt, quod non moderatione temperari deſideret.* Sunt nimirum. *Continentia & moderatio in altiſsima quaque fortuna eminentia bona*; vſque adeò, *magnæ eſt fœlicitatis, à fœlicitate non vinci.*

Genebrard. in Chron. fol. 11

Valer. Maxim. lib. 4. c. 1. in fin.

Quint. Curt. lib. 6. Auguſt.

Hæc omnia A REGIA nobilitatis propagine TE haurire quis ambigat? Regios enim mores genus Regium infundit. Parentes habuiſti toto orbi notiſsimos D. D. HENRICVM RAMON FOLCH ARAGON ET CORDOVA Ducem de Segorve & Cardona, magnum Aragoniæ Comeſtabilem, Comitem de Ampurias & de Prades, Vicecomitem de Villamur, Marchionem de Pallas & de Comares, plurium Ciuitatum, Baroniarum, Villarum, & Locorum Dominum; & D. D. CATHARINAM FERNANDEZ DE CORDOVA Marchionis de Priego Filiam, quos à Regio, tum Aragoniæ, cum Caſtellæ, Luſitaniæ, Franciæ, & Imperij genere, originem trahere, cum citra dubium ſit, inconcuſſæ fidei teſtimonijs auctoritatem augere, ſupervacaneum duxi. *Laudentur incogniti, vt eorum merita in occulto ſita, teſtimonij ſplendor irradiat,* Ego enim ſi confluentium INTE,

Symmach. lib 2. Epiſt. 25.

> *Tantarum ſperem cumulos aduoluere rerum,*
> *ſi partem tacuiſſe velim, quodcumque relinquam*
> *maius erit.*

Claud. paneg. 1. ad Stilic.

Hoc vnum dixerim EX TVA, vt quondam ex Deciorum familia; *Nihil naſci mediocre, tot probatos eſſe, quot genitos.*

Caſsiod. libr. 3. var. Epiſt. 8.

Teſtor aſſiduitatem TVAM ſtudio literarum, ſic iugiter affixam, vt fœliciſſimæ naturæ, quæ dederat vberrimæ, quod ſcire poſſes, hoc perſiſtentis laboris fœnus retribueris, quod vberrimæ ſcias. Qui vix vnum quandiu per ſalutis incolumitatem licuit ſine Muſis diem, vix vnam laboris immunem horam paſſus es præterire; qui ſtatutas ab alijs feriatæ quietis inducias, ſapientiæ ſolitus eſt facere vectigales, generoſis ingenij fœtibus præla fatigaturus, ni IMPERIIS deſtinatus intermiſſionis literariæ iuſtitium cum ipſa Minerva paciſci compelleris. Verum inter ſapientiæ proceres ſua magnitudine prope ſidera tangentes, ingenij & doctrinæ beneficio aſſequutus es, EMINENTISSIME PRINCEPS, vt & MAGNVS eſſes & EMINERES, & qui in celebrioribus Europæ theatris, velut in ſapientiæ Cœlo, inter primæ magnitudinis ſidera numerabantur, fœlicitati tribuerent, quod TE ſolis inſtar radios vibrante, lucere quoque & ipſi poſſent; Nam *merito tenebreſcunt lumina, quæ feruntur ad ſolem.* Tegebaris tamen ſub ſplendenti Diui Bartholomæi trabea, quin ſatis ſplendeſcere poſſes; cum, Hiſpania plaudente, Eminentiſſimus D. D. Balthaſar de Moſcoſo & Sandoual, Archiepiſcopus Toletanus, TE ſupremam Hiſpaniæ Metropolim decoratum adſciuit, vt & eſt aliquando hominũ mens futurorum præſcia, procul à triopode & Dodonea quercu, EX TE IPSO Toletum

Emman. Theſaur. in elogijs.

omi-

ominabatur, fore vt generoſam olim invidiam expleres ; *Imperaueras prius animis fortunæ imperaturus* ; vt citra labentis rotæ caſus culmen dignitatis aſcenderes ; cui olim quidem præfici meruiſti, ſed neſciſſet prorſus quantum TIBI deberet Toletana Eccleſia, ſi ante præfectus eſſes ; *Ideò expectatum eſt tempus in quo liqueret, non tam accepiſſe te beneficium, quàm dediſſe. O nouum atque inaud tum ad Præſulatum iter! non propria cupiditas, ſed aliena vtilitas TE Præſulem fecit* ; O virum ſane egregium, nullo præconiorum ambito complectendum.

Plin. ad Traian.

Plin. ibidem.

Nec paſſa eſt ARAGONIA TVA aliena æmulatione ſuperari ; itaque Sacro & Supremo Senatui regendo, iure quidem ſuo TE expoſtulauit ; & hinc fœlicitatis meæ primordium, vbi TE Dominum & Patronum adeptus. *Nimirum quemadmodum hederæ ſolæ relictæ in altum non euehuntur, validas autem celſaſque arbores amplexæ vna creſcunt & attolluntur ; ita homines ad honores dignitateſque aſcendunt, vbi Magnis, & Principibus viris ſe aliungunt ; vtpote quorum auctoritate creſcunt & radices in Republica agunt.* Sed heu fortunæ inconſtantia ! invida Roma Hiſpanæ fœlicitatis TE Cardinalitio collegio nobis eripuit ; verum quo Eccleſiæ bono ! nempe, vt PRINCEPS pacis efrenem Megeram viperinis crinibus horridam, inter Romanum Pontificem Galliarumque Regem ſimultates & odia, ruinam paritura, euomentem, PRVDENTIA ET AVTHORITATE compeſceres, nam

Elias Rauſner. in Corona Politica.

Claud.

--------Peragit tranquilla poteſtas,
quod violenta nequit. --------

In tanta ergo rerum fœlicitate hoc vnum miror, ſuperbiam indiſcretam Principum pediſequam, procul abs TE ire iuſſam, nihilque vanæ ambitioni, nihil tumidæ arrogantiæ eſſe relictum ; eoque hoc eſt decus admirabilius, quo rarius, quippe ea ſcabie fortunarum laborat ingenium, vt qui potentia floret ampliori, eo ardentiore febri & prurigine corripiatur inſoleſcendi ; *Vix enim cuique contingit, & abundare fortuna, & indigere ſuperbia.* TV vero eo ipſo charus omnibus ac deſiderandus, quia TE MAGNVM eſſe neſciebas ; *Apud eos ſemper maior & clarior, quibus poſtea contigiſſes*, contigiſti Neapolitano Regno, in cuius moderamine parem TIBI Principem non vidit. Nam, *cum vita Principis cenſura ſit morum, ad hanc diriguntur populi, ad hanc conuertuntur* ; & eorum more, quæ fluminibus innatant, rapiuntur, non eunt ; *nec tam imperio illis opus eſt, quam exemplo,*

Scombron. in paneg.

Plin. ad Traian.

Idem.

Claud.

--------Nec ſic inflectere ſenſus
humanos edicta valent, quam exempla regentum.

Ex Italia TE nobis Hiſpania reſtituit, quo Neapolis luctu ! qua Hiſpaniæ Curiæ expectatione ? qua pelagi lætitia, credito ſibi ſacro oneri ſecura malatia blandientis ? Alias ſuperbi fluctus PRINCIPEM ſecreta quadam virtute ſentientes, tunc inſidioſam ferociam poſuere ; Dijque

Horat. lib. 1. Od. 9.

Strauère ventos æquore feruido
deprælianteis.------

blandiſsimoque auſtro à pupiflante noſtris appuliſti litoribus ; *Tam æqualiter enim ab omnibus ex aduentu TVO lætitia percepta eſt, quam omnibus veniſti*, omneſque quidquid decurſu ſæculorum profectum

Plin. vbi ſup.

ctum est, in hominum acclamationibus, illud omne aduentus TVI fastisaggestum vellent. Et cum TIBI, EMINEMTISSIME PRINCEPS, nihil ad amplificandum decorem supereſſet, vnica excepta creſcendi materia in Toletanam Metropolim aſcendere iuſſeris A REGINA, tunc vere pia, tunc prudens, tunc AVSTRIACA cum TE iam ad Pincipatum destinatum, aſcendere iuſſit. In quo hæc TVA impenſior cura, hæc TVA gloria, hæc peculiaris TVI animi teſſera, non ſuddítorum cenſu æraria cumulare, non arcas opibus grauare, vbi aurum merito pallidum, quod etiam ſeris vectibuſque incluſum auaræ manui inſidias paret, tunc ſolum lætari viſum, cum profunditur exiles, egenteſque ſubleuaturum; ſiquidem *hanc ſibi nobilitas legem imponit, vt debere ſe, qu od ſponte tribuit, exiſtimet, & niſi in beneficijs ſuis creuerit, nihil ſe præſtitiſſe putet.* Rauſner. vbi ſupr.

Nullum à te indonatum diſcedere pateris; nullum, qui miſeriam ſentit, reuerti, qui te non miſericordem ſentiat. In omnibus TVA natiua pietas florida germinat, grata vireſcit, maxime in pectore pauperum; quorum cura TIBI connaturalis à prima ætatis aurora fuit, ſiquidem eorum ſubleuatio IN TE adeo tanto ſtudio viguit, vt cum Paulino dicere poſſim. *Tu quippe pauperibus ager fertilis, tu fundus es fructuoſus, & illi vicíſsim tibi locuplex & pretioſa poſſeſsio ſunt.* Otioſum namque reputas ærarium, quod miſeris ſubeniendis non impenditur; errant enim qui pecuniam quæ erogatur, perdi putant, non ſecus ac barbarus, qui metallum aut æs perire præſumeret cum liqueſcit & ex eo funditur flatua. Tot TIBI fundis ſtatuas, EMINEMTISSIME PRINCEPS, quot pauperibus eleemoſynas profundis; *Quibus daturus alimenta hoc maximum præſtas, ne rogeris; quodque gratiſsimum eſt accipientibus, ſciunt dari ſibi, quod nemini eſt ereptum, locupletatiſque tam multis, pauperiorem eſſe factum neminem, præter Principem.* Das eo modo quo pauperes volunt accipere; *libenter, cito & ſine vlla dubitatione; ingratum enim eſt beneficium, quod diu inter manus donantis hæſit, quod quis ægre dimittere viſus eſt, & ſic dare, tamquam ſibi raperet, ab hiſce beneficijs non impetratur, ſed neceſsitate extorquetur remedium.* Plin. vbi ſup. Plin. vbi ſup. Senec. libr. 2. de benefic.

Res ſacra TVO gremio foues, & PIETATIS TVÆ vberibus prolectas, cuius beneficio priſtinam formam, eamque vegetiorem oſtentant, quod, vt aſſequaris, nihil intentatum relinquis. Cuncta pietatem redolent, quam EX TE accipiunt, non mutuantur; *facias hoc ſemper, nec vnquam in hoc opere, aut animus TVVS, aut fortuna LASSETVR. Dent TIBI Superi ætatem quam mereris, ſeruent animum, quem dederunt,* quo nec humanitas auctoritatem, aut fælicitas dignitatem, aut ſeueritas amorem diminuat. Hæc pariter in vniuerſum ſummi cum infimis vouent; nam *cum TIBI ſalus TVA inviſa eſt, ſi non ſit cum ſalute omnium coniuncta;* AD TE enim veluti ad ſalutis anchoram in vndoſo calamitatis pelago omnes confugiunt. Plin. vbi ſup. Idem.

Aliud ex alio occurrit carptim breuiterque perſtringendum, nempe comitas TVA, qua deſideria ſua quilibet explicat apud TE, & ad aram clementiæ TVÆ deponit, quin importuni ianitores obicem acceſſuris præcludant. O virtutem Cœlo profectam, & ipſa raritate commendabilem. Humanitatem ſectare, nam *cui nihil ad augendum faſtigium* Idem.

ſu-

ſupereſt, hoc vno modo creſcere poteſt, ſi ſe dimittat.

Hos ingenij fructus, quos A TE accepi, TIBI iterum rependo EMINENTISSIME PRINCEPS, *Luſiam enim fluuium referre pigeret, qui cum pellucidis vndis manet teterrimos generat piſcium greges*; Sic enim *ingrato homine terram peius nihil creare.* Helyodromum auem Indicam ſector, quæ mox nata euolat ad Orientem verſus ſolem, vt ipſi de vita gratuletur. Veniam dabis conſilio meo, cuius ipſe cauſam tribuiſti. Liber hic inſtilatæ a TE ſapientiæ fœtus eſt, qui dum ſe reſpicit, & ſi Auguſtiſſimum illud TVVM ſolium adire reformidet, tamen dum gratiam quam mihi conciliaſti attendit, ſibi audet polliceri fore, vt quem CREDITOREM ſibi gratulatur, eundem quoque PATRONVM habeat. Hic ſiſto, plura enim cumulare volentem pudor TVO ore renidens, impedit, modeſtia TVA vetat, quin metus adulationis retardet, cum non ſit pertimeſcendum, ne ſupra fidem aliquid enuntiare videar, vbi veritas Principe eſt inferior, nam

Cauſin. in ſymbol. Publius Syr⁹. Cauſin. ſup.

Nobilitare poteſt noſtram tua gloria Muſam,
& tibi Muſa poteſt addere noſtra nihil.

Symmach.

Verum hæc citra inuidiam ſint dicta, quia etiam *fama magnorum virorum celebritate careret, ſi minoribus teſtibus contenta non eſſet.* Hoc verum ſcio, quod licet in vniuerſa Hiſpania.

Vox diuerſa ſonat, populorum eſt vox tamen vna,
cum verus Patriæ diceris eſſe Pater.

Martial. lib. 1. Epig. 3. de ſpectat.

Viue ergo Reipublicæ vniuerſæ, iamque mihi concede, vt poplite flexo liceat TIBI gratiſſimum VALE dicere. *Vale* igitur EMINEMTISSIME PRINCEPS, tot habere dignus ſtatuas, quot annus dies, tot viuere, quot æternitas annos. Ex Muſæo noſtro Argentino V. Kalend. Octob. M. DC. LXXV.

PER-

AVCTORIS

PRAEMONITIO AD Lectorem.

OPVS hoc, vt Typis excussum Eminentissimi Domini mei pedibus, non oblatum, sed ex debito redditum, restitutum, ederetur in lucem, à distantibus Indiarum Occidentalium partibus in Hispanias *anno* 1675. missum fuit. Sed naues prima & secunda, quibus successiuè traditum est transuehendum in Argentino maximo, ac capitali flumine naufragium passæ sunt. Ideò ad optatas Europæ oras appellere, vsque ad præsentem annum 1679. non patuit iter; & vbi appulit, Dominum, heu me! suum & meum, *medio in spatio integræ ætatis ereptum, quamuis, quantum ad gloriam longissimum æuum peregisset*, continuo accepit; *O lux Hispaniæ, spes ò fidissima nostri.* In mentem venit, an præhabitam, fas videretur, mutare epistolam; tota merito *in luctum conuersa cithara mea, & organo meo in vocem flentium*; an eadem, sempiternam Principis memoriam, proprijs virtutibus partam, & Maiorum, *longa Cæsarum serie tumentem, Atauisque editam Regibus*, indicans, continuaret. Ergo Gloriam inter & Mausolæum, siue *inter spem, metumque iactatum animum, spes vicit.* Itaque addendum nihil aut detrahendum putaui, præter ea, quæ Insignium lateribus adhærentia pagina prima demonstrat. VALE.

Tacit. in vit. Agric.

Virgil.

Iob. 30. in fin.

Horat. lib. 1. Od. 1.

Tacit. lib. 2. Histor.

PER

PER ILLVSTRI,

AC CONSVLTISSIMO DOMINO

Licentiato Don Petro Fraſſo, iam Guathemalenſis Prętorij ac Platenſis Senatus Regio Fiſci Patrono, nunc integerrimo Quitenſi Senatori, maiora pro merito adepturo.

LICENCIATVS DON EMMANVEL DE PEÑALOSA & Manſilla, in Argentina Metropoli Excanonicus Doctoralis, poſt primam & ſecundam Dignitates, ibidem Primicerius, diu ferèque aſsiduus Examinator Synodalis, ad Sanctæ Cruciatæ Tribunal Commiſſarius Generalis Subdelegatus, Prouiſor Vicarius Generalis, ac totius Archiepiſcopatus Gubernator,

Ad accuratiſsimi de Regio Indiarum Patronatu operis laudem & Authoris elogium.

Sub occaſione huius Secundi Tomi à naufragio enatantis, iterumque Hiſpaniam repentis ſimul cum Domino & Auctore, qui ad Regium diploma permiſiuum iter arripit ò! fauſte, ò! fœliciter,

D. D. P. F.

QVID ni? Sapientiſsime Domine multis mihi titulis colendiſsime, poſt quaſſas nauigij tabulas liber iſte remeauerit liber? Quid, poſt naufragium in Bonorum Aërum angiportu euaſerit incolumis bono aëre? Quid? niſi diſerto fato, ne orphano abeunte cauſareris

Ouid. lib. 1, triſt. Eleg. 1,

---------Sine me liber ibis in Vrbem,
Hei mihi! Quò Domino non licet ire tuo.

En iam licet, conceſſa etiam tibi à benigniſsimo noſtro Monarcha ſimul eundi copia: vt ita ad tui ſpiritus velamen volatibus feratur gnauis nauis, tranetque illæſum aquoſa occeani volumina volumen iſtud, tutante *Regium mare*, Regio Patrono.

Nec

Nec abs re inscribitur de Regio Indiarum Patronatu, etenim si vt notabat Dominus Solorzanus inter pretiosiores Catholici diadematis lapillos Patronatus candicat Indicus, merito iureque optimo per Regium Fisci Patronum graphicè & apprimè defensatur: quippe qui cedet in altius tui ornamentum (vir clarissime) pro ratione operis, iurisque tibi commendati tanquam sacratioris stemmatis Americanæ Regiæ Coronæ; spondet ita, adstipulaturque disertissimus Cassiodorus, *Plerumque honor ex commendatis acquiritur, nec tale est cellam vinariam tuendam suscipere, quale pretiosa diademata custodire; illa quæ potiora credimus, ad conseruandum melioribus damus, & in quibus sustinere damna non patimur, fidelioribus quoque mentibus applicamus.* *Camill. Borell. de præstant. Reg. Cath. cap. 46 In Polit. libr. 4. c. 2. vers. Y antes.* *Lib. 1. ep. 42.*

O! quam assiduis fidelissimæ tuæ mentis lucubrationibus hanc Regij diadematis gemmam potiorem, cuius splendori nec opponi, nec præscribi quidquam patietur, vt nusquam passus est Dominus, tibi inter cætera commendatam fœliciter nisus, & potis es tueri, domi forisque in foro, in Senatu, vel calamo, vel ore, nec tibi parcens, nec muneri æquius plausuro Claudiano, ac in panegyrico Mallii Theodori Consulis. *D. Solorz. in Polit. d. cap. 2. lib. 4. vers. Pero, &c.*

Ingenij redeunt fructus, alijque labores
Et vita pars nulla perit, quodcumque recedit
Litibus, incumbit studijs, animusque vicissim
Aut curam imponit populis, aut otia Musis.

Nec mirum: *polite siquidem studij forensi cote multifarie prædicatur ingenium, nutristi facundiam exercitatione causarum, expertus es, quam suaues afferat fides fructus, vt etiam ipso conciliet corda regnantium*: vt de consimili Regis Fisci Patrono iterum meus aiebat Cassiodorus. O quàm adamussim gessisti morem regiæ iussioni, dum Regalis Maiestas talem te crearet, te sub eiusdem Aurelij verbis aureis honorans, ibi: *Hæc in te speculator virtutum noster sensus inspexit, ijs apud nos suffragijs placere meruisti, vt dignus existeres ad publicas causas, qui gessisti hactenus sub integritate priuatas: sume igitur Fisci nostri tuenda negotia in vtendis officij tui priuilegijs decessorum exempla secuturus*: audiens inquam fuisti (Auditor optimè) nec tantum secutor, ausim dicere, sed superator, quod ex duplici tuo volumine patebit. *Cassiod. lib. 1 epist. 22.* *Idem ibidem.*

Quid enim in assumptu desiderabile, quod non attigeris, ornaueris, impleueris, viritim, floride, vbertim? & quidem primus primariusque duplex vno spiritu corpus adspirans, tùm acumine, cùm grauitate totam componens iuris Patronatus harmoniam, vt appositè tibi aptetur, quod aliàs de Hiagni dixerat Apuleius: *Primus Hiagnis in canendo manus discapedinauit, primus duas tibias vno spiritu animauit, primus læuis & dextris foraminibus acuto tinnitu, & graui bombo concentum musicum miscuit.* O in vtroque æqualis & æquus volumine dulcissime iuris Amphion! nam *vt quantum mea opinio est* (iterum prò me adsit tersus Africanus) *pars ista posterior præ illa quæ ante vertit, nec argumentis sit efferior, nec sententijs parior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior, sed gemino voto, pari studio, simili stylo*, vt idem alibi. *Floridorum lib. 1.* *Lib. 3. Floridorum in fin.* *2. Floridorū.*

Quid circa materiam commendatissimam, vtpote Indiarum potiorem illis vel illis tam primi, quàm huius secundi laboris tractatibus non deductum, non exhaustum? Quid crica delicatissima Regij Patronatus theoremata excogitabile, quod non recensitum, digestum exantlatum? Vniuersa materiei doctrina medullitus exarata, iam quemuis peritiorem securioremque reddet, sicut antea his libris, nec dum exhibitis tremulo, nec satis fixo pede intactam adoriebamur Syluam; repetat Paulus I. Consultus, quod alias enuntiabat, *Studiosum alicuius doctrinæ posse dicere, sua interesse, illos aut illos libros sibi exhiberi, qui si essent exhibiti, cùm eos legisset doctior, aut melior futurus esset.* *In leg. Ad exhibendum 19. ff. ad exhib.*

Equidem profectò; indefessa namque, & negotiorum, & librorum evolutionem, tu in publico foro, cum in priuato studio Auctorem nouimus & vidimus inhiantem, de quo veracius dicere, & operi spondere æternitatem haud inficiaretur Martialis.

Totos dat tetricæ dies Mineruæ,

Dùm centum ſtudet auribus virorum,
Hoc, quod ſæculo poſterique poſſent
Arpinis quoque comparare chartis.

*Lib.*10.*epig.* 19.

I, ergo, ornatiſsime Domine, & cum primum Iberas appuleris oras, illicò adi ſuprema & Regia Conſiſtoria literis proculdubio mirandus, præmijs haud citrà ſpem imbuendus, nam vt ad rem Horatius.

----------non tibi paruum
Ingenium eſt, non incultum, non turpiter hirtum
Seu linguam cauſis acuis, ſeu ciuica iura
Reſpondere paras, ſeu condis amabile carmen,
Prima feres hederæ victricis præmia.

*Lib.*1. *ep.* 2. *ad Iulium.*

I, & accipiat Hiſpania ab his aureis duobus voluminibus pluſquam afferre poſſet centum nauium armata claſsis nobiliorem præ auro, argento, cęteriſque muneribus Americanis, iterum Horatius.

-------- -quid cenſes munera terræ?
Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?
I nunc: argentum & marmor vetus, æroque & artes
Suſpice; cum gemmis Tyrios mirare colores
Gaude quod ſpectant oculi te mille loquentem,
Gnauus manè forum, & veſpertinus pete tectum.

Lib. 1. *epiſt.* 6. *ad Numicium.*

Sic ſperem, faxit Deus, inter ampliſsimos Conſiliarios manè, & veſperè te coruſcantem adfuturum.

Iam, ò mare placidiſsimis & plaudentibus vndis ſuſcipe ſimul & librum, & Dominum, hunc humili & obſequenti æquore transfretandum, nam dominarè debet, & pelago, qui ſapiens dominabitur Aſtris; illum licet inuidis, ſaltem lucrantibus aquis evehendum, cuius doctrina toti tuæ & ſi à natura tacenti proli præſtare potis eſt eloquium

O! mutis quoque piſcibus
Donatura Cygni ſi libeat ſonum.

*Horat. lib.*4. *Od.*3.

Audi tandem pro Domino mihi dilectiſsimo dulce deprecantem eumdem Lyricum.

Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium: finibus Atticis
Reddas incolumem; precor,
Et ſerues animæ dimidium meæ.

Idem lib. 1. *Od.*3.

Vale, & vade mi Domine amabiliſsime, ſoſpes accedas fœlici appulſu, grandioribus, ſed meritiſsimis infulis honorandus: *Ex Argentopoli pridie Kalendas Martias anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo octauo.*

Et amori & obſequio addictiſsimus

D. Emmanuel de Peñaloſa
& Manſilla.

NO-

NOBILISSIMO, AC SAPIENTISSIMO Viro, Integerrimo Conſuli D.D. Petro Fraſſo, Catholicę Maieſtatis á Conſilijs, quondam in Regia Goathemalenſi Cancellaria Regij Fiſci Patrono, nunc pro meritis (etſi nunquam ſatis) Platenſi prouecto, literarum cumulatiſsimo Ærario, iuriſque dicendi & docendi copiam faſtigiatiſsimo honori, Regio Fiſco & Patronatui apprime nato.

DOCTOR DON VINCENTIVS DEL CORRO ZEGARRA, in Oruremſi Tractu pro Sancti Michaelis Parochia animarum Curę præfectus, ac pro Illuſtriſsimo Archiepiſcopo Platenſi Vicarius, necnon Sanctæ Inquiſitionis Commiſſarius; in laudem Operis ſempiternum ſuę gratitudinis ſpecimen, amoris monimentum, amantiſsimus Frater Fratri ſuo colendiſsimo.

Æ. F. D.

Quid ergo nunc te laudem ſat certo ſcio
Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin ſuperet tua.

Terent. in Adelph.

NIHIL *ſimul inuentum & perfectum*; tam verax, quàm antiqua familiaris decantat paræmia, quæ ſi in omnibus rebus veram eſſe, quotidiana experientia firmetur; in ſcientijs præſertim longè veriſsimam in comperto apud omnes eſt; quæ quidem omnes exilibus principijs natæ, tenuibus fundamentis nixæ, quas viciſsitudines, quæ pericula ſubierint, quam paulatim creuerint, vt labentibus inde temporibus ad perfectionis apicem, quo hodie fulciuntur, aſcenderint, omnes nouerint, ſicque reſonat Vatum diſerta Camæna.

Sed tamen eſt artis ſtrictiſsima ianua noſtræ,
& labor eſt vnus, tempora prima pati.

Ouid. libr. 1. de remed.

Id quod à naſcente Mundo, ob humanæ mentis imbecillitatem; firmiſsima quaſi regula deflectit. Ita tamen hoc tuum egregium opus (amantiſsime Frater, Nobiliſsimè Vir, Integerrime Senator, Sapientum Vertex, omnigenæ eruditionis domicilium, totius probitatis ac politioris literaturę refertſsimum ærarium, ſeueriſsimumque Regiæ Maieſtatis ſatellitium) ita tamen, quaſi illius exceptionem; cùm primus fueris, qui hanc de Regio in Indijs Patronatu mate-

riam in plucherrimam concinnauerit congeriem, posteritati, omniumque veneratioñi seponis; ita primum è tuis manibus, numeris omnibus absolutum, in communem lucem progreditur, vt aliquid perpoliatur, neque aliquid informe, vt lingua, vrismore formetur, indigeat; neque posteris addendum, aut amplius excogitandum superst. Quid enim, aut in Sacrorum Voluminum supellectile, aut in locupletissimo Sanctorum Patrum ærario, Conciliorum refertissimo penu, Bullarum statutis, Supremi Consistorij Declarationibus, aut Decisionibus, Canonum Decretis, Legum Sanctionibus, Antiquis aut Neotericis Auctoribus, Schedularum per tot sæcula longa serie contextarum dispositionibus, circa materiam de qua agis, tractatum, quod quasi apis argumentosa non solum extremis labris libaueris, verum & medullitus suxeris, vt hunc attico melle dulciorem fauum construeres, & noua quadam luce supereminens non deprompseris: ita vt omnia sic stabilita rationum momentis, sic eruditionis variæ luminibus illustrata operosus hisce partus præseferat, vt illi inter Herculeas prorsus columnas metas infixeris; in eo quippe validi & capacissimi tui ingenij viuacitas omnia penitus exhaurit, obscura quæque loca noua quadam luce perfundens, & quæ hucusque in adeò indigesta materia tristi obliuionis, ne dicam incuriæ, caligine circumfusa sopiuerant consepulta, è tenebrarum salebris, veluti Solis radijs pellucida (*è tenebris enim lumen splendescere Apostoli est Oraculum*) in communem vsum, in totius Orbis commodum, in Nostri Catholici Regis (qui Nestorea superuiuat sęcula) maiorem potestatis commendationem, ita emergunt, vt iam per tenebricosas huius materiæ latebras tui ingenij acumine illustres peruagare, cuilibet sit concessum; *erunt quippe prauа in directa, & aspera in vias planas.* Etsi in ea nullus hucvsque inoffenso pede decurrerit, iam per spatiosissimos, amplissimosque calles animum possit diuagare; Ita enim de Regio Patronatu abditissima erat hucusque materia, ita inextricabilibus nodis implexa, complicatisque irretita anfractibus, vt doctissimus quisque extremos digitos vel immittere abhorreret, ne dum aliquem florem descerpere conaretur, in irritum quærens nodum in scripo, dumosis impingeret sentibus; iam vero te duce habent Theologi, habent iuris vtriusque periti inextricatos hactenus Gordiani nodos à te melius, quam à decantatissimo illo Alexandro dissolutos prorsus, & expeditos; habent denique Regij Ministri vnde nullius aliunde emendicato subsidio ab vno te Apolline responsa in dubijs Delphicis multo oraculis referant certiora; quo quidem tuus hisce indefessus labor collimasse omnibus, qui te Regij Fisci Prætorem tam in Goathemalensi, quam in hac Regia Platensi Cancellaria tuum ministerium indefessis adeò conatibus adimplere mirati sunt, ipso operis limine peruium erit, ita vt quæcumque tibi liberali manu nostri Catholici Regis impenderit munificentia, multiplicato multoties fœnore rependeris; vnde non solum cum bono seruo poteris proclamare. *Domine quinque talenta tradidisti mihi, sed quid ecce alia quinque?* Cum in hoc opere quot literas, tot ipsi talenta reponas, & quidem præstantiora esse hæc munera ad disertissimi Taciti pro Nerone Imperatore ad Senecam responsum facientis trutinam libratum audi; immo potius tecum Regem nostrum alloquentem audiemus; *Sed quod præsens conditio poscebat ratione, consilio, præceptis pueritiam, dein iuuentam meam fouisti, & tua quidem munera, dum vita suppetet aterna erunt, quæ à me habet horti & fœnus, & villæ casibus obnoxia sunt.* Nisi in huius mirandi operis commendationem ex alio Rege, Psalmista scilicet verba potius mutuetur; *Semitam meam & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti; mirabilis facta est scientia tua ex me.* Quæ quidem omnia adamussim tibi coadaptata singula perpendenti constabit. Quis enim Regiæ potestatis semitis dignoscendis, quis funiculo eius inuestigando; quis omnibus vijs eius præuidendis ad eo infatigabili studiorum vigilantia insudauit? Nonne hanc veritatem proclamant quot homines, tot præcones, tot testes, quot Regia ærаria tua pervigili solertia, priuata vtilitate nulla damna sentiente nouis in dies prouentibus cumulta? Aurea sua verba tibi propinet Aurelius. *Vtrumque sub admiratione, vt Fiscus crescere, & priuata vtilitas nulla damna sentiret; sensimus auctas illationes, vos addita tributa nec-*

Paul. ad Ephes.

Luc. 12.

Cornel. Tacit. Ann. 14.

Psal. 138. 3.

Aurel. ep. 15.

neſcitis. Ita vt quidquid ad id muneris obeundum, tot indigeſta volumina complent, velut ſi in vngue exarata tibi in promptu eſſent, ad vnguem omnibus ſatis luculenter eluxit. Verum ardens tuus in Regem noſtrum amor hiſce quaſi præfocatus limitibus, veluti carceris impatiens exundantis torrentis impetu hanc vel illam ſolum illuſtraſſe Cancellariam non paſſus ſeſe propalans totum peruolare nititur Orbem & complere tuis ſapientiſsimis lucubrationibus; & cui etenim coadaptari poteſt ingenioſiſsimum hyerogliphicum, quo apud Ægyptios, teſte Herodoto, amor adumbrabatur, nempe, Fixus volando, quandoquidem & ſi affixus alicui Regis tui miniſterio volas etiam in idipſum, ſi non depexis ad æra plumis, ad tenues ingenij tui auras perpolitis calamis, quibus dexteram tuam improbo labore defatigaſti, vt de te omnino videatur illud Eccleſ. *Cor ſapientis in dextera eius.* Ideo enim vel maxime inter tot, tamque varias materias, quæ ex fertiliſsimis facultatis tuæ campis erumpunt, quæque vberrimam diſcurſui tuo pararent ſegetem hanc laborioſiſsimam præ cæteris elaborandam ſuſceperis, non ob grauitatem tantum vel difficultatem argumenti, more generoſæ Aquilæ, quæ faſtidioſo planiſsimas & curſatiſsimas deſpiciens valles, *in arduis ponit nidum ſuum*; ſed vt ipſus genio; *fœtus tui* (vt verbis eloquar Caſsiodori) *ſe probantes Regales oculos ab ipſis cunabulis præferant.* Et vt in omnibus præeminenti Regis noſtri potentiæ nihil ſubripiatur; ita tamen illam à Pontificio & Eccleſiaſtico iure ſecernis, vt indemne hoc, ſi magnum Regis Miniſtrum, magnum etiam Catholicum te eſſentes, nihil enim niſi Pontificijs diplomatibus Sanctum, nihil niſi iuri ipſis innixo conſentaneum adſtrueris, & dum ius Pontificium à Regio diſtinguis, aurea quaſi Senatoria virga ſua cuique tribuens, & integerrimum te Iudicem admirentur omnes, & vtrumque diſcordi concordia liges, ſic te tuumque opus ad Parnaſi numeros diſerta Ouidij quaſi explorabat Chelys dy de Supremo Numine decantabat.

Eccleſ. cap. 10. 2.

Caſsiod. libr. 8. epiſtol. 24.

Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum
------ nulli ſua forma manebat,
obſtabatque alijs aliud.
Hanc Deus & melior litem natura diremit,
quæ poſtquam euoluit cæcoque exemit aceruo,
diſſociata locis concordi pace ligauit.

Ouid. Met. 1.

Hæc ſufficiat pro modulo (Amantiſsime Frater, O & præſidium, & dulce decus meum) de tuo opere rudibus & incomptis meæ tenuitatis prælibaſſe lineamentis; cæterum enim de tua nobilitate longa proauorum ſerie ab antiquis hauſta temporibus ſermonem inſtituere, aut virtutes, dotes, quas tibi beneficio arridens vultu, quaſi prodiga ſeſeque effundens natura indidit, aut Deus contulit ornamenta, vel quæ tua tibi peperit induſtria, recenſere politiorem expetit calamum, queis congerendis libentiſsimè immorarer, ni facem ſoli, aquam mari, illius litori numeros, Oceano fluctus, aut in ſylvas ligna ferens, protruderer, vel ne Zoili; *Teſtimonium perhibes de te ipſo, teſtimonium tuum non eſt verum.* anſam obiectandi præripiant. Fruere ergo expetito quod tua tibi opera inhiant perennaturo famæ monimento; æternitatis enim faſtis tuum nomen adſcriptum ipſa venerabitur æternitas.

Ioann. 8. 6.

Fama manet facti, poſito velamine currunt
& memorem famam qui bene geſſit habet.

Ouid. Faſt. 2.

P. JOANNES BAPTISTA RANZON, Limę in Maximo D. Pauli Collegio Societatis Ieſu Rhetoricæ & humaniorum literarum publicus Profeſſor, libro nauiganti fœlicitatem imprecatur.

EPIGRAMMA.

ILiber Hiſpaniam, prolem luſtrare gemellam,
Iplaudet domino turba Togata tuo.
Ne timeas vaſtum pelagus proſcindere, Petrus
En clauum, & claues pupis & arcis habet.
Vel tumeat, te crede mari, da carbaſa ventis,
Excipiet blandis fluctibus alma Thetis.
Si hactenus inſtabiles miſit Peruuia gazas,
In te immortales mittere iam ſcit opes.

P. Atilanus Ranzon in Collegio Balearico Montis Sion Societatis Ieſu publicus Rhetoricæ & humaniorum literarum Profeſſor, Auctorem commendat.

EPIGRAMMA.

MOEnia Cecropium, legeſque Aragonia proles,
Ex qua Fraſſe tuum nobile ſtemma trahis,
Vaſtauit ferro inuicto, validoſque Mycenas,
Fecit inexperto ſubdere colla Iugo.
Iura dedit queis iura dabant, nomenque ſub aſtra,
Protulit Eois, Imperiumque ſimul.
Occiduis tu Iura dato, Regemque Patronum,
Vt celebret nomen Mundus vterque tuum.

P. Paſchaſij Ranzon in Collegio Valentino Societatis Ieſu Rhetoricæ & humaniorum literarum Profeſſoris, in laudem Auctoris & operis.

EPIGRAMMA.

MVſa iubet doctum ſuper aſtra eferre volumen,
Occiduo nobis, quod modo ab Orbe venit.
Heu! gemit ingenium, tanto ſub pondere vires
Namque Gyganteas tam graue poſcit onus.
Ardua quod iubeat non miror docta Thalia,
Scit Themidis totum pondus habere librum.
Ergo Polum ſcandat ſignis immittere fas eſt,
Vtque locus pateat libra ſit inde procul.

P. Ioſephi Ranzon in Collegio Bilbilitano Societatis Ieſu Rhetoricæ & humaniorum literarum publici Profeſſoris in laudem Auctoris.

EPIGRAMMA.

PAlladis exedræ ſubſellia docta Minerve,
Sacra Togatorum non violanda manus.
Quid tibi ſublatum mortali vulnere Baldum
Plangis, & extincto quid Cicerone gemis?
Comprime iam lachrymas en præſens reddidit ætas
Fraſſum, & tantorum viuit imago virùm.
Tullius eſt Balduſque ſimul: cui debeat Orbis,
E Cœlis Themidem reſtituiſſe foris.

PRÆ-

PRÆCLARO IVRISPRVDENTIÆ Profeſſori, ſanguine clariſsimo, literis conſpicuo, virtutibus maximo, vndequaque ſapientiſsimo Domino Don Petro Fraſſo in Supremo Peruani Regni Senatu Fiſci Patrono digniſsimo.

DOCTOR DON IOANNES ANTONIVS SOLIVERA Romæ degens; & in Regno Sardiniæ Sanctæ Inquiſitionis Commiſſarius, ex corde amicus.

FRaxinus ecce tibi florens monſtratur in armis,
Stella ſuperfulget clara, micanſque Iouis,
Aſcenſu ſpectanda Iouis quæ Stella refulget,
Huius virtutes ampliat, atque fouet.
Lethiferas abigit ſerpentes Fraxinus vmb.
Hi frondes fugiunt igne perire prius.
Virga potens Nemeſis, Martique dicata cruento,
Omnia Iura fouet, ſceptraque cuncta regit.
Belli Iuſtitiæ, conſtantiæ, amoris imago,
Quam ſibi Pellides victor in arma locat.
Clarum virtutes imitantur ſanguinis ortum,
Virtutes tales, talis origo facit.
Cultus hic Aſtrææ cultor penetralia Iuris,
Pandit quę virga vindicat, atque libro.
Huic debetur opus tantum, liber ipſe loquatur,
Iudicis, ac Iuris norma decuſque manet.
Prima quidem virtus tibi ſoli proderat ipſi,
Iſta ſecunda tuis fratribus, atque tibi.
Affluat alma dies, qua non felicior vlla
Lętitiæ magnę gaudia feſta gerens.
Nunc tua nobilitas, & magnificentia terris,
Alta poli refouet, terret, & antra ſtygis.
Tu qui nominibus quum ſic, generoſus auorum
Exuperas morum nobilitate genus
Ergo, incede grauis geminum Turrita per Orbem
Æternum ſalve, ſemper & ipſe vale.

CLA-

CLARISSIMO VTRIVSQVE IVRIS Profeſſori celebrioris literaturæ, morum, & virtutis ſimulacro Domino Don Petro Fraſſo Sardo Turritano, in Limenſi Peruani Regni Senatu Fiſci Patrono, congermano, & ex corde amantiſsimo.

Doctor Don Gauinus Farina Sardus Turritanus à Cubiculo Dominorum Caroli Secundi, & Marianæ Matris Catholicorum Regum, in laudem Patriæ, Turritæ Matris, & Auctoris.

In laudem Regni Sardiniæ.

SAlve, ò magna Pales, ò magna Paleſtra Gygantum,
Pontificum mater Sanctorum Patria fœlix.
Sardonicata micans gemmis, nitidiſque lapillis;
Tu monumenta Patrum tollis ſub ſydera celſa.
Salve cara Deo tellus, Regale teatrum,
Admirabilium rerum ſpectacula Soles
Tot videre: Duces, Proceres, tua gloria, Reges.
Firmamentum Aſtris, carbunclis conſitus Orbis,
Omnis auet Regio redeat pictura figuris
Priſca tuis, laudiſque tuum præconia nomen
Nuper in Aſtra ferat: tua thure altaria fument,
Templaque velentur ramis, & frondibus aureis
In Fraſsi partu, quo non erit altior alter,
Cervum Cerva parit, ſimilemque leæna Leonem,
Quos niſi tam magnos pareres tu Sardica tellus,
Sardinia, æternum Salve ſacrata triumphis,
Mille per œua vale pretioſum & nobile Regnum.

IN LAVDEM CIVITATIS Turritanæ.

SAlve magna Parens enixa tot aurea Cœlo,
Turritana Scates ſtellis Prouintia fœlix.
Vrbs antiqua Ducum Genitrix pretioſa Deorum,
Fortunata Parens Heroum, & Magna Gigantum.
Laurea te cingat radijs fulgentibus, atque
Tanta triumphalis Turritæ pompa coronet.
Omnipotens pulchra te fecit prole Parentem;
Filius eſt Fraſſus Baldi, ac Iaſonis imago.
Deſine iam partus vltra: ſtat prata biberunt,
Vnum pro cunctis tua fama loquetur in vno,
Quem mihi germanum celebri ſplendore dediſti.

IN LAVDEM AVCTORIS.

POne lyras, alter pulſet, canat alter Apollo,
Te cantare decet ſublimi carmine dignum.
Lætitia & mecum iactare ad ſydera voces;
Ecquid ego ſileam tantis arreptus auenis?
Hic Iuuenum chorus, ille ſenum te carmine laudat,
Cuncta per œua trhono roſeiſque fruiſceris aureis.
Fraxinus Illuſtri Fraſſorum ſtirpe vireſcens,
Aureus & folijs, & lento vimine ramus:
Ichnuſę diadema domus, frontiſque decorę,
Semper multa dedit noſtris miracula terris.
Nobilitate genus pollens, & ſanguine claro,
Omnibus exemplar fulgens virtutis honore.
Has animi dotes parili ſermone quis equet?
Dignus vt hinc viuas auguſto nomine ſemper?
Commoſtrare poteſt doctrinam quiſque peritus,
Aſt ſapiens non inde niſi probitate niteſcat.
Oſtentat doctum, ac rectum ſapientia pectus,
Scientia ſic ingens ſumma probitate refulget.

Recta

Recta poteſt probitas indocto in pectore condi,
Laus probitatis erit, ſapiens non dicitur inde.
Sic igitur ſapiens tu vere diceris, atque es,
Quandoquidem doctus ſummè, probitateque ſummus.
Clarus doctrina, clarus virtutis honore,
Vtque Scholis claret tua ſumma ſcientia doctis.
Immortale decus noſtrum fragrantius ornas,
Frondibus intexens, ac ſuaui gramine frontem.
Stillat ab ore tuo nectar, ſed Petre, cucurrit
Dulce voluptatis flumen.
Ergo viro tanto inſurgat Mundus honore,
Æternum viuat Fraſſus, nam viuere dignus;
Qui cunctos vincit tanto ſplendore coruſcans.

DON PETRVS DE GODOY IN REGIA Interpretationis linguarum Secretaria Officialis Mayor, Auctoris humiliſsimus Cliens.

D. C. Q.

EPIGRAMMA.

MOrtua quę Grecis, Romanis Muſa reuixit;
His iam defecit, iam noua Regna petit.
Sardiniam ſpretis Academia migrat Athenis,
Preteriens Romam, Sardus vtrinque micat
Pythagoræ vera eſt Palingeneſëia, namque
Ex Fraſsi cerebro nunc noua it orta Themis.
De Fiſco Fraſſus docuit, docet, atque docebit:
Par ſibi qui doceat, non fuit, eſt, nec erit.

EIVS-

EIVSDEM DON PETRI GODOY
Chronologicum anni 1679.

Don Petr Vs Fraſſ Vs T Vrr Itan Vs LIMÆ FIsCI Patron Vs.

REGISTRVM.

M--1--	1000	Don	---- 500
D--1--	500	Petr Vs	---- 5
C--1--	100	Fraſſ Vs	---- 5
L--1--	50	T Vrr Itan Vs	---- 11
V--5--	25	LIMÆ	---- 1051
I--4--	4	FIsCI	---- 102
1679.		Patron Vs.	---- 5

Hoc anno typis datum fuit opus 1679.

DON

DON PETRO FRASSO

IN SVPREMO PERVANO SENATV Fiſci Patrono.

DON IANVARIVS FRASSO FRATER, SACRÆ Theologiæ Doctor, in Epiſcopatu primum Alguerenſi Viſitator, atque Examinator, Eccleſiæ Sanctę Helenæ Oppidi de Benetuti Parochus; deinde in Archiepiſcopatibus Arborenſi, & Calaritano Viſitator, item & Examinator. Eccleſię Sanctę Annæ de Selegas Parochus, nunc in Catolicorum Regum Palatio à Secretis Oratorijs honorarius Capellanus, in Sacra, Regiaque Aranjueſij Ædicula Regijſque finitimis circum Oratorijs Viſitator aliquando Generalis.

BIENNIVM eſt (dilecte Frater ex æquo, ac diligende) cum exeunte huius operis volumine priore; Don Matthæus Frater tuus, ac meus, natu maximus ſibi perparum ſilentio maximè altæque modeſtiæ tuæ indulgens tuam interpellare Famam, quam vti profeſſus eſſe videbatur interpretrari maluit.

Attamen, & parce de te tua Fama locuta eſt,
Deque tua forma penè maligna fuit. *Phocion ad Antipat.*

Sed nimirum vir auſteræ probitatis amator, quique apprime noſcet, Fratrem eundem ſe nequire ſimul, & adulatorem: *Non potes amico me ſimul, & adulatore vti.* Ne ſpeciem quidem, vmbramve ferre potuit, ne dum crimen ſuſtinere adulationis: laudeſque clariſsimas in ore vileſcere Fraterno ratus, tuas quanquam exornare ſuis, vt maximè geſtiebat, ſic vnus omnium potuit optimè tacitas præterire.

Ego vero Fratrem æmulari cupiens, natu maiorem, prudentia, virtuteque maximum, eodem te more (Petre Frater) amore eodem, vel pietate potius, hoc in altero volumine compello. Quid aliud enim agerem, ad tuæ præſertim Themidis altaria gratulator? Certè quem ſequi par fuit ætate maiorem, imitari longè ſapientia præſtantiorem decuit. Poſterior itaque accedo, non ſegnior: nec enim, qui primus in gratulando conceſiſſe debui naſcendi ordine ſecundus, priorem vnquam in amando te quemquam eſſe ſuſtinui, vel in colendo priorem, neque vero eſſe patiar. Frater igitur plurimum Fratri gratulor. Quis enim magis, quam ego tui ſtudioſiſsimus, vel cui potius, quam meritiſſimo tibi gratu-

tuletur? Sed eo laudandi genere gratulor, vt ſileam, & laudes quas proſecuti ſunt alij tuas, ampliſsimas ne libem quidem, quas alioqui, vel ingenij culpa deteram, vel officij publice ingrati corrumpam inuidia. Nullus enim halitus eſt peſtilentior floribus, quam fraternæ gloriæ fraterna commendatio, laudeſque probe memini, vt filiæ vocantur plerumque adulationis, ita ſemper nouercas eſſe gloriæ, quam *vltro ſequi, non appeti*, ac ne appeti videri oportet *inuiteſque comitari.*

Plin. Iun. ep. 8. lib. 1. Senec. ep. 79.

Prædicabunt igitur (Frater amantiſſime) & quidem verè prædicabunt, vti prædicauere iam plurimi, quanti laboris, quantæ ſolertiæ, quot vigiliarum ſint, cuius ingenij, quam acris, quantæ doctrinæ, quantæ ſapientæ hæc volumina duo, quibus Orbis alterius iura dum diuidis, Orbis vterque admiratione tui obſtupeſcit. Exclament enimvero, exclament alij: *Pulchrum opus eſſe, validum, ſublime, varium, ſpetioſum etiam, & cum incredibili laude tua diffuſum.*

Plin. minor. Non. Max. ep. 20. lib. 4.

Tam bene ſi quiſquam potuit, tam multa quis vnquam?
Si tam multa alius, tam bene quis potuit?

Comes Truchſ. Alexandro Septim.

Nouos hic Theologia gratulatur ſibi theſauros, tuas Iuris vtriuſque Conſulti fodinas tota, quanta eſt Peruuia locupletiores: ſuas alij gemmas aliarum facultatum Magiſtri, omnes denique admirantur nouas Indorum diuitias, & naſcentem in Occiduo Mundi limite, nec occubiturum vnquam ſolem venerabundi ſuſpiciunt. Tuam Indus ſuis in aris Mineruam adorat, ſeque magnifice cricumſpectans in ſe

Ignotas miratur opes, ac non ſua dona.

Prope eſt, te ſupra hominem eſſe putet, qui partum effuderis vt humano maiorem, menſuraque venturis ſapientiæ Magiſtris, & famæ fias, & voti. Hoſce interim plauſus effuſiſſimos, horumque ſimiles quaſi velo diſcretus excipiam, plaudam ipſe, ſed in ſinu, quodque ſupereſt vnum meo tacitus gaudebo nomine tuo (Frater optime) noſtro omnium, Orbis adeo vniuerſi, atque poſteritatis. VALE.

LICENCIA DEL CONSEjO Real de las Indias.

DON Geronimo Fernandez de Madrigal, Caualle-ro de la Orden de Santiago, Oficial Mayor de la Secretaria del Conſejo y Camara de Indias, de la parte del Perù, certifico, que auiendoſe cometi-do al ſeñor Don Thomas de Valdès, del dicho Conſejo y Camara, y del de la Santa Cruzada la cenſura del libro ſegundo *de Regio Patronatu Indiarum*, que ha compueſto el Licenciado Don Pedro Fraſſo Fiſcal de la Audien-cia Real de la Ciudad de los Reyes, y viſto la que diò en primero de eſte mes, que es como ſe ſigue.

¶ Peculiari Supremi Indici Senatus Decreto, hunc mihi commiſſum librum perluſtraui (qui *de Regio Patronatu* tomus alter inſcribitur) à Don Petro Fraſſo in Limana Curia Fiſci Patro-no elaboratum, imo dicam cum Plinio: *Opus pulchrum, validum, acre, ſublime, varium, elegans, purum, figuratum, ſpatioſum, & cum magna Auctoris laude diffuſum*; & cum Lipſio iterum dicam, *Nec gratius Vniuerſæ Reipublicæ, præſertim Indicæ, munus offerri poterat, quam rarior aut electior liber.* Itaque cenſeo, vt typis ex-cuſſus in communem omnium vtilitatem edatur. Matriti Ka-lend. Iun. 1679. *Licentiatus D. Thomas de Valdes.*

Lib. 4. ep. 20.

Lib. 1. monit. & exemplor. Politicor. c. 8.

¶ Proueyeron los ſeñores del dicho Conſejo en cinco del miſmo el Decreto ſiguiente. ¶ Daſele la licencia que pide para imprimir eſte libro; y para que dello conſte, donde convenga, do y la preſente en Madrid a ſeis de Iunio de mil y ſeiſcientos y ſe-tenta y nueue años.

D. Geronimo Fernandez de Madrigal.

APROBACION DEL LICENCIADO D. Ioseph Martinez de Figueroa, Abogado de los Reales Consejos.

EL segundo tomo intitulado *de Regio Patronotu, ac alijs nonnullis Regalijs, &c.* compuesto por el Licenciado Don Pedro Frasso I. C. Turritano, Abogado que fue en esta Corte de los Reales Consejos, y despues Fiscal de la Real Audiencia de Guatemala, en la Nueua Espana, y tambien en la de la Plata, y al presente en la de los Reyes en el Reyno del Perù; he visto en virtud de remission del señor Licenciado Don Alonso Rico, Vicario General desta Villa de Madrid, y su Partido, tan lleno de erudicion y doctrinas de todas buenas letras, Canonicas, y Ciuiles muy vtiles, practicas, y necessarias para los professores de la Iurisprudencia, assi por el assumpto principal, como por las singulares materias, y questiones, que tan docta y copiosamente trata, sin tener en ellas cosa que se oponga contra la Fè, Santa Madre Iglesia Catolica, ni contra buenas costumbres; Y assi se le puede dar la licencia que pide para imprimirle. Madrid y Iunio quinze de mil y seiscientos y setenta y nueue

Lic. D. Ioseph Martinez.

Licencia del Ordinario.

NOs el Licenciado Don Alonso Rico y Villarroel Inquisidor Ordinario de Corte y Vicario desta Villa de Madrid y su Partido, por el presente y por lo que à Nos toca damos licencia para que se imprima el libro intitulado *de Regio Patronatu*, escrito por el Licenciado Don Pedro Frasso, Fiscal de la Audiencia Real de los Reyes en el Reyno del Perù, atento por nuestro mandado ha sido visto y examinado, y no contiene cosa contra nuestra Santa Fè Catolica, y buenas costumbres. Dado en Madrid à diez y seis de Iunio de mil seiscientos y setenta y nueue.

Lic. D. Alonso Rico y Villaroel.

Por su mandado.

Francisco Nauarrete.

CEN-


9

10

A quo autem tempore Monachi in Eccleſia Catholica eſſe cœperint, ſi ſcire deſideras, lector; reſpondeo, fuiſſe à tempore † Apoſtolorum, ita Ioann. Polemar Barchinonenſis Ar-

11

Archidiaconus *in orat.* quam recitauit *in Baſileenſi Concilio anno* 1433. contra Magiſtrum Petrum Rayne, Anglum, pro refutando 4. articulo Bohemorum, de ciuili dominio Clericorum propoſito, quæ extat *tom.* 8. *Concilior. pag.* 507. ibi: *In primis nonnulla ipſorum de Religioſis loquuntur, licet Magiſter Petrus extra ſcriptum extulerit vocem ſuam dicens.* Non dicant hæc loqui de Monachis, quia Monachi non dum erant. *Ad quod ego habeo dicere, quod dixiſſe legimus Auguſtin. 23. quæſt. 7. quod autem vſque adeò calumniandi cupiditate*
12 † *cæcantur, vt non attendant, quam ſint inter ſe contraria, quæ loquuntur.*

Nonne ipſemet allegat Dyoniſium de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 6. dicentem, Monachos eſſe de ſtatu eorum, qui perficiuntur? Sed Dyoniſius fuit Diſcipulus Pauli, & contemporarius Apoſtolorum. Vnde clarè liquet, quod in principio naſcentis Eccleſiæ fuerunt Monachi; Cœnobitæ dico, viuentes in Congregatione. Nam prout *Caſſianus recitat. libr. 2. & Hiſtor. Eccleſiaſtic. libr. 2. ante finem, Beatus*
13 † *Marcus Euangeliſta apud Alexandriam Monachorum vitam inſtituit, & in legenda B. Marci legitur, quod fundauit Monaſterium Sanctimonialium fœminarum.* Hęc noſtras Polemar. Adde Baſil. Ponce *de matrimon. libr. 7. cap. 22. numer. 2.* Petr. Franciſc. Tonduti *reſolut. Benefic. 1. part. cap. 51. num. 28.* Diu. Hieronym. *in vita S. Marci.* Petr. Bleſenſ. *ſerm. 4. Adventus.* Cæſ. Baron. *Annal. tom. 1. ann. Chriſt. 64. numer. 3.* Euſeb. *Hiſtor. Eccleſiaſt. libr. 2. cap. 16.* Reuerendiſſ. P. Fr. Ioann. Martinez Regis D. N. Philippi IV. Confeſſarium, *en ſus diſcurſos Theologicos y Politicos diſcurſ. 3. §. 6. à num.* 124. innumeris fere Sanctorum Patrum teſtimonijs adductis, hoc nouiſſimè, & plenè illuſtrauit diligentiſſ. Frat. Franciſc. de Viuar. Ciſtercienſ. Ordin. *de veter. Monachat. libr. 1. cap. 2. & libr. 2. cap. 3. & 4.* per tota, qui *dict. libr. 2. cap. 13. numer. 9.* ex Luitprand. *in adverſ. numer. 286. & numer.*
14 118. probat, Sanctum † Iacobum Apoſtolum, in Hiſpanias vitam Monaſticam invexiſſe, anno Chriſti Domini 36. Adde ad primum Diuum Ioann. Chryſoſtom. *in Marc. Homil. 1.* aſſerentem, Sanctum Ioannem Baptiſtam Monachorum Principem fuiſſe, illic: *Sicut Sacerdotum Principes ſunt Sacerdotes Apoſtoli; ſic Monachorum Princeps Ioannes Baptiſta eſt.*

Igitur, vt animarum perſonarum ſæcularium curæ incumbere poſſint Regulares, Prælati Regularis licentiam, ſicut ius antiquum obſeruabat, habere debent; alioqui ea deficiente † nul- 15
lo modo poſſunt ad Parochialem Eccleſiam admitti, ita ex textu *in cap. ſi Religioſus 27. in princip. de election. in 6.* docent Ioann. Selu. *de Benefic. 3. part. quæſtion. 70. numer. 1.* Gambar. *de offic. Legat. libr. 8. titul. de poteſtat. Legat. in Regular. exempt. numer. 22.* Pat. Sanchez *vbi ſupra numer. 58. & 65.* Caſtro Palao *dict. §. 1. numer. 15.* Ricciull. *de perſon. extra grem. Eccleſ. exiſtentib. libr. 8. cap. 2. numer. 40.* Barboſ. *in cap. poſſeſſiones 10. numer. 4. de reb. Eccleſ. alienand. vel non.* Tamburin. *dict. quæſito 8. numer. 10.* Pat. Pellizzar. *dict. cap. 4. num. 108.* Petr. Murga *in quæſtion. Paſtoral. 4. part. q. 1. ſect. 4. n. 51.* cum alijs.

Quemadmodum † ſine Superioris 16
Regularis conſenſu, non poteſt Religioſus aliquis admittere Epiſcopatum, *cap. quam ſit neceſſarium 5. §. pariter, & ſequent. 18. quæſt. 2. dict. cap. ſi Religioſus 27.* probant Pat. Suarez *num. 7.* Pat. Pellizar. *numer. 82. vbi infra* Eman. Rodriguez *articul. 5.* Tamburin. *numer. 10.* Caſtro Palao *numer. 15.* Lezan. *numer. 17.* locis *vbi ſupra*, docet ſimiliter Rodriguez *dict. articul. 5.* Superioris Regularis licentia indigere † Religioſum, vt Papa creari & 17
elegi poſſit, ex gloſſ. *in dict. cap. quam ſit neceſſarium*, verbo, *Ad ordinandum*, Anton. Fab. *ad titul. Cod. de Epiſcop. & Cleric. definit. 33.* iunctis Ioann. Andr. Abbat. Dominic. Franc. Beroio, Bonifac. Roch. Lambertin. Bertach. Villadiego, Roſell. Sylueſtr. D. Gregor. Lop. Graff. & Saa, apud P. Sanchez *dict. cap. 29. num. 58.*

Ipſe tamen tanquam verius contrarium docet, ea ratione; quoniam contra Pontificem à duabus Cardinalium partibus legitimè electum, nulla poteſt, præter † hæreſim, opponi ex- 18
ceptio, *cap. Licet 6. de election.* Igitur defectus licentiæ Prælati Regularis obeſſe non poteſt; nec obſtat, Regularem † non habere velle vel nolle, *d. cap. ſi Re-* 19
ligioſus. Optimè amantiſſimus & in Argentino Senatu nuper Cõcollega antiquior &

pro

propræſes meus ſapientiſsimus, ac omni virtutum numero decoratus vir D.D. Ludouicus Ioſeph Merlo de la Fuente, in Limenſi Metropolitana Eccleſia, relicta ſæcularium iurgiorum garrulitate Archidiaconus meritiſsimus, *en la defenſa legal en excluſion de los cargos de la Viſita*, *n.* 356. *lit. F.* Et fingi † mortuum quoad omnia; quia veritas & purus conſenſus, quem certè habet Religioſus, præualet ſufficienſque eſt, & refert P. Sanch. in hanc partem Cardinal. Ancharran. Imol. Felin. Sylveſt. Roſell. Pignolot. Barbat. Pacian. Quibus adde P. Suarez *de Religion. tom.* 3. *lib.* 10. *cap.* 10. *n.* 10. Tamburin. *d. diſp.* 9. *quæſito* 10. *n.* 3. P. Pellizzar. *vbi ſupra tractat.* 4. *cap. n.* 83.

21 Fictio namque † nunquam inducit veritatem, aut poteſt illi præiudicium inferre, Bald. *in cap. continuit. de dol. & contumac.* verſic. *Dicunt Doctores.* Mich. Aguirre *in apolog. ſuper ſucceſſ. Regni Portugal.* 2. *part. num.* 202. relati à Chriſtophor. Beſold. *tom.* 1. *conſilior. in princ.*

22 Hoc vero caſu, quando † nempè Religioſus in Papam eligitur, non liberatur à Religionis ſuæ votis, Diu. Thom. 2. 2. *quæſt.* 185. *artic.* 8. Nauarr. *de Regular. comment.* 2. *num.* 17. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 88. *artic.* 11. P. Suarez *vbi proximè*, *tom.* 4. *tractat.* 8. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 4. P. Sanchez *vbi ſupra libr.* 6. *cap.* 6. *num.* 6. P. Pellizzar. *d. cap.* 4. *num.* 83. & 170. & *tractat.* 3. *cap.* 5. *num.* 15. Tambur. *dict. tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſito* 9. *in fin.* Cardinal. Lugo *reſponſ. moral. libr.* 5. *dub.* 12. *num.* 20. Martinez *vbi ſupra diſcurſ.* 9. §. 12. *num.* 164. & *à num.* 43. ex Nauarr. *de Regular. commentar.* 2. *numer.* 17. ait paupertatis votum non eſſe diſpenſabile.

An autem Generalis vel Superior

23 alius Regularis valeat † ſubditum obligare præcepto ad acceptandum Epiſcopatum? Quęrunt aliqui, affirmant Emman. Rodriguez *vbi ſupra tom.* 2. *quæſt.* 58. *artic.* 1. *in fin.* & *tom.* 4. *Summæ cap.* 66. *num.* 2. Henriquez *lib.* 7. *de indulgent. cap.* 22. *in comment. liter. H.* ex Diu. Thom. *dict. quæſt.* 185. *artic.* 2. *ad* 3. Hieronym. Rodrig. *in compend. quæſt. Regular. reſolut.* 60. *num.* 2.

24 Contrarium tamen † & verius, vt non poſsit præceptum hoc imponere Generalis, & ad effectum perducere, docent P. Suarez *dict. lib.* 10. *cap.* 10. P. Layman. *lib.* 4. *tractat.* 5. *cap.* 9. *num.* 1. P. Sanchez *libr.* 4. *in Decalog. cap.* 8. *num.* 38. & *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 49. P. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 9. *n.* 76. P. Valentia *tom.* 3. *diſput.* 10. *quæſt.* 3. *punct.* 3. P. Caſtro Palao *tom.* 3. *tractat.* 16. *diſput.* 4. *punct.* 5. Cardinal. Lugo *vbi proximè lib.* 3. *dub.* 4. *num.* 4. *vbi poſt num.* 16. nouiſsimam Apoſtolicam declarationem in hoc ab Vrbano Papa VIII. editam, *die* 26. *Februarij* 1643. ad literam adducit.

Papa vero † rectè poteſt cogere Re- 25
gularem, vt Epiſcopatum admittat, *cap.* 3. & 4. 74. *diſtinct. cap. diſplicet* 38. 23. *q.* 4. *cap. vos autem* 30. 16. *q.* 1. gloſ. *in cap. Catinenſis* 61. *diſtinct.* verbo, *Compellat.* Diu. Thom. *dict. quæſt.* 185. *artic.* 2. Diu. Bonauentura *ſup. Regulam cap.* 2. *ad med.* P. Suarez. *dict. tom.* 4. *tractat.* 10. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 3. Sanct. Antonin. 3. *par. tit.* 20. *cap.* 2. §. 6. Miranda *in Manual. Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 23. *artic.* 31. Lezan. *quæſt. Regular. dict. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 4. *num.* 18. Valent. Cordub. Ludouic. Lopez, & alij apud P. Sanchez *vbi ſupr.* Leſſ. *dict. num.* 76. Cardinal. Lugo *dict. lib.* 3. *dub.* 5. *à num.* 3. vbi contrarijs reſpondet. Vide quæ tradidi *Cap.* 24. *num.* 13. & *Cap.* 29. *à num.* 37.

Factus autem Parochus ſecularium
Regularis quilibet † ſecum habere te- 26
netur eiuſdem ſui Ordinis ſocium, *cap. Monachi* 2. *dict. cap. quod Dei timorem* 5. §. 1. *de ſtatu Monachor. dict. l.* 24. *titul.* 7. *part.* 1. quæ ex iuribus adductis cauſam exprimit, ibi: *Por cohonortarlo, è darle eſfuerço, que pueda lidiar con el diablo, è con el mundo, è con la carne, que ſon enemigos del alma*; facit declaratio Gregor. Pap. XIII. *infra* tradita *numer.* 68. Gonçalez *vbi ſupra gloſſ.* 5. §. 3. *numer. fin.* vbi deciſum ait, & *dict. gloſſ.* 7. *numer.* 49. Vbi limitat in Canonico † Regulari, 27
Pat. Auendañ. *in Theſaur. Indic. titul.* 17. *numer.* 66. & *ſequent.* P. Pellizzar. *dict. cap.* 4. *numer.* 120. qui rectè diſtinguit inter Eccleſiam Parochialem Prælato Regulari plenè ſubiectam, & Eccleſiam Parochialem non plenè ſubiectam; vt primo caſu † 28
teneatur Parochus ſocium eiuſdem Ordinis ſecum habere; non autem in ſecundo, ex P. Sanchez *dict. libr.* 6. *cap.* 6. *num.* 39. & *num.* 121. iunctis *gloſſ. in Clement.* 1. §. *Ad hæc*, verb. *Ad clauſtrum*, vbi Barboſ. *num.* 11. ex Cardinal. *num.*

1. *oppoſ.* 4. Ancharr. *num.* 32. *quæſt.* 26. *de ſtatu Monachor. & in dict. cap. quod Dei timorem*, vbi idem Cardinal. *num.* 6. *quæſt.* 4. Ancharr. *num.* 9. Ioann. Andr. *num.* 17 P. Azor. *inſtitut. Moral.* 1. *part. libr.* 12. *cap.* 19. *quæſt.* 14. Anton. Cuchus *inſtit. maiorum lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 159. Murga *vbi ſupra* 1. *part. quæſt.* 2. *diuiſ.* 1. *n.* 10. *& ſeqq.* P. Pellizzar. addit præterea, non teneri Parochum Regularem apud
29 ſe ſocium habere, quando † emolumenta, & ſalaria Parocho aſsignata ad vtrumque alendum non ſufficerent, niſi ſocius eo caſu aliunde ſe poſſet ſuſtentare, Barboſ. *de iure Eccleſiaſtic. vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 79. *& lib.* 1. *cap.* 43. *à numer.* 222.

Siquidem Parochus ex Eccleſiæ, quam adminiſtrat, redditibus, viuere debet: Er-
30 go ſi ipſi tantum ſufficiant, cogi non †
31 poterit ſocium admittere, ſtipendio non aucto, *cap. cum & plantare* 3. *§. in Eccleſijs, de priuileg. cap. de Monachis* 12. *de Præbend.* Farinac. *deciſ.* 37. *num.* 4. *in fin. part.* 2. *in poſthum.* cum alijs. De iure ve-
32 ro noſtro † Indiarum reſolutum eſt, per Regiam Schedulam 20. *Nouembris* 1606. Doctrinario Regulari iuueni alium Regularem ſenem eiuſdem Ordinis comitem aſsignari, & è contra; vt notauit D. Solorçan. *de Indiar. gubern. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 74. *& ſeq.*

Regulares tamen eo iure antiquo inſ-
33 pecto, ſimplicia Beneficia † non poterant obtinere. In his enim prædicationis munus, & animarum curæ priuilegium ceſſabant, vt per ſe notum eſt, ita P. Sanch. *dict. cap.* 29. *num.* 75. 76. *&* 94. Nicol. Garc. *de Benefic.* 7. *part. cap.* 10. *à num.* 28. Barboſ. *in dict. cap. poſſeſſiones, n.* 4. *in fin. & in collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *de Reformat. cap.* 10. *num.* 3. & alij.

Hucvſque tradita ſecundum ius commune ex magis recepta ſententia procedebant. Hodiè vero aliud quoad Curata Beneficia dicendum eſt: Ergo ex Pauli Papę IV. conſtitutione *anno* 1558. promulgata, quæ incipit: *Poſtquam Diuina bonitas pag.* 822. *tom.* 1. *Bullar. in §.* 2.
34 Sancitum eſt, Regulares nullos † Sæculari Beneficio extra clauſtra poſſe deſervire, atque ſimul priuatos fuiſſe omnibus, quæ ante præfatam conſtitutionem fuerant obtenta, non procedente legitima diſpenſatione, vt latiùs in d. Bulla videre licet, maximè, ibi: *Aut Beneficium Eccleſiaſticum etiam Curatum, non procedente legitima diſpenſatione poſſideant, vel alicui Beneficio Eccleſiaſtico etiam Curato alterius nomine deſeruiant extra clauſtra ſuorum Regularium locorum degunt; aut in poſterum degent, omnibus, & ſingulis Beneficijs Eccleſiaſticis cum cura, & ſine ea ſæcularibus, aut ſui, vel cuiuſvis Ordinis Regularibus per eos quomodolibet obtentis, & de cætero obtinendis cuiuſcumque qualitatis fuerint, ac fructibus, redditibus, & prouentibus Eccleſiaſticis. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium penitùs, & omninò priuamus, ac ad illa, & alia quæcumque, & qualiacumque in poſterum obtinenda, ſeu fructus, redditus. Perpetuo ſuſpendimus priuatoſque, & inhabilis, ac ſuſpenſos eſſe*, &c.

Et quamuis hæc Pauli IV. conſtitutio per aliam Pij Papæ IV. incipientem: *Sedis Apoſtolicæ ſolertia ann.* 1560. *tom.* 2. *Bullar. pag.* 3. ad iuris communis terminos † ſit redacta, vt patet in ea §. 5. ibi: 35 *Singulaſque literas prædictas, ac in eis contenta, & inde ſequuta quæcumque ad formam iuris, & Sacrarum conſtitutionum reducimus, & redacta fore.* Intellige tamen hoc procedere quoad pœnas apoſtaſiæ, in præfata Pauli Bulla contentas, non quoad alia. Sicque Romanæ Curiæ praxim obſeruare, Regulares † ſæcularia Be- 36 neficia etiam curata, ſine Apoſtolica diſpenſatione non poſſe obtinere, quamuis ſint Canonici Regulares, (qui veri † re- 37 ligioſi ſunt, iuxta latè tradita è Lezan. *d. tom.* 1. *quæſt. Regular. p.* 2. *cap.* 3. *per totum*; ſed contrarium, & tanquam ſæculares Clericos reputari, ex Diu. Thom. 2. 2. *q.* 18. *artic.* 8. *& in opuſcul.* 19. *cap.* 2. docent Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 123. *à num.* 22. & Ioan. Franciſ. Andreol. *controuerſ.* 340. *num.* 6.) tradunt plenè *infra* referendi.

Maximè † ſtantibus Decreto Gregor. 38 XIII. in hunc modum prolato: *S. D. N. Gregorius XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congregationis Lateranen. etiam de licentia ſui Generalis abſque permiſſu Summi Pontificis aſſumere curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus Beneficium curatum ad tempus.* Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 14. *de Reformat. cap.* 10. *&* 11. Et declaratione Sacræ Congregationis Epiſcopor. & Regular. 1. *Septemb.* 1603. *Canonici Regulares*, inquit, *non obſtante cap. quod Dei timorem, non admittantur ad Curam Parochialium Eccleſiarum abſq; Sedis*

Apo-

Apoſtolicæ diſpenſatione. Quibus adde *cap. 2. in princ. de ſtat. Monachor.* ibi: *Nec ſinguli per Villas, & Oppida per quaſcumq; Parochiales ponantur Eccleſias.* Conſtitut. Ratiſponenſ. pro reformat. Clero, per Cardinal. Campeggium *ann.* 1524. editam, quæ extat *tom. 9. Concilior. pagin.* 181. *& ſeqq. §.* 12. illic: *Expreſsè cauentes ne cura Eccleſiarum, Beneficiorumque concedatur, Religionem quamcumque profeſſis, etiam exemptis; quod ſi hactenus aliqui admiſsi, vel recepti eſsent, niſi de voluntate fauoreque Superioris ſui legitimiſque cauſis conſtiterit, extra ſua Monaſteria degere, nequaquam ſibi integrum fore putent, quando illos ſic vagos per Ordinarios, vel Vicarios ad Superiores ſuos per victus denegationem, aut alia iuris remedia remittendos eſse iubemus.*

39 De quibus iuribus, ac de omni hac † materia, & noua Apoſtolica declaratione, Regulares quoſcumque ab animarum cura excludente, non data Pontificis diſpenſatione, plenè agunt Sylveſt. *in Summ.* verb. *Religio 7. q.* 3. Nauarr. *conſil.* 10. *à num.* 1. *de Regularib.* D. Gregor. Lopez *in dict. l.* 25. verb. *Egleſias*, Stephan. Quarant. *in Summ. Bullar.* verbo, *Canonicus Regularis*, vbi Gregor. decretum refert, ita etiam Pyrrh. Corrad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolicar. lib. 6. cap.* 1. *num.* 8. *& ſeq.* Acuña *in cap. quorumdam* 6. *num.* 3. 74. *diſtinct.* Garc. *de Benefic. d.* 7. *part. cap.* 10. Ricciull. *dict. lib.* 8. *cap.* 2. *à num.* 40. Ioann. Cochier. *ad regul.* 65. *Cancellar. num.* 8. Ludou. Mirand. *in Manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 32. *artic.* 5. Hieronym. Rodrig. *in compend. quæſt. Regular. reſol.* 15. *num.* 52. P. Sanchez *d. cap.* 29. *num.* 71. P. Stephan. Bauny 1. *p. Theolog. moral. tract.* 10. *quæſt.* 4. Mar. Antonin. *num.* 13. Xammar. *num.* 2. *vbi ſupra*, Cardinal. Seraphin. *deciſ.* 1165. *n.* 13. *& deciſ.* 1305. *num.* 4. Ricc. *deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol.* 159. *à num.* 1. *part.* 1. Gonçalez *dict. gloſ.* 7. *num.* 53. D. Couarrub. *in cap.* 2. *de teſtam. num.* 5. Zeuall. *commun. contra commun. quæſt.* 281. *à n.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 123. *numer.* 10. Farinac. *deciſ.* 543. *num. fin. part.* 2. *recent.* Peña *deciſ.* 819. *num.* 4. Barboſ. *de iure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 79. *& ad Concil. Tridentin. dict. cap.* 11. *à num.* 5. *& in dict. cap. quod Dei timorem, num.* 6. *& in cap. vltim. num.* 4. 59. *diſtinct. & in Summ. deciſionum Apoſtolicar. collectan.* 63. *à num.* 1. *& collectan.* 102. *num.* 9. Piaſec. *in prax. Epiſcop.* 2. *part. cap.* 5. *n.* 23. D. Solorçan. *d. lib.* 3. *cap.* 16. *à num.* 1. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 122. D. Valençuel. *conſ.* 84. *num.* 16. Vbi quod Regulares non ſe intromittant in tangentibus † curam animarum, Tondut. 04
reſol. Benefic. 3. *part. cap.* 141. *num.* 12. *& de penſionib. cap.* 64. *n.* 26. *& cap.* 71. *n.* 13. Lezan. *dict. tom.* 1. *part.* 2. *n.* 12. Ioan. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo, *Canonici Regulares*, D. Palafox *in allegationib. iur. pro Clero ſæcular. Angelopolitan. allegat.* 4. *art.* 2. *à num.* 45. *& allegat.* 1. *num.* 18. *in margin. fol.* 14. *& in defenſ. Canonic. contra Patres Ieſuitas p.* 6. *num.* 64. P. Pellizzar. *dict. tract.* 8. *cap.* 4. *à n.* 104.

Vbi ait, idem † ſtabiliuiſſe Clement. VIII. in decretis editis pro reformatione Regular. nouiſsimè confirmatis, ac innouatis ab Vrban. VIII. in ordin. X. in qua hæc habentur verba: *Ineatur ratio, qua ſublatis licentijs, ac facultatibus hactenus quibuſcumque conceſsis degentes extra Conuentus clauſtra, ad ea quam primum reuocentur, nec de cætero, niſi ex grauiſsima cauſa, à Sede Apoſtolica probanda huiuſmodi facultates concedi poſsint.* Ita Laurent. Peyrin. *tom.* 1. *priuileg. in Conſtit. Sixt. IV. §.* 10. *num.* 45. idem Pellizzar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 6. *num.* 236. ex Caſtro Palao, Gonçalez, Piaſec. Garc. Mandoſ. & Sanchez, *& tract.* 6. *cap.* 14. *num.* 11. 41

Hæc praxis, & obſeruantia, vt dixi, in Romana Curia inoleuit, ad præſenſque viget illibata, vt teſtatur Ricciull. *vbi ſupra num.* 42. licet nuper † eadem Curia, inſpecta iuris commmunis ratione, ex ſola Epiſcopi diſpenſatione aliquando Canonicum Regularem ad Parochialem admiſerit, vt patet apud Guidob. *deciſ.* 95. Verall. *deciſ. p.* 1. Ricciull. *ſupr. num.* 40. Flamin. Pariſ. *de reſignat. Benefic. lib.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 4. *in fin.* Paleot. *deciſ.* 148. Cardinal. Mantic. *deciſ.* 48. *num.* 2. Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.* 311. Seraphin. *deciſ.* 1269. *num.* 1. Felin. *in cap. in noſtra, num.* 40. *de reſcript.* Zerol. *in prax. Epiſcop.* 2. *p.* verbo, *Regulares §.* 4. Barboſ. *in d. cap. poſſeſsiones* 10. *num.* 4. *de reb. Eccleſ. alienand. vel non.* 42

Aliquando vero nullo † modo admittendum, abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione decreuerit, Rot. *deciſ.* 5. *de iur. Patronat. & deciſ.* 28. *de Præbend.* 43

in

in nouiſ. Bellamer. *deciſ.* 132. & *deciſ.* 214. & apud Chiſan. *deciſ.* 170. Gonçalez *num.* 52. Garc. *num.* 20. locis *vbi ſupra*, quod hodiè omninò procedit. Ita etiam iure nouo Regulares † abſque
44 diſpenſatione Pontificia non poſſunt penſiones acquirere, cum ſint earum prorſus incapaces, Nauarr. *conſil.* 11. *de ſtatu Monachor.* Bellamer. *deciſ.* 172. Garc. *d. cap.* 10. *num.* 28. D. Larrea *allegat.* 86. *num.* 18. Tondut. *de penſion. d. cap.* 71. *num.* 13. ex Barboſ. *d. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 76. P. Auendan. *in Theſaur.*
45 *Indic. tit.* 18. *à num.* 15. Incapax † enim Beneficij eſt ſimul incapax penſionis, vt tradidi *Cap.* 13. *num.* 40.

In Galliarum tamen Regnis ſine Re-
46 gis aſſenſu † Regulares ſæcularia Beneficia admittere non poſſunt, etiam Papæ acceleante diſpenſatione, vt tradunt Rebuf. *vbi ſupra num.* 258. Petr. Marca *in concord. Sacerdotij, & Imperij lib.* 3. *cap.* 15. §. 4. vbi Caroli VII. edictum in hanc rem relaxatum, refert.

Sed quid dicendum, ſi neceſsitas vrgeat, aut euidens Eccleſiæ vtilitas aliud exigat, & poſtulet ? Et hoc in
47 caſu Regulares ad animarum † curam, Epiſcopo inſtante, eſſe admittendos deciſum à Sacra Congregatione tradit Garc. *d. cap.* 10. *num.* 32. *in prima declaratione*, & ex eo Barboſ. *ad Trident. d. cap.* 10. *num.* 3. quibus addendi ſunt Roſell. *in Summ.* verbo, *Monachus*, *num.* 4. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 1. *cap.* 41. *dub.* 12. *num.* 99. Tamburin. *d. diſput.* 9. *quæſit.* 8. *num.* 7. Lezan. *vbi infra*, *num.* 14. qui in hoc Sacram paginam *Act. Apoſtolor. cap.* 6. expendit vbi habetur, quod cum
48 neceſsitas † Eccleſiæ id poſceret, creſcente numero diſcipulorum, aſciti ſunt etiam alij miniſtri pro animarum ſalute curanda ; ex Vincentio Parentio *in ſuo conſilio*, apud Tamburin. relato, *vbi. ſupra.* Populi namque neceſsitas, & bonum publicum tunc faciunt admittere
49 Regularem, etiam † ipſius Prælato & Superiore renuente, ac diſſentiente, ſtando in iure naturali, & Diuino, ſecundum ea, quæ in ſpecie docent Emman. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 30. *artic.* 5. & *quæſt.* 34. *artic.* 1. & 5. Caſtr. Palao *vbi ſupra num.* 20. Lezan. *conſult.* 41. *à num.* 14. 57. 60. P. Pellizzar. *d. tractat.* 8. *cap.* 4. *num.* 108. iunctis *cap. cum pro vtilitate* 34. 16. *q.* 1. gloſ. *in d. cap. quod Dei timorem*, verbo, *Regimen*, vbi Abb. *num.* 13. & *in cap.* 1. *de capell. Monachor.* Cardinal. *in Clement.* 1. *num.* 20. *de election.* D. Gregor. Lopez *in d. l.* 25. verbo, *Igleſias*, Sylueſt. *d.* verbo, *Religio, quæſt.* 7. D. Solorzan. *d. cap.* 16. *num.* 2.

Ergo in ſubſidium ſæcularia † Bene- 50
ficia poſſunt Regularibus conferri ; ſicut è contra, Regularia ſæcularibus, *cap. inter quatuor* 5. *de Religioſ. domib.* facit *cap. quod non eſt licitum* 4. vbi gloſ. verbo, *Neceſsitas*, *de regul. iur.* Abb. *in d. cap.* 1. *de capell. Monach.* P. Azor. *inſtitut. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *q.* 5. Corraſ. *de Benefic.* 1. *p. cap.* 5. *num.* 7. & 3 *p. cap.* 3. *num.* 13. Valer. Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 30. *tractat.* 3. *num.* 158. Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 71. *num.* 2. Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. P. Bauny *vbi ſupra* 4. *part. diſput.* 1. *q.* 6. Cephal. *conſil.* 358. *num.* 25. Gonçalez *vbi ſupra. gloſ.* 8. *à num.* 43. Barboſ. *in d. cap. inter quatuor, num.* 2. quare † non 51
prohibentur omnino Religioſi habere Beneficia, quæ in titulum perpetuum ſolent ſæcularibus conferri, Abb. *in d. cap. de Monachis, de præbend. num.* 9. *in fin.* Rot. *deciſ.* 54. *num.* 1. verſic. *Nec obſtat dictum, de reſcript. in antiq.* Felin. *in d. cap. in noſtra num.* 44. verſic. *Septimo.* Farinac. *deciſ.* 578. *n.* 2. *p.* 1. *recenc.* & repetit *deciſ.* 568. *num.* 2. *par.* 1. *in poſthum.* P. Pellizzar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 4. *num.* 104. Murga *dict. quæſt.* 2. *num.* 51. & plenius 4. *par. quæſt.* 1. *ſect.* 4. *à num.* 34. & 40. *cum ſeqq.* Sicque aliquo titulo † con- 52
current, ſolent Regulares in ſæcularium, & ſeculares in Regularium Beneficio manuteneri & conſeruari, ita ex Boccat. *de interdicto vti poſſid. cap.* 2. *num.* 25. docent Ludouic. Poſth. *vbi infra* Pirrh. Corrad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolicar. lib.* 6. *cap.* 1. *à num.* 19. vbi aliquas declarationes adducit.

Quæ maximè locum habent tempore peſtis, tunc † enim calamitas ipſa & 53
neceſsitas hoc omne ſuadet, & inducit, Emman. Rodrig. *vbi ſupra tom.* 3. *quæſt.* 31. *artic.* 4. Xammar. *d. definit.* 122. *n.* 7. cum ſint Regulares † veluti coadiu- 54
tores, & ſocij Parochorum, D. Solorzan. *dict. cap.* 16. *à num.* 57. P. Pellizzar. *vbi ſupra tractat.* 1. *cap.* 4. *à num.* 30. & *tractat.* 5. *cap.* 12. *numer.* 30. Illuſtriſ. D. Epiſcop. Quitenſ. Montenegro *in ſuo Itinerar. ad Parochos. Indor. lib.*

lib. 3. tractat. 4. sect. 18. à num. 1. iunctis traditis *Cap. 73. num. 8.* Qua necessitate, vel alia interueniente certum
55 est, Parochos etiam † cum periculo vitæ, pœnitentiæ Sacramentum ouibus suis teneri ministrare; non vero Sanctam Eucharistiam, & Extremamvnctionem, nisi aliquo speciali casu, secundum probabiliorem sententiam, de quâ Villalob. *in Summ. tom. 1. tractat. 10. differ. 6. num. 7.* Maior. *in 4. sententiar. distinct. 7. quæst. vltim. & distinct. 22. q. 1.* Molfes. *in Summ. tom. 1. tractat. 4. cap. 3. num. 51.* P. Dian. *3. par. moral. tractat. 4. resolut. 174. & 5. par. tractat. 3. resol. 53.* P. Pellizzar. *dict. tractat. 5. cap. 9. num. 11. & cap. 12. numer. 19. & tract. 6. cap. 9. sect. 2. q. 6.* P. Tamburin. *in Method. lib. 2. cap. 5. §. 5. in fin.* P. Bauny *1. par. Theolog. moral. tractat. 10. quæst. 20. & 35.* Petr. Aingo Ezpeleta *de casibus occurrentib. tempor. mort. tractat. 3. resolut. 59. cum duabus seqq. & tract. 5. resol. 36. tract. 6. resol. 56. tractat. 9. resolut. 15. tract. 1. resolut. 14.* Dixi *Cap. 9. num. 32.* An autem & quan-
56 do liceat † tempore pestis aliquos, aut omnes Ciuitatis & loci ingressu priuare & prohibere, non seruata certa forma, tradunt latè Peguer. *decis. 8.* Kosta *consil. 83.* Cancer. *2. par. variar. cap. 10. num. 59.* Fontanell. *de pact. clauf. 4. glos. 10. par. 2. à num. 16.* Capic. Latro *consult. 62.* D. Solorzano *lib. 1. de Indiar. gubernat. cap. 13. num. 67.* Garc. *de expens. cap. 23. num. 48.* qui varia in materia pestis referunt.

57 Proximè traditam resolutionem † exponit & distinguit optimè Gratian. *discept. forens. cap. 473. à num. 20.* cuius verba refero, quia sunt in hac re obseruatione digna: *Quibus addendum est*, inquit, *quod etiam Episcopus † in defectum*
58 *Regularium potest ponere sæculares in eorum Ecclesijs, ita vt non sit necesse quod adeatur Papa, Abb. in cap. inter quatuor 5. in fin. de Religios. domib. & quamuis glos. in cap. Si Episcopus, quod est ante penult. 12. q. 2. teneat contrarium, quod requiratur auctoritas Summi Pontificis, cap. cum Venerabilis, de censib. cap. relatum, ne Cleric.*
59 *vel Monach. Tamen † eius opinio intelligitur quando simpliciter absque causa hoc fieret, secus illa existente, puta si non posset aliter locus regularis reformari, nisi per Canonicos sæculares, cap. inter quatuor, de Religios. domib. & ita etiam distinguit glos. in dict. cap. si Episcopus, in fin. 12. q. 2. & ibi etiam Geminian. ad fin. post. Ioan. Andr. & alios in dict. cap. inter*
60 *quatuor, seruatis † tamen gradibus, de quibus ibidem; videlicet quod primo reformet de ipsis Religiosis, si potest. Secundo de alijs ipsius ordinis. Tertio de alijs alterius Ordinis. Quarto de sæcularibus Clericis, si non potest aliter fieri. Gemin. in cap. si Episcopus, in fin. 12. q. 2. & secundum prædicta debet etiam intelligi Speculat. de dispens. §. Nunc de Episcoporum, versic. 135. num. 8.* Hæc Gratianus, D. Solorzan. *dict. cap. 16. num. 5.*

Quamuis aliàs verum sit, Regularia Regularibus, & sæcularia † sæcularibus esse conferenda, *dict. cap. cum de Beneficio 5. de Præbend. in 6.* Sanct. Tridentin. Concil. *c. cap. 10. & seq. & sess. 25. de Regularib. cap. 21.* illic: *Non nisi Regularibus spectatæ virtutis & sanctitatis conferantur. Clem. 1. de election.* D. Couarrub. *in dict. cap. 2. de testam. à num. 2.* Cardinal. Seraphin. *decis. 287. num. 4. & decis. 1165. num. 12. & decis. 1305. num. 4.* Cardinal. Mantic. *decis. 68. num. 5.* Farinac. *decis. 229. num. 1. part. 1. recent.* Gratian. *discept. forens. cap. 122. num. 11.* Peña *decis. 443. num. fin.* Caualer. *decis. 80. num. 1.* Barbos. *in dict. cap. 21. Concilij num. 1. & in dict. cap. cum de Beneficio 5. num. 12.* Garc. *dict. cap. 10. à prin.* Ricciull. *vbi supra num. 41.* Posth. *de manutenend. obseruat. 44. num. 53.* Tondut. *resolut. Benefic. 3. part. cap. 109. num. 6. & cap. 196.*

Taliter, vt collatio † Sæculari, de 62
Beneficio Regularium facta, sit nulla, *Clem. 1. §. Sanè Prioratus. de statu Monach.* Bellamer. *decis. 76. n. 1. & decis. 172.* Peña *d. decis. 443. n. 15. & decis. 829. n. fin. & decis. 1487. num. 1.* fac. *cap. cum singula 32. de Præbend. in 6. dict. cap. cum de Beneficio 5. §. quando vero*, Concil. Tridentin. *dict. sess. 14. cap. 10. de Reformat.* Rebuff. *in prax. Benefic. cap. 10. num. 12.* Barbos. *in summ. decisionum Apostolicar. collectan. 65. à num. 1.* Gonçalez *dict. glos. 8. num. 77.* Murga *dict. 4. p. quæst. 1. sect. 3. num. 24. & 1. part. diuis. q. 2. num. 1.*

Quapropter apud Nos resolutum est. Doctrinas † Regularum Regularibus, & 63
sæcularium sæcularibus concedendas & commendandas esse, in Regia Schedula 18. *Martij* 1644. ibi: *Que quando fueren vacando, presentareis en conformidad*

de

de mi Real Patronato, preciſamente las Doctrinas que oy eſtàn poſſeyendo los Frayles en Frayles, y las que poſſeen Clerigos en Clerigos. Et iterùm in alia 23. *eiuſdem menſis, ac anni*, D. Comiti de Saluatierra Mexicano Proregi miſsis. Item in alia 13. *Decembris* 1650. quæ eadem verba continet. Quod per Regias Schedulas *annor.* 1557. & 1561. pag. 153. *tom.* 1. *impreſſar.* prouiſum fuerat, vt in eis videre licet, latè D. Palafox *in dictis allegationib. alleg.* 2. *punct.* 2 *num.* 57. & *in margin. fol.* 40. & *alleg.* 3. *num.* 36. *fol.* 110. & *num.* 142. *fol.* 140.

In Eccleſijs verò à Monaſterijs dependentibus, & quæ ſunt eorum membra; re- 64
ctè poſſunt Regulares † ex ſola ſuorum ſuperiorum licentia, & facultate animarum curam exercere, remouerique paſſim ad eorum libitum, & voluntatem *ex dict. Clement.* 1. *§. Ad hæc, vbi gloſ.* verb. *Ad Clauſtrum, de ſtatu Monach.* Abb. *in dict. cap. quod Dei timorem, ſub num.* 9. D. Gregor. Lopez *in dict. l.* 25. *gloſſ.* 2. *ante fin.* P. Sanchez *dict. lib.* 6. *Decalog. cap.* 6. *num.* 36. Eligius Baſſæus verb. *Religio* 1. *num* 9. Garc. *de Benefic.* 11. *p. cap.* 2. *num.* 14. Ricciull. *dict. cap.* 2. *num.* 39. D. Salgad. *de Reg. protect.* 3. *par. cap.* 9. *num.* 158. Barboſ. *in dict. cap. poſſeßiones num.* 4. Tondut. *reſol. benefic.* 1. *par. cap.* 40. *num. fin. & dict.* 3. *par. cap.* 141. *num.* 12. Xammar. *dict. definit.* 122. *num.* 7. Lezan. ſic intelligend. *dict. conſult.* 41. *num.* 15. & *ſeq.* Murga *vbi ſupra* 1. *par. quæſt.* 2. *diuiſ.* 1. *num.* 50. D. Creſpi *obſeruat.* 57. *num.* 17.

Quoniam hoc caſu vtroque, ſeu pleno
65 iure † ad Monaſteria Eccleſiæ & animarum curæ pertinent, vt proximè adducti aduertunt; ſi autem ſcire cupis, quando dicantur Eccleſiæ Monaſterijs
66 vel alijs pleno iure † competere, vide gloſ. *in dict. cap. cum & plantare* 3. *§. in Eccleſijs*, verbo, *Pleno iure de priuileg.* vbi Butr. *num.* 26. Dec. *num.* 12. & 16. Zabarell. *num.* 1. Mart. *de clauſulis. clauſ.* 85. *nu.* 6. Coquier. *de iuriſd. in exempt.* 1. *part. quæſt.* 9. *num.* 6. Sayr. *de cenſur. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 12. & alios apud Barboſ. *in Cap. quoniam* 21. *num.* 2. *de priuileg.* D. Salced. *de leg. politic. lib.* 1. *cap.* 17. *à num.* 32. 38. *in nou. edition.*

Aliud dicendum eſt, quando Eccleſia habens animarum curam, non eſt Monaſteriorum membrum, aut alio modo ab illis dependens, neque eis omninò ſubiecta; ſed eſt tantum ipſis vnita; tunc enim ad Regularis Prælati nominationem debet vnus Religioſus ab Epiſcopo, præuio examine † approbatus, deputari, 67
ad nutum tamen eiuſdem Regularis Prælati amouibilis, ex Decreto Sanctiſsimi Gregor. XIII. vt Sacra expoſuit Congregatio per hæc verba: *S. D. N. Gregorius XIII. non habet pro reuocata Bullam Pij V. de Vicarijs perpetuis in Parochialibus vnitis Monaſterijs Regularium, vbi Epiſcopus ad nominationem Monachorum deputat vnum ex ipſis, præuio examine approbatum, ad nutum ipſorum amouibilem, & cum Vicario ſic deputato debet habitare † vnus* 68
dumtaxat alius Monachus, ne plures extra clauſuram maneant. fac. *dict. cap. cum & plantare* 3. *§. in Eccleſijs de priuileg. cap. de Monachis* 12. *de præbend.* docent Hojed. *de incompatibilit. Benefic.* 1. *part. cap.* 15. *num.* 3. Flor. de Mena *lib.* 1. *variar. quæſt.* 10. *à num.* 12. Garc. *d.* 11. *part. cap.* 2. *à. num.* 13. D. Salgad. & Barboſ. *vbi ſupr.* idem Barboſ. *in d. cap. de Monachis num.* 4. P. Sanchez *Conſilior. moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 2. *num.* 9. vbi ait, hoc Gregorij XIII. decretum renouatum fuiſſe à Greg. XV. *die* 8. *Februarij* 1623.

Vnum notabile quæſitum, à Magiſt. Lezana traditum *dict. Conſult.* 41. *à num.* 48. hoc loco obſerua; quærit enim an eo caſu, quando Monaſterio animarum cura eſt annexa, & competit, tanquam eiuſdem membrum, omnes Religioſi in
co exiſtentes † debeant eſſe Parochi? 69
Quod dubium ita ex alijs, quos refert, exponit: *Obiter etiam hic proponam dubium quod relatus Ceſpedes eo cap.* (de exempt. Regular.) *dub.* 178. *proponit, an videlicet omnes Religioſi vnius Conuentus, cui eſt annexa cura animarum, poſſint dici Parochi; an vero vnus ſolus à Superiori ad id munus deſtinatus, ad quod ipſe Ceſpedes ſic reſpondet: Dico ergo idem putò dicendum de Regularibus talis Parochiæ, ac de Canonicis Collegiatæ, quæ habet curam animarum annexam; ſed Canonici † talis Collegiatæ vt no-* 70
tat noſter Alphonſus de Leone, de offic. Cappellan. quæſt. 3. *num.* 26. & *ſeqq. Sunt omnes curati, & ad omnes cura talis ſpectat, vt colligitur ex declaratione, quam affert Pariſius in ſuo opere de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 93. *in qua deciditur, quod quando Eccleſia in prima ſua inſtitutione, & origine eſt Parochialis, & poſtea erigitur in Collegiatam cum retentione curæ animarum, illius curæ exercitium ſingulis de*

Col-

Collegio incumbit, vt ab ipſis Canonicis per turnum adminiſtretur, & tunc fructus, qui ex cura procedunt, debent diuidi æqualiter inter Canonicos, & Dignitates, ſicut onera fuerunt communia. Ergo idem proportionaliter dicendum de Regularibus, niſi aliter in inſtitutione, vel translatione fuerit ordinatum.

71 *Et licet apud Regulares curæ exercitium* † *non fiat per turnum à ſingulis, ſed ſoleat committi alicui Capellano, qui extra gremium Capituli eſt (iuxta cap. 1. de Capell. Monach.* Mantic. *deciſ. 48. num. 3.) attamen titulus ſemper manet apud Capitulum, &c. Ex poſita doctrina collige, omnes illos Religioſos, qui ſunt in Monaſterijs, ſic curam animarum habentibus, cum debitis conditionibus, ſcilicet, Sacerdotes, &c. eſſe tanquam Porochos reputandos; Hæc Ceſpedes, quæ tamen moderatur Pellizzar. ſupra num. 107. (tractat. 8. cap. 4. ſect. 4.)*

72 *dicens; verum* † *quia vſus videtur eſſe in contrarium, ideò in re adeò graui, non auderem conſulere praxim huius aſſertionis ſine altiori indagine, contra communem vſum, & maximè ad cauendam Ordinariorum offenſionem & ad vitandas tricas & lites.* Hucvſque Lezana. Videndi Barboſ. *in ſumm. deciſionum Apoſtolicar. collectan. 235. à princ. & in collectan. Bullar.* verb. *Cura animarum à princ.* vbi expendit in hoc *cap. Statutum 22. de election. in 6.* Murga *vbi ſupra 1. part. quæſt. 2. diuiſ. 1. à num. 4. & 4. part. quæſt. 1. ſect. 3. num. 3.* relatis Rebuf. *in prax. Benefic. part. 2. tit. de non promotis intra annum, à n. 63. &* Maſcard. *de probat. concluſ. 469. num. 5.*

73 In his verò Indiarum † Regnis & Prouincijs obſeruatur, & pluries vidi, maximè in Noua-Hiſpania, vt ex Religioſis in Monaſterijs & domibus, Indorum municipijs & locis erectis degentibus, aut alibi, vnus, vel duo, aut tres ſecundum numerum & indigentiam adminiſtrandorum, ſeruata tamen forma à Regio Patronatu præſcripta, in Parochos eligantur, & conſtituantur, cæteris in Monaſterio exiſtentibus ab hac obligatione remotis, & excluſis, qui animarum adminiſtrationi inſeruire non tenentur; ex eo quod

74 Doctrinæ † Indorum non ſint Monaſterijs vnitæ, ſed pleno iure ad Epiſcopos pertineant.

SVMMARIVM.

1 *Religiones, quæ Indorum Doctrinas ſolent adminiſtrare, referuntur.*

2 *Doctrinæ Indorum Regularibus commendatæ poſſunt Regularia Beneficia appellari.*

3 *Regularia Beneficia, quæ dicantur; & quæ ſæcularia. & num. 11. 12. 13. 14.*

4 *Beneficia omnia in dubio præſumuntur ſæcularia.*

5 *Sanctus Petrus Apoſtolus fuit ſæcularis.*

6 *Beneficium in Regularium Eccleſia fundatum, in dubio præſumitur Regulare.*

7 *Quale eſt caput, tale iudicatur illius membrum.*

8 *Vltimus ſtatus attenditur, ad naturam Beneficij dignoſcendam.*

9 *Titulus item ipſius inſpicitur, maximè ad manutentionem. & num. 10.*

15 *Beneficij ſtatus & natura poteſt præſcribi.*

16 *Ad præſcribendum ſtatum ſæcularitatis in Beneficio, decem anni ſufficiunt. & num. 17. 20.*

18 *Res facile reuertitur ad ſuam naturam.*

19 *Solemnitas minor requiritur in deſtruendo, quam in conſtruendo.*

21 *Regularia Beneficia ſunt manualia ſui natura, & ad nutum amobilia, niſi ſint Curata.*

22 *Hieroſolymitana Beneficia ſunt manualia.*

23 *Reges Catholici ex debito curarunt à principio, vt Regulares mitterentur in Indias.*

24 *Quo tempore cœperint Regulares mitti in Indias.*

25 *Regulares, qui ante alios ad Indias acceſſerunt, referuntur.*

26 *Regnum Nouæ-Hiſpaniæ, quo tempore detectum fuit.*

27 *Mexicana Vrbs quo tempore acquiſita, & pacata fuerit.*

28 *Frat. Bartholomæus de Olmedo Ordinis B. Mariæ de Mercede ſolus Regularis interceſſit in conquiſitione Nouæ-Hiſpaniæ cum Cortes.*

29 *Regulares primi, qui ad Mexicanam Vrbem, & Nouam-Hiſpaniam venerunt, referuntur. & num. 30.*

31 *Clerici ſæculares, qui ante omnem Regularem ad Nouam-Hiſpaniam acceſſerunt, memorantur.*

Re-

32 *Regulares illis temporibus, qualiter ad curam animarum deputabantur.*

33 *Regulares huic curæ ex Regis Catholici voluntate aſſignabantur, ex Bulla Alexandrina.*

34 *Alia indulta Apoſtolicæ in hoc referuntur. & num. 35.*

36 *Regulares regulariter abſque Parocho, non adminiſtrant Sacramenta, ſine incurſu excommunicationis. & num. 37. 42.*

38 *Regis Catholici permiſſio quando loco licentiæ Parochi conſideretur in Indijs. & num. 39. 40.*

41 *Rex Catholicus poteſt Regularibus Indorum municipia aſſignare.*

43 *Regulares ad Iapponicas Miſſiones profecti poſſunt Parochialia exercere, durante præſenti ſtatu. & num. 44.*

45 *Regulares Indicis Miſsionibus detenti poſſunt baptizare.*

46 *Regularis omnis, imo laicus, mulier, hæreticus, & excommunicatus poſſunt baptizare tempore neceſsitatis, ſeruata forma. & n. 47. 48. 49.*

50 *Regulares in neceſsitate, ex præſumpta Parochi licentia, poſſunt Viaticum adminiſtrare.*

51 *Regulares, an poſsint ſacram Euchariſtiam ægrotantibus apud ſe, exhibere?*

52 *Regulares infirmorum confeſsiones qualiter audiant.*

53 *Regulares ſine Parocho, an poſsint Extremam vnctionem miniſtrare? & num. 54. & an ſuis famulis, & hoſpitibus? num. 55. 56.*

57 *Famuli & ſeruitores in Monaſterijs degentes tenentur in Paſchate Euchariſtiam Sanctam in Parochia ſumere.*

58 *Noua Sedis Apoſtolicæ declaratio in hoc adducitur.*

59 *Regulares Theatini, quod priuilegium quod ad hæc, habeant.*

60 *Regularium adminiſtratio ſuperius tradita vſque ad Synodum Tridentinam obſeruabatur; ex tunc aliter cœpit ſe habere.*

61 *Tridentinum Concilium quando congregari cœpit.*

62 *Tridentinum ſtatuit, Regulares curam habentes, examini Ordinarij ſubijci.*

63 *Tridentini litera, quoad hac, adducitur.*

64 *Hanc formam admittere curarunt Proreges & Prælati Indiarum; ſed non potuerunt omnino aſſequi. & num. 65. 66.*

67 *Pius Papa V. indulſit, vt Regulares adminiſtrarent in Indijs, ſicut adminiſtrabant ante Tridentinum Concilium.*

ARGVMENTVM.

REgulares in Indijs Occidentalibus, quomodo ad Sacramentorum exercitium, & ſæcularium curam fuerunt admiſsi; qualiterque Sancto Tridentino Concilio edito, antiqua forma ceſſare cœperit.

CAPVT LII.

SVppoſitis iam principijs, Superiori adductis Capite, ad praxim in his Indiarum Regnis, & Prouincijs nuper admiſſam, eiuſque originem exponendam & referendam, oportet deſcendere ac deuenire. In eis † enim Regulares Dominicani, Franciſcani, Auguſtiniani, Sanctiſsimę Virginis de Mercede, & Societatis IESV. Doctrinas paſsim & Eccleſias Parochiales Indorum adminiſtrant; quæ, quia Regularibus ſunt permiſſæ, concreditæ, & commendatæ interim, Beneficia † *Regularia* poſſunt appellari, ſeu *ad Regulares* pertinentia, vt *ex D. Solorzan.* rectè aduertit, Illuſtriſſ. D. Epiſcop. Quitenſ. Peña Montenegro *in ſuo Itinerar. ad Parochos Indor. lib. 1. tract. 1. ſeſſ. 2. num. 8.* Addo Regiam Schedulam generalem Regij Patronatus, relatam *infra Cap. 63. num. 26.* ibi: *Seculares y Regulares*; & Reg. Sched. 13. *Maij* 1637. *dub. 4. trad. infra Cap. 68. num. 15.* illic: *Pues en eſtos Beneficios Regulares.* vbi loquitur de Doctrinis Indorum.

Ad differentiam eorum Beneficiorum, quæ ſolum ſolent, & poſſunt à ſæcularibus Clericis obtineri, quæ ideò *Sæcularia* † vocantur; ſecundum ſententiam text.

in

in cap. Cum de Beneficio 5. de Præbend. in 6. cap. Possessiones 10. de reb. Eccles. alienand. vel non, Clement. vnica, de supplend. negligent. Prælator. Frat. Petrus de Murga *in quæstionib. Pastoral. 1. part. quæst. 2. diuis. 1. à num. 1.* & alij *infra*, cum multis D. Solorzan. *de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 16. à num. 3.* vbi *num. 5.* ex P. Sanchez *in Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 11.* docet, omnia Beneficia in
4 dubio † *sæcularia* censeri; iuxta scilicet primæuam eorum institutionem & origi-
5 nem; instituit enim illa † Beatus Petrus Apostolorum Princeps, quæ, quia ipse secularis fuit, secularia dicta sunt, notant Ioseph. Mascard. *de probat. conclus. 172. n. 4.* Garc. *de Benefic. 7. p. cap. 10. num. 1.* Corrad. *in prax. dispensat. Apostolicar. lib. 6. cap. 1. à num. 31.* Tondut. *Benefic. resolut. 1. part. cap. 40. num. 1.* Nec modo secularis, sed illiteratus & indoctus proponitur Sanctus Petrus (vt id obiter notem) sicut & Sanctus Paulus, à Sancto Ioann. Chrysostom. *in Epistol. 1. ad Corinth. cap. 1. Homil. 3.* ad medium, illic: *Tu autem illud mihi ostende, an doctus & eloquens esset Petrus & Paulus; sed non potes; erant enim idiotæ & rudes & illiterati.* Et *Homil. 6.* vbi, quod Diui Pauli prædicatio nihil haberet sapienter & artificiosè excogitatum, cum externæ sapientiæ penitus esset expers. Similiter hi, & reliqui Apostoli pauperes fuere, in rebusque terrenis despiciendis, Christum Dominum sunt sequuti, idem Chrysostom. *in dict. Epist. 1. cap. 10. Orat. 24.* in fin. & *in Acta Apostol. cap. 1. Homil. 1. post princip.* ideò Monachorum vitam agere dicebantur, Diu. Petr. Damian. *libr. 5. Epistol. 19. ad Clericos & Canonicos*, ibi: *Cum constet à Monachis, non à Canonicis vniuersalem Ecclesiam fundatam & gubernatam, & à diuerso errore cribratam; Apostoli nempe Fundatores & Rectores Ecclesiarum nostro, non vestro more viuebant.* Diu. Epiphan. *in Matthæum cap. 19.* exponens illa verba: *Sunt Eunuchi*, ait: *Quinam igitur hi fuerint, quam generosi Apostoli, Monasticam vitam degentes.* Cardinal. Belarmin. *tom. 1. libr. 2. de Monach. cap. 5.* Reuerendissim. P. Frat. Ioann. Martinez *vbi infra, §. 6. à numer. 121. & 132.* Vbi, ex Sancto Vincent. Ferrer *Sermon. in Fest. S. Dominici*, docet, Apostolos primo Monachos, deinde Sacerdotes fuisse (ad tradita *superiori Capite à num. 9.*) hæc sunt verba Sancti Vincentij: *Hic respondetur vni quæstioni litigiosæ, quæ est inter Clericos & Religiosos. Dicunt Clerici quod ipsi fuerint antequam Religiosi; quod non est, nam non fuerunt Clerici vsque in diem Cœnæ; & tamen prius fuerunt Religiosi, scilicet Apostoli.*

Quod tamen limitandum erit, quando intra Regularium Ecclesias situm reperitur Beneficium; tunc namque † regulare 6
potiùs præsumi necesse est, Cassad. *decis. 12. num. 9. de Præbend.* Francisc. Peña *decis. 823. n. 9.* Quale enim † est caput, nempe Monasterium, tale iudicari debet 7
membrum illius; scilicet Beneficium, in eo institutum, ita Alex. Ludou. *decis. 730. n. 3.* vbi alias in hoc decisiones, à Rota Romana factas, refert; cum sit naturæ congruum, capiti cætera membra obedire, illudque sequi omnino debere. *l. Cum in diuersis 44. ff. de Religios. & sumpt. fun. l. Rerum mixtura 30. ff. de vsucap. cap. Cum non liceat 12. de præsumpt.* & in varijs casibus, & materijs hoc notant Nauarr. *consil. 10. de maiorit. & obed. n. 3.* P. Azor. *instit. Mor. 2. p. lib. 6. cap. 28. q. 10.* Martin. Laudens. *de Princip. q. 5.* Altamiran. *de visitat.* verbo *Metropolitano, n. 11. fol. 7.* Gouçal. *ad Regul. octau. Cancell. glos. 5. §. 7. à n. 24.* Garc. *de Benefic. 11. p. cap. 15. n. 195.* & *12. part. cap. 2. à num. 47.* Dom. Salgad. *de retent. Bullar. 2. part. cap. 5. §. 3. numer. 31. & in labyrint. creditor. 1. part. cap. 4. numer. 27.* Dom. Palafox *in Memor. super restitut. armorum, à Cathedrali Angelopolitana ablatorum, num. 181.* D. D. Sebastian. Infante, Castellæ Senatus Fisci Patronus, *in allegat. iur. cum Marchion. de Cañete & Duce de Aueyro, super Maioratu de Tribiño, numer. 78.*

Docet similiter Dom. Solorzan. *vbi supra*, vltimum Beneficiorum † statum 8
esse attendendum, ad eorum naturam & qualitatem inuestigandum, & cognoscendam; Hoc est, an Beneficium per secularem possidentem vacauerit; vel per Regularem vltimum possessorem, vt sæculare vel Regulare presumatur, inspecta conditione vltimi possessoris, Put. *decision. 189. & decision. 192. libr. 1.* Farinac. *decision. 154. à numer. 3. p. 1. & decision. 180. numer. 3. part. 2. recent.* Pyrrh. Corrad. *num. 34.* & Alexand. Ludouis. *locis vbi proximè.* Vel etiam † atten- 9

dendus erit titulus, ad hoc, vt per eius exhibitionem & tenorem, cuius qualitatis ſit Beneficium, dignoſci liceat. Farinac. *dict. deciſ.* 180. *num.* 3. quod maximè admittendum puto ad manu-
10 tentionem, † ex traditis *Capite ſuperiori numer.* 52. iunctis adductis *Capite* 11. *à num.* 24.

11 Propriè itaque † & verè *Regularia* Beneficia ſolent dici, quę pleno iure per regulares viros, per quadraginta annos, vel vltra, pacificè & continuè ſunt regi conſueta, *dict. cap. Cum, de Beneficio* 5. Petr. Rebuff. *de nominat. quæſt.* 15. *num.* 23. & *in prax. Benefic. titul. Regular. Beneficia, num.* 1. Abb. *in cap. de Monachis, de Præbend.* vbi, quod Regulares poſsint multis modis habere Beneficia ſęcularia, Altamiran. *vbi ſupra* verbo *Propriam Diœceſim, num.* 55. *fol.* 23. Hieronym. Gonçalez *ad Regul. octau. Cancellar. gloſſ.* 8. *n.* 31. Garc. *vbi ſup.* 1. *part. cap.* 6. *n.* 13. & *d.* 7. *p. cap.* 10. *à n.* 1. Ludouiſ. *loco citato.*

12 Ita è contra, ſecularia Beneficia † ſunt, quæ conſueuerunt adminiſtrari, & poſsideri per ſæculares, ſaltim per quadraginta annos continuos pacificè, *dict. cap. Cum de Beneficio*, illic: *Quod tanto tempore ab vno, vel pluribus ſæcularibus Clericis inſtitutis in eo Rectoribus, extitit continuè & pacificè gubernatum, vt præſcriptio legitima ſit completa, etiamſi ante, vel poſt Religioſi quandoque miniſtrauerint in eodem.* Felin. *in cap. In noſtra, de reſcript. num.* 43. Nauarr. *conſil.* 8. *à numer.* 1. *de Præbend.* Achil. de Graſſ. *deciſ.* 8. *num.* 3. *de reſtitut. ſpoliator.* Maſcard. *vbi ſupr. num.* 2. 10. & 20. Caldas Pereyr. *de renouat. emphyt. quæſt.* 15. *num.* 20. & *ſeqq.* Gonçalez *dict. gloſſ.* 8. *num.* 38. & *gloſſ.* 7. *à num.* 8. Mar. Antonin. *variar. lib.* 1. *reſolut.* 20. *num.* 5. Melch. Loter. *de re Benefic. libr.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 7. Barboſ. *in dict. cap. Cum de Beneficio, num.* 5. & 7. vbi plenè, Ioann. Cephal. *conſil.* 358. *à num.* 16. *libr.* 3. P. Dian. 9. *part. Moral. in fin. pag.* 486. Vbi Rotæ Romanæ deciſiones, in hoc adducit, Murg. *vbi ſup. num.* 1. *in fin.* Corrad. *dict. cap.* 1. *num.*
13 30. Interim obſerva, communiter † *ſæcularia* Beneficia dici hæc: *Papatum, Cardinalatum, Patriarchatum, Primatum, Archiepiſcopatum, Epiſcopatum, Corepiſcopatum, Abbatiam ſæcularem, Decanatum, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, Primiceriatum, Sacriſtiam, Theſaureriam, Præpoſituram, Prioratum ſæcularem, Parochialem Eccleſiam, Vicariam perpetuam, Canonicatum*, & alia, vt latè tradit Gonçalez *dict. gloſſ.* 7. *à num.* 38. *Regularia* † vero iſta, *Abbatiam Regularem, Prioratum Conuentualem, Prioratum Clauſtralem, Monachatum, Canonicatum Regularem*, & ſimilia, idem Gonçalez *dict. gloſſ.* 8. *num.* 111. *& ſeqq.* 14

Ex quibus liquet apertè, Beneficij ſtatum & naturam legitimè † poſſe præſcribi per quadraginta annos, cæteris ad præſcriptionem requiſitis concurrentib⁹, 15
ſic notant in ſpecie Ancharran. *in princ.* Francus, & Barboſ. *n.* 5. *in d. cap. Cum de Beneficio*, Staph. *de liter. gratiæ, tit. de form. expectatiuar.* 8. *form. n.* 4. Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 14. Gutierr. *practic. lib.* 3. *q.* 18. *n.* 8. Gonçal. *d. gloſ.* 8. *n.* 32. & *d. gloſ.* 7. *n.* 8. & 9. vbi addit, ad præſcribendum † ſtatum ſæcularitatis in Beneficio, ſuffi- 16
cere decem annos, propter iuris communis aſsiſtentiam, quæ eo caſu concurrit, ex dictis *ſupr. n.* 4. alle Abbat. *in cap. fin. n.* 19. *de conſuet.* Felin. *in cap. Cum acceſſiſſent, n.* 6. & 30. *eod.* illic: *Quod ſi agatur † de tollenda præſcriptione, vel conſuetudine acquiſita contra ius, per tempus quadraginta annorum, ſufficient decem anni; cum reuertatur ad ius commune; Quia faciliùs † res re-* 17 18
naſcitur, quam de nouo naſcitur, l. Si teſtamentum 23. *vbi gloſ.* verbo *Imperfectum, ff. de teſtam. Et in deſtruendo minor † ſolẽnitas,* 19
quam in cõſtruendo requiritur; docent Gonçal. *vbi proximè n.* 10. & *ſeqq.* ex Staphil. *vbi ſupr. in* 10. *form. num.* 3. Ludouic. Gomez *de expectatiu. ſub n.* 106. iunctis *l. Si vnus* 28. *§. Quod & in ſpecie, ff. de pact.* gloſ. *in Auth. quas actiones, C. de Sacr. Sanct. Eccl.* cum alijs, Ant. Gom. 1. *p. cap.* 9. *ſub n.* 31. Chriſtophor. Suelves *conſil.* 47. *num.* 19. *ſemicent.* 2. Dom. Montemayor de Cuenca *in propugnat. pro Reg. iuriſdiction. poſt dec. Hiſpaniolæ, §.* 28. *num.* 15. Dom. Palafox *in allegat. iuris pro Clero Angelopolitan. allegat.* 4. *à n.* 155. & *n.* 177.

Vnde hoc caſu Beneficium non † tranſ- 20
latum, ſed redditum ad ſuum priſtinum ſtatum, creditur, argum. *l. Filio quem pater* 23. *ff. de liber. & poſthum. l. Voluntate* 10. *§. fin. ff. quib. mod. pig. vel hipothec. cap.* 1. *de eo, qui finem fecit agnat. d. l. Si teſtamentum*, vbi gloſſ. Mareſcot. *variar. lib.* 1. *cap.* 55. & *lib.* 2. *cap.* 23. *à n.* 3. Monter. *deciſ.* 1. *part.* 1. *n.* 8. & 14. & *deciſ.* 17. *n.* 37.

46.

46. & *ſeq.* Gonçalez *dict. gloſſ.* 7. *numer.* 14. Mieres *de maiorat.* 4. *p. quæſt.* 19. *à num.* 95. & 105. D. Valençuel. *conſil.* 43. *num.* 7. D. Solorzan. *dict. cap.* 16. *num.* 11. vbi in ſpecie tradit Regiam Schedulam 16. *Decembris* 1587. *pag.* 99. *tom.* 1. *impreſſ.* (de qua *Cap.* 66. *num.* 9.) D. Palafox *vbi proximè*, iuncto *dict. Cap.* 66. *num.* 65.

Obiter hoc loco adverte, Regu-
21 laria Beneficia de ſui natura eſſe † manualia, & ad nutum amobilia, niſi ſint Curata, *Cap. in Lateranenſi* 31. *§. Nos autem.* verſic. *Inſtitutos vero, de Præbend.* Ioann. Selu. *de Benefic.* 3. *part. quæſt.* 21. *num.* 3. Bellamer. *deciſ.* 203. Caualer. *deciſ.* 389. *num.* 1. Pena *dict. deciſ.* 823. *num.* 7. Farinac. *deciſ.* 646. *num.* 2. *part.* 1. *recent. & deciſ.* 340. *num.* 7. & *deciſ.* 760. *num.* 2. *part.* 1. *in poſthum.* Burat. *deciſ.* 346. vbi plenè Ferentill. *in not.* Beltramin. *ad Ludouiſ. deciſ.* 109. *num.* 12. P. Bauny *Theolog. Moral. tract.* 11. *quæſt.* 19. *part.* 1. & *in praxi Benefic. diſput.* 1. *quæſt.* 19. & *quæſt.* 16. Gonçalez *vbi ſupra, gloſſ.* 5. *§.* 6. *à num.* 60. & *dict. gloſſ.* 8. *num.* 7. Garc. *dict.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 66. iunctis traditis *infra Cap.* 64. *à*
22 *num.* 19. Ita Beneficia † Religionis Hieroſolymitanæ ſunt de ſui natura manualia, vt notant Mohedan. *deciſ.* 10. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Farinac. *deciſ.* 568. *à n.* 2. *d.* 1. *p. in poſthum.*

Ergo primis Indiarum temporibus cum meſsis maxima eſſet, ob idque operariorum deſideraretur copia, qui ad Indorum converſionem, & doctrinam totis viribus incumberent; non dum enim erant Diœceſes, Parochiæ, & Eccleſiæ opportunè erectæ; iuſtè à Regibus Catholicis Dominis noſtris, ex debito, iuxta Alexandrinam conceſsionem & Bullam, prouiſſum fuit, vt Re-
23 gulares aliqui in † hoc munus, & exercitium eligerentur, deputarentur, mitterenturque in Indias, vt plenè advertit D. Palafox *vbi ſupra allegat.* 2. *punct.* 2. *num.* 17. *fol.* 32. & *allegat.* 3. *à num.* 346. *fol.* 188. & *allegat.* 4. *à princ. fol.* 229. *cum ſeqq.* & alij paſsim.

Et licet doctus Emmanuel Rodriguez *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſtion.* 52. *artic.* 1. affirmare videatur, ad inſtitutionem, & adminiſtrationem
24 Indorum Religioſos † miſſos fuiſſe *anno* 1517. Nihilominus tamen hoc pro-

cedere puto, reſpectu Inſularum maris Occeani, quæ iam tunc temporis acquiſitæ & pacatæ erant; ad quas equidem ante id tempus nonnulli acceſſerant Regulares; omnium primus † ad 25
Hiſpaniolam Inſulam venerat Frat. Ioan. Tranſierra Franciſcanus, *ann.* 1500. Deinde ad eamdem *anno* 1502. Regum Catholicorum iuſſu, & diſpoſitione alij decem Franciſcani Religioſi acceſſerunt, quorum Prælatus, & Superior Frat. Alphonſ. de Eſpinar appellabatur. Dominicani poſtmodum Religioſi *ann.* 1510. miſsi fuerunt, ita Frat. Didac. de Mendoza *in Chronic. de San Antonio de los Charcas, libr.* 1. *cap.* 1. *ante fin.* & alij *infra.* Sed diſſentire videntur Anton. de Herrera *libr.* 1. *Hiſtor. Indiar. Decad.* 1. *cap.* 5. *in princip.* & Illuſtriſſ. atque Excellentiſſ. D. D. Ioann. de Palafox, numquam ſatis laudandus, *in Memorial. Regi Catholico D. N. exhibito ſuper reſtitut. Regiorum inſignium, à Cathedrali Eccleſia Angelopolitana ablatorum, numer.* 276. affirmantes, primum Regularem, qui cum Pontificia facultate ad Indias Occidentales fuit profectus, fuiſſe Fratrem Boyl ex familia Benedictina, natione Cathalanum, quod ſecundum Herrer. *vbi proximè anno* 1493. accidit.

Non vero reſpectu Terræ Firmæ Nouæ Hiſpaniæ, quoniam licet eo anno † iam eſſet detectum vaſtum illud Regnum per Franciſcum Fernandez de Cordoua, & milites ſuos primo, mox- 26
que anno ſequenti per Ioannem Grijalua, Ferdinandum Cortès, & ſuos; illicque concurrerent iam, & eſſent Hiſpani Duces, & Milites; non tamen Mexicana Ciuitas præfati Regni Caput, in eorum peruenerat poteſtatem, vſque † ad annum 1521. vt
27 latè refert, totam conquiſitionem mire deſcribens Bernal Diaz del Caſtillo *en la Conquiſta de la Nueua Eſpaña à princip. & cap.* 156. Quo tempore †
28 Regularis ſolus inventus fuit Frat. Bartholomæus de Olmedo, è Familia Beatæ Mariæ de Mercede, vir profecto Apoſtolicus, præcipuumque illius conquiſitionis inſtrumentum, à Deo miſſum, plenè Caſtillo *vbi proximè*, Pat. Salmeron *en ſus Recuerdos, ſiglo* 4. *recuerdo* 38. *§.* 1. & 2. & alij. Poſt expugnatam † vero, & acquiſitam Vrbem *Me-*
29 *xi-*

xico duobus decurſis annis, ad illam venire cœperunt Regulares, Catholicorũ Regum mãdato, deſtinati; *anno* tamen primo ſcilicet 1522. ex Inſula Hiſpaniola ad illam acceſſerunt tres Fratres Franciſcani, natione Belgæ, item ſequenti *anno* 1523. alij duo Caſtellani, ex eadem familia, & Inſula, qui omnes fructus maximos, ibidem conuenientes aſſecuti ſunt, quoſque anno ſequenti 1524. ſimul viuentes, alij duodecim Religioſi Franciſcani, è Caſtella miſsi, petente eos præfato Ferdinando Cortès, inuenerunt; horum Prælatus vel Commiſſarius Frat. Martin. de Valencia vocabatur; lapſis deinde duobus annis, Dominicani Fratres aliqui eſſe cœperunt in Noua Hiſpania; quorum Superior appellabatur Frat. Thomas Ortiz, latè de hac re poſt *Monarch. Indian. 3. part. lib. 5. cap. 2. & lib. 15. cap.* 12. & 26. Frat. Anton. Remeſal. *in Hiſtor. Goathemal. libr. 1. cap. 5. 6. & 7.* Caſtill. *vbi ſup. cap.* 143. 171. 191. & paſſim, tradit. Mendoza *vbi proximè cap. 2.* aſſerit tamen Caſtillo *dict. cap.* 143. primum Franciſcanum † Religioſum, qui 30
ad Nouam Hiſpaniam peruenit, fuiſſe Frat. Petrum Melgarejo de Vrrea, ibi: *En aquella ſazon vino vn nauio de Caſtilla: y vino vn Frayle de San Franciſco, que ſe dezia Fr. Pedro Melgarejo de Vrrea, natural de Seuilla, que traxo vnas Bulas del Señor San Pedro, y con ellas nos componian, ſi algo eramos encargo en las guerras, en que andauamos, por manera que en pocos meſes el Frayle fue rico, y compueſto à Caſtilla.* Et margini Capituli eſt additum: *Primer Frayle Franciſco en la Nueua Eſpaña.* Et licet in eo Capite non exprimat Caſtillo, quo tempore hoc euenerit, ex præcedenti tamen & ſequenti Capitibus apparet, accidiſſe menſe Martij vel Aprilis *ann.* 1521.

Vnum tandem notandum duxi, ne ſæcularium interim Clericorum gloriam infuſcare videar, videlicet, ante aduentum Magnanimi viri Ferdinandi Cortès, qui ſecum præfatum Frat. Bartholomæum de Olmedo traxit, ad Nouam Hiſpaniam, 31
Clericos † ſæculares deueniſſe; primo *Alphonſum Gonçalez*; qui cum Franciſco Fernandez de Cordoua, primam eius terræ detectionem luſtrauit, ita Caſtill. *ſupra cap. 1. in fin.* Deinde *Ioannem Diaz*, qui ibidem Sancta Sacramenta peregit; Venit enim ad illam regionem in claſſe, cui præfuit Ioannes Grijalva, *dict. anno* 1518. menſe Aprilis vel Maij; & *Ioannem de Leon*, itidem Clericum ſæcularem, ita atteſtatur ipſe Cortès *in ſuo Epiſtolar. epiſtol. 1. ad Regem Catholicum*, Caſtill. *cap. 8. 9. 25. 38. & 165.* Remeſal. *libr. 3. cap. 19.* Grijalu. *en la Coronica de S. Aguſtin de la Nueua Eſpaña, edad. 1. cap. 1.* illic: *Que eſtos dos* (duo nempe vltimi Clerici) *ſe moſtraron en todas ocaſiones muy zeloſos de la honra de Dios, y aſsi fueron los primeros, que enarbolaron el Eſtandarte de la Cruz en eſta tierra y dieron noticia del Euangelio.* Illuſtriſſ. Palafox, Hiſpaniæ Monarchiæ, ac Noſtræ fidiſsimę, ac peruetuſtæ Coronæ Aragonię lumen ſempiternum, impenſe doctus & eruditus, *in dictis allegationib. allegat. 2. punct. 1. num. 5. & allegat. 3. punct. 2. num.* 347. *& ſeqq.* Ergo deceptus fuit Reuerendiſsimus Pater Frat. Ioann. Martinez *en ſus diſcurſos Politicos y Theologicos, diſcurſ. 3. §. 7. numer.* 174. *& ſeq.* dum affirmat, primos ſeu priores Indiarum Occidentalium Prædicatores & Apoſtolos, Regulares fuiſſe; *& diſc. 2. §. 12. n. 232.*

Regulares † Ergo, qui illis primis temporibus ad Indias, à ſuis Superioribus electi Regis Catholici permiſſu mittebantur, quique poſtmodum in Capitulis Prouincialibus deligabantur, animarum curam & adminiſtrationem ſuſcipiebant, ex eiuſdem Catholici Principis D. N. deſtinatione, voluntate, & aſsignatione. Ipſi enim datum fuit † 32 33
à principio detectionis, & acquiſitionis Indiarum, per Bullam Alexandri Papæ VI. *anno* 1493. expeditam, quæ incipit: *Inter cætera, pag.* 466. *tom. 1. Bullar.* vt mittere poſſent, & tenerentur Catholici Reges, ad Indorum conuerſionem & doctrinam viros doctos, in idque munus idoneos, vt patet *in §. 7. præfatæ Bullæ*, in illis verbis: *Et inſuper mandamus vobis* (Regibus Catholicis Ferdinando & Eliſabeth) *in virtute ſanctæ obedientiæ* (*ſicut pollicemini, & non dubitamus, pro veſtra maxima deuotione & Regia magnanimitate, vos eſſe facturos*) *ad terras Firmas, & Inſulas prædictas, viros probos, & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos, ad inſtruendum Incolas & habitatores præfatos in Fide Catholica, & bonis moribus imbuendum, deſtinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmiſſis*

ad-

adhibentes, vt tradidi *Cap.* 8. *n.* 6. & *Cap.* 26. *n.* 19. notantque in ſpecie Rodr. *q. Regular. tom.* 1. *q.* 35. *art.* 2. Remeſal. *vbi ſupr. lib.* 10. *cap.* 28. *n.* 1. plenè de hac re Regius in Supremo Indiarum Senatu Secretarius & Conſiliarius D. D. Ioſeph de Veitia Linage, Iacobæo merito decoratus ſtemmate, iudicio ac comitate, aſsiduaque non inſimæ notæ lectione inſignis, à me ſemper venerandus & colendus *in aureo tractatu* cui titulus, *Norte de la Contratacion de las Indias lib.* 1. *cap.* 20. *à num.* 4. & alij referendi.

34 Tum etiam poſtmodum † ex literis Apoſtolicis Leon. X. Adrian. VI. & Paul. III. quibus indultum fuit, ad prædictum finem obtinendum, officiumque exercendum, poſſe mitti & eligi Regulares quoſlibet, quouſque ſæculares Clerici ſuperesſent. Frat. Ioann. Torquemad. *in Monarch. Indian. lib.* 1. *Cap.* 1. & *ſeqq.* Frat. Auguſtin. de Auila *lib.* 1. *Hiſtor. Mexican. cap.* 4. Remeſal. *vbi ſupra lib.* 11. *cap.* 5. & 6. Frat. Ioann. Baptiſta *in aduertent. Confeſſar. Indor. à fol.* 172. vbi præfatas Bullas enumerat, D. Solorzan. *d. lib.* 1. *cap.* 16. *num* 10.. referens Regiam Schedulam 1. *Decembris* 1573. quam habemus *tom.* 1. *impreſſ. pag.* 113. & talis eſt: *En lo de la duda que tenzis, ſi los Religioſos de la Compañia de IESVS pueden ſalir à las Doctrinas de los Indios ſegun ſu regla, parece que por la Bula del Papa Adriano lo pueden hazer ellos, como los demas Religioſos, y aſsi ordenareis que ſe haga.*

Similiter refert deciſionem dictæ Bullæ expeditæ 20. *Maij* 1522. per hęc verba: 35 *Tenore † præſentium* (inquit Papa Adrianus) *volumus, vt omnes Fratres Ordinum Medicantium, præſertim Ordinis Minorum Regularis Obſeruãtiæ, à ſuis Prælatis nominati, qui diuino ſpiritu vltro atque ſponte voluerint ad partes Indiarum præfatarum, cauſa conuertendorum & inſtruẽdorum in Fide prædictorum Indorum ſe transferre liberè & licetè poſsint, & valeant. Dum tamen ſint talis ſufficiẽtiæ in vita & doctrina, quod tuæ Cæſareæ Maieſtati, aut tuo Regali Cõſilio ſint grati, ac tanto operi idonei, ſuper quod conſcientias ſuorum Superiorum, qui eos nominare & licentiare debent, oneramus.* D. Palaf. *vbi ſupra allegat.* 4. *à princ. & artic.* 2. *à num.* 47. & *in memorial. ſuper decimis Indiarum lit. A.* D. Peña Montenegro *in d. Itinerar. lib.* 1. *tract.* 1. *ſeſſ.* 13. *n.* 3.

Quapropter licet aliàs certum ſit, 36 Regulares † nullo modo poſſe ſæcularibus abſque Parochi licentia Sacramenta miniſtrare, *cap. Placuit* 8. 16. *quæſt.* 1. cum alijs, alioqui ipſo facto in excommunicationem incidere, ſi Euchariſtiam, vel Sanctam Vnctionem præbuerint, aut matrimonia ſolemnizauerint, cuius abſolutio Papæ, ſeu Sanctæ Sedi Apoſtolicæ † reſeruata eſt, *Clem.* 1. *de priuileg.* ibi: 37 *Religioſi, qui Clericis aut Laicis Sacramentum Vnctionis Extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, matrimoniaue ſolemnizare, non habita ſuper his Parochialis Preſbyteri licentia ſpeciali, Excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto, per Sedem Apoſtolicam duntaxat abſolvendi*; docent D. Gregor. Lopez *in l.* 21. *tit.* 4. *part.* 1. *gloſſ.* 2. P. Suarez *tom.* 4. *de Religion. tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 6. & 19. Ludouic. Mirand. *in manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 48. *art.* 1. Cardinal. Tolet. *in Summ. libr.* 1. *cap.* 37. P. Eſcobar de Mendoza *tom.* 2. *problem. moral. lib.* 11. *num.* 388. P. Dian. 5. *part. moral. tract.* 3. *reſol.* 51. Buſemb. *in Medull. tract.* 3. *de Euchariſt. dud.* 5. *art.* 1. Barboſ. *de Paroch.* 2. *part. cap.* 20. *à num.* 7. & *in dict. Clem.* 1. *de priuileg.* vbi plenè, Magiſt. Lezana *quæſt. Regular. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. *num.* 31. & *cap.* 21. *à num.* 9. & *tom.* 3. *in Mari Magn. Sanct. Auguſtin.* §. 48. *num.* 138. P. Pellizzar. *in manual. Regular. tract.* 6. *cap.* 14. *à num.* 1. & *tract.* 7. *cap.* 2. *à num.* 101. & *tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 2. & *num.* 335. Murga *vbi ſupra* 3. *part. quæſt.* 3. *num.* 6. & *q.* 5. *n.* 2. P. Auendañ. *in Theſaur. Indic. tit.* 12. *à n.* 197. *cum ſeqq.*

Nihilominus tamen in hoc caſu, † Re- 38
gum Catholicorum permiſsio & licentia ad prædictam adminiſtrationem ſuſcipiendam, Parochique officia exercendi Regularibus ſufficiens eſt, iuxta materiæ qualitatem, eo in ſtatu conſideratę & ſuppoſitæ; adhucque hodie locum habebit id omne, vbi Parochi non fuerint inſtituti & aſsignati, ſecundum *infra* relatorum ſententiam, qui docent Regum aſsignationem † & licentiam in 39
his terminis, ex Papæ priuilegio indultam, loco permiſsionis & facultatis Parochorum habendam, Emman. Rodriguez *dict. tom.* 1. *quæſt.* 56. *art.* 11. *verſ. Prima concluſio*, Mirand. *vbi ſupra quæſt.* 42, *art.* 6. ex quo, & Hieronym. Rodrig. *in Compend. quæſt. Regular. reſolut.* 107. *num.* 1. & *reſolut.* 127. *numer.* 10. docet Barboſ. *dict. cap.* 20. *num.* 9. Religioſos, qui in his Indiarum partibus de licen-

40 tia Regis † Catholici fidelibus *ibidem* exiſtentibus, & infidelibus ad Fidem convertentibus, Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrant, nullo modo incidere in excommunicationem. *dict. Clem. 1. de priuileg.* quamvis id faciant ſine licentia Parochi, Frat. Ioann. Baptiſt. *vbi ſupr. 2. part. fol.* 164. D. Solorzan. *dict. lib. 3. cap. 18. à num. 23. & num. 26.* ex Vera Cruce P. Sanchez *de matrimon. libr. 3. diſput. 26. à num. 1. & lib. 10. diſput. 19. num. 2.* P. Pellizzar. *d. tract. 8. cap. 3. n.* 305.

Addit rurſus Emman. Rodrig. *ſupra quæſt. 30. artic. 2.* ex dicta Alexandrina
41 Bulla, poſſe † Reges Catholicos populos & municipia Indorum Regularibus aſsignare, vbi aliqua exempla adducit; faciunt tradita *infra Cap. 66. à n. 59.* Data vero Parochi licentia verum videtur, Re-
42 ligioſos legitimè † ea Sacramenta exercere & exhibere, vt à contrario ſenſu benè probatur, *in dict. Clem. 1.* & notant *ſuperiùs* citati; quibus addendi ſunt Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop. 2. part. allegat. 32. num.* 108. Gabriel. à Sanct. Vincent. *de cenſur. diſp. 4. n.* 153. Lezan. *d. cap. 21. n. 9.*

43 Regulares item † ad Iapponicas Miſſiones profecti; durante præſenti rerum ſtatu legitimè Parochialia adminiſtrant, ex Bulla Vrbani Papæ VIII. quæ incipit: *Ex debito §. 7. pagin. 190. tom. 4. Bullar.* ibi: *Quoniam autem, ſicut non ſine animi noſtri dolore intelleximus, in Iappone à pluribus annis contra Chriſtianos, & præſertim Religioſos acerrima perſecutio fuit commota, eaque uſque ad præſentes perdurat & viget, omnibus & ſingulis Chriſtianis nunc in Iappone exiſtentibus, & pro tempore futuris, vt à quibuſvis Sacerdotibus, vt ſupra à Generalibus eorum illuc miſſis ac mittendis quorum copiam habere potuerunt, Sacramenta (ordinem tamen Epiſcopalem non requirētia) etiam Parochialia, durante præſenti rerum ſtatu, ſuſcipere liberè, & licetè valeant, concedimus pariter & indulgemus.* P. Pellizzar. *d. tract. 8. cap. 4. num. 89. & tractat. 4. cap. 5. num. 89. 190. & 191.* fac. Tamburin. *de iur. Abb. tom. 2. diſput. 13. num. 72.*
44 Ex quibus † verbis ſimiliter conſtat apertè, præfatum priuilegium eis in partibus animarum curæ indultum, ab omnibus Regularibus illuc legitimè miſsis, exequi poſſe; nam licet Gregor. Papa XIII. abſque Sedis Apoſtolicæ licentia & facultate, ad Chinas, & Iappones proficiſci prohibuerit, Patribus Societatis IESV exceptis; poſtmodum Clem. Papa VIII. *in Bulla* incipiente: *Oneroſa pagin. 104. tom. 3.* Bullarij, ad omnes Mendicantes Religioſos permiſsionem extendit, dummodo per Luſitaniam fieret nauigatio. Denique Paul. Pap. V. *in Bulla* incip. *Sedis Apoſtolicæ pag. 329. eod. tom. 3.* conceſsit, ad eas terras & partes, etiam per alias vias, poſſe accedere, quod iam adhuc vigebat, vniuerſalem Dei regente Eccleſiam Papa Vrban. VIII. vt patet *in verbis relatis*; quò tendunt *l. 16.* ita: *Que à los Religioſos, que de ſu voluntad quiſieren ir à Filipinas no ſe les impida el viage. & l. 17. Que ſe guarde el Breue para que puedan paſſar al Iapon por Filipinas Religioſos de algunas Ordenes. tit. 10. lib. 1. Sunnar.*

Vndè omnino ſequitur, † Regularibus 45
Indicis Miſsionibus detentis & occupatis, ex ſolo Miſsionis munere, baptizandi poteſtatem & facultatem fuiſſe conceſsam, & conniſam; æquum namque fuit, vt qui ad gentibus prædicandum, infideleſque ad Catholicam Fidem conuertendos, mittuntur & deſtinantur, eiſdem data eſſet licentia in Eccleſiam recipiēdi eos, qui ingredi voluerint; ipſiſq; demandaretur tota illarū animarum cura. Tum ex iure communi *in cap. Doctos 21. 16. q. 1.* Tum ex priuilegis iam adductis Leon. X. Paul. III. & Paul. IV. in hoc officium, exercitium, & munus Regularibus Indiarum conceſſo; videlicet, vt poſſent inter infideles & Indos, illos baptizare, qui ad Fidem Catholicam converterentur; ita ex P. Suarez *dict. tract. 10. lib. 9. cap. 4. à num. 3.* docet P. Pellizzar. *d. tract. 8. cap. 3. n. 1.*

Concurrit namque in relata ſpecie neceſsitas, vt per ſe patet, qua † ſuppoſita 46
& data vtique poſſunt Regulares Baptiſmatis Sacramentum licitè conferre, etiam de iure communi *d. cap. Placuit 8. 16. quæſt. 1.* Diu. Thom. *3. p. q. 66.* & licet *d. cap. Placuit*, verbo, *Monachus* vtatur, intelligi tamen † debet ibi Regularis 47
quilibet, vt innuit Gloſſa, notant Nauarr. *Conſil. 10. de ſtatu Monachor.* Abb. *in cap. 2. de poſtul.* Cardin. Lugo *reſponſ. moral. lib. 1. dub. 2.* P. Pellizzar. *d. cap. 3. num. 2.* Lezan. *d. tom. 1. p. 1. cap. 9. num. 31. & tom. 2.* verb. *Baptiſmus à num. 1.* Quintanadueñas *ſingular. tom. 2. tract. 7. de priuileg. Indic. ſingul. 4. num. 7.* P. Auendañ. *d. tit. 12. num. 200.* & antea.

Immo neceſsitatis & periculi caſu † & 48
tem-

tempore omnis Sacerdos, Diaconus, Laicus, mulier, Paganus, & etiam hęreticus rectè potest baptismum celebrare & exercere, seruata forma ab Ecclesia tradita, *Cap. Firmiter* 1. *de Summ. Trinitat. cap. Constat* 19. *cap. Mulier* 20. *cap. In necessitate* 21. *cap. Romanus* 23. *cap. A quodam* 24. *cap. Si quis* 28. *cap. Quamuis* 29. *cap. Si re vera* 30. *cap. Hi de quibus* 38. *de consecrat. distinct.* 4. *Cap. Ad limina* 7. 30 *q.* 1. *Cap. Super quibus* 4. 30. *q.* 3. Sanct. Tridentin. Concil. *sess.* 7. *de Baptism. Cap.* 4. Bull. Eugen. IV. quæ incipit: *Exultante Deo, pag.* 357. *§.* 10. & Bulla eiusdem incip. *Cantate Domino pag.* 363. *§.* 13. *tom.* 1. *Bullar.* Hæc sunt verba *d. §.* 10. *In casu autem necessitatis, non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam Laicus, vel mulier, immo etiam Paganus, & hæreticus baptizare potest, dummodo formam seruet Ecclesiæ.* Busembaum *in Medull. tract.* 2. *dud.* 3. *art.* 1. Layman. *lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 7. P. Stephan. Bauny 1. *p. Theolog. moral. tract.* 2. *quæst.* 20. *& in epitom. eiusd. tractat. Cap.* 6. Petr. Aingo Ezpeleta *de casib. occurrentib. tempor. mortis tract.* 3. *resol.* 31. doctiss. Conciuis meus nunquan satis laudatus Venerab. Pat. Gauinus Carta *en su Guia de Confessores tract.* 4. *à numer.* 14. Ita etiam in articulo mortis, & casu necessitatis poterit, seruata eadem forma † excommunicatus baptizare, P. Suar. 3. *p. disputat.* 23. *sect.* 1. *& disputat.* 31. *sect.* 5. Cardinal. Belarmin. *tom.* 2 *controuers. lib.* 1. *de Baptism. cap.* 7. Emm. Saa *in Sum.* verb. *Charitas n.* 4. Angel. *in Sum.* verb. *Baptismus* 5. ex Aureol. *distinct.* 5. *q.* 1. Altamiran. *de Visitat.* verb. *A Metropolitanis, num.* 122. *fol.* 86. P. Vazquez 3. *part. disput.* 147. *cap.* 1. P. Dian. 3. *part. moral. tract.* 5. *resolut.* 51. *in fin.* P. Bauny *vbi supra part.* 2. *tractat.* 1. *de censur. quæst.* 9. Doctiss. Præceptor meus D. D. Emmanuel Gonçalez Tellez, in Supremo Sanctę Inquisitionis Senatu meritissimus Consiliarius, *in not. ad Concil. Illiberitan. lib.* 3. *cap.* 8. *ad medium*, vbi etiam Mendoza; Illustriss. Episcop. Quitens. *in suo Itinerar. lib.* 1. *tractat* 3. *sess.* 12. *à num.* 3. *& tractat.* 5. *sess.* 4. *num.* 10. *& lib.* 3. *tractat.* 1. *sess.* 3. Cardinal Lugo *vbi proximè*. Mutus vero non potest baptizare, cum hoc Sacramentum signis conficere non liceat, vt contra Paludan. *in* 4. *distinct.* 3. *quæst.* 2. *num.* 24. docet noster Reuerendiss. & doctiss. P. Mendo *in stater. opinion. differt.* 9. *q.* 1. *n.* 13.

Eodem modo Regulares, vrgente † necessitate, absque Parocho rectè Viaticum, ex præsumpta illius licentia secundum veriorem sententiam, administrant, de qua P. Suarez *tom.* 3. *in dict.* 3. *part. disput.* 72. *sect.* 2. *& tom.* 4. *disput.* 44. *sect.* 2. *num.* 3. *& tom.* 5. *disput.* 22. *sect.* 4. Rodrig. *dict. tom.* 1. *quæst.* 56. *art.* 5. P. Ioan. Præpositi, *in* 3. *part. quæst.* 82. *art.* 3. *dub.* 2. *num.* 17. Iacob. Mancin. *in practic. Visitand. infirm. practic.* 8. *dub.* 2. Valent. *tom.* 4. *disput.* 8. *quæst.* 1. *punct.* 2. Barbos. *in cap. vnico de Sacrament. Vnction. num.* 4. *in fin. & de offic. & potestat. Episcop.* 2. *part. allegat.* 25. *à num.* 78. Bartholom. ab Angel. *dialog.* 3. *§.* 149. Cardinal. Lugo *de Sacrament. Eucharist. disput.* 18. *sect.* 2. *n.* 53. Fagundez, Hurtad. Tanner. Peyrin. Ochagau. & Zambran. apud P. Dian. 5. *part. moral. tractat.* 3. *resolut.* 51. *& seq.* Lezan. *dict. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 21. *num.* 8. *in fin. & dict. tom.* 2. verb. *Eucharistia, n.* 4. P. Tambur. *in Method. lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 5. *& in Summ. lib.* 5. *tract. de casib. reseru. cap.* 12. *& ad Bull. Cruciat. cap.* 11. *§.* 3. *n.* 1. 50

Sæcularibus itidem apud se & intra sua Monasteria Hospitibus ægrotantibus Sanctam Eucharistiam † Regulares per modum Viatici ministrare posse, docet Peyrin. *tom.* 1. *priuileg. Constit.* 1. *Iulij II. num.* 92. ex Bulla Paul. Pap. IV. Minimis Fratribus indulta, cuius aliæ Religiones ex priuilegiorum communicatione sunt participes, eam refert Emman. Rodrig. *in Bullar. Constitut.* 2. *Paul. Pap. IV.* de qua P. Suar. *dict. tom.* 4. *lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 12. hanc eandem sententiam cum Peyrin. tenent P. Peregrin. *in Compend.* 1. *part. tit. Communicare num.* 3. Portell. *in dub. Regular.* verbo, *Sacramentorum administratio, in addit.* Cespedes *de exempt. Regular. cap.* 6. *dub.* 129. *numer.* 2. Lezan. *dict. tom.* 2. verb. *Eucharistia num.* 10. dubitanter tamen de eo loquitur P. Pellizzar. *dict. tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 302. 51

Infirmorum vero † confessiones rectè audiunt Regulares, quando in suis Monasterijs, & domibus ægrotant; tenentur tamen statim de confessione monere Parochum, ex Sacra Congregationis declaratione 2. *Iulij* 1587. *& Ianuarij* 1616. de quibus Bartol. Gauant. *in Manual. Episc.* v. *Regularium iura sub Episcop. in addit. n.* 3. 52

Quoad extremam † vero & Sacram Vnctionem dicendum esse puto, quod licet communiter eam Regulares laicis sine Parocho administrare non possint 53

sub

ſub excommunicationis pœna *in dict. Clementin.* 1. contenta, quæ eſt vera & communis ſententia, vt docent Henriquez, Rodriguez, Zerol. Azor. Comitol. Mirand. Ricc. Lezan. & Bonacin. apud Barboſ. *ad Trident. Concil. ſeſſ.* 14. *cap.* 3. *num.* 2. *& de offic. & poteſt. Epiſcop.* 3. *p. allegat.* 50. *num.* 96. *& de Paroch. cap.* 22. *num.* 3. *& in cap. vnic. de Sacram. Vnction. n.* 4.

54 Aliquando nihilominus † in caſu ſpeciali, ex præſumpta Parochi permiſſione & licentia, poſſe eam conferre, deduci licet ex traditis à Sylveſtr. *in Summ.* verb. *Vnctio quæſt.* 4. Sot. *in* 4. *ſentent. diſtinct.* 23. *quæſt.* 2. *art.* 1. Portell. *vbi ſupra num.* 11. Emman. Saa verbo, *Extrema vnctio num.* 8. Pax Iordan. *de re Sacra volum.* 1. *lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 8. Barboſ. *locis vbi proximè*, Caſtro Palao *in Summa moral.* 4. *part. tractat.* 26. *diſputat. vnic. punct.* 7. *num.* 3. Gauant. *loco citato num.* 4. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 2. *diſputat.* 7. *quæſito* 2. Lezan. *dict. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 21. *num.* 10. *& dict. tom.* 2. verb. *Extrema vnctio num.* 1. P. Pellizzar. *vbi ſupra tractat.* 5. *cap.* 12. *num.* 19. *& tractat.* 8. *cap.* 3. *num.* 323. *& cap.* 6. *num.* 98. Murga *in quæſt. Paſtoral.* 3. *p. quæſt.* 5. *numer.* 7. D. Peña Montenegro *vbi ſupra libr.* 3. *tractat.* 7. *ſeſſ.* 3. *numer.* 5.

Ex quibus † nonnulli docent, poſſe
55 quidem Regulares ſuis famulis ſeu familiaribus, ſeruitoribus, pauperibus, & alijs in ſuis Hoſpitalibus, vel intra ſuorum Monaſteriorum ſepta degentibus Extremam vnctionem miniſtrare, *ex dict. Clement.* 1. Lezan. *num.* 10. Tamburin. *quæſito* 3. *à num.* 1. Barboſ. *dict. cap.* 3. *Concil. num.* 3. *& in dict. cap.* 22. *num.* 4. Pellizzar. *dict. cap.* 3. *num.* 324. Mirand. *dict. tom.* 1. *quæſt.* 49. *artic.* 1. Portell. *in dub. Regular.* verb. *Famuli, ſeu Familiares num.* 1. P. Bauny 1. *part. Theolog. moral. tractat.* 4. *quæſt.* 8. *dub.* 11. Hieronym. Rodriguez *in Compend. reſol.* 64. *num.* 1. Quod procedere † crederem
56 in caſu aliquo neceſsitatis, cum deciſum inueniam à Sacra Congregitione *die* 20. *Februarij* 1576. Familiares ſeu famulos, & ſeruitores in Monaſterijs degentes, ad Parochialem in Paſchate † communicare
57 debere; de qua Gauant. *vbi ſupra* verb. *Euchariſtia num.* 24. Lezan. *dict. cap.* 21. *num.* 10. *in fin.*

58 Maximè ſtante † nouiſsima Sanctæ e-
dis Apoſtolicæ deciſione, pro partibus Indiarum lata, in qua decretum eſt, famulos, mercenarios, ruſticos, & id genus alios ſæculares; domibus in prædijs & domibus ſæcularibus, intra limites Parochiæ ad Regulares non pertinentis, ſitis, ſine Ordinario vel Parocho non poſſe à Regularibus Sacramenta Baptiſmatis, ſolemnis Matrimonijs Extremæ vnctionis, & Euchariſtiæ in Paſchate recipere; quod maximè ad traditam ſententiam ſpectat; ita Sanctiſſ. Innocent. X. *in Bull. expedita anno* 1648. in cauſa Angelopolitana de qua *infra Cap.* 81. *à num.* 2. *in dub. XVII. num.* 33. quod cum reſponſione, ſic ſe habet: *Virum Regulares, etiam Patres Ieſuitæ in ſuis prædijs, opificinis, aliiſque ſuis domibus ſæcularibus ſitis intra limites Parochialium ad ſe non pertinentium, poſſint adminiſtrare Sacramentum Baptiſmatis, ſolemnis Matrimonij, Extremæ vnctionis, & Euchariſtiæ in feſto Paſchatis Famulis, Mercenarijs, Ruſticis, ſiue alijs id genus hominibus ſæcularibus, abſque Ordinarij vel Parochi licentia? Reſpondit, non poſſe.* Extat *tom.* 4. *Bullar. pag.* 286.

Clerici tamen Regulares Theatini † 59
quoad Sacramenta Sanctæ Euchariſtiæ pro Viatico, & Extremæ vnctionis, habent ſpeciale priuilegium à Sanctiſſ. Pio Papa V. datum *in Bull.* incip. *Ad immarceſsibilem. pag.* 214. *tom.* 2. *Bullar. in §.* 17. per hæc verba: *Et tam præpoſiti, quàm cæteri omnes Clerici Romæ, Venetijs, Neapoli, ac alias vbique locorum degentes Congregationis huiuſmodi, nunc, & pro tempore exiſtentes, qui tamen Presbyteri fuerint, Euchariſtiæ, etiam pro Viatico, ac etiam conſtitutis in articulo mortis, ac Extremæ vnctionis cæteris Clericis, & Fratribus Cõgregationis huiuſmodi, ac etiam mercenarijs, famulis, operarijs, & ſeruis eorundem Congregationis, ea quibuſuis hoſpitibus, etiam ſæcularibus & extraneis, quos in locis vel habitationibus Cõgregationis huiuſmodi tunc reperiri contigerit etiam Diœceſan. locorum & Sacerdotum Curatorum quorumcunque, etiam in quorum Ciuitatibus, & Diœceſibus, ac Eccleſiarum Parochis reſpectiuè Eccleſiæ & loca ipſorum Congregationis nunc, & pro tempore fuerint, aut aliorum quorumcumque licentia minimè petita nec obtenta, & in caſum, quo non daretur ſpatium petendi talem licentiam propter repentinam neceſsitatem, etiam quibuſcumque alijs perſonis, quæ in huiuſmodi neceſsitate intra Eccleſias, Collegia,*

gia, domos, & habitationes Congregationis prædictorum, reperiri contigerit, ac extra illa aljis quibuſuis infirmis, etiam in mortis articulo conſtitutis vbique, in caſu neceſſitatis ſupra dictæ, etiam nulla ad hoc per eos petita, nec eis conceſſa licentia cuiuſuis Sacerdotis Curati; Pœnitentiæ Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare poſſint.

60 Hæc itaque de Regularium † adminiſtratione, quoad has Indiarum partes hucvſque tradita, & expenſa, in eis communiter à Conquiſitionis earumdem principio, vſque *ad ann.* 1563. obſeruabantur annis maximeque, aliquot decurſis (vt dixi) in Parochos à ſuis Superioribus in Capitulis Prouincialibus eligebantur Regulares, quemadmodum refert. Bulla præfati Pij Papæ V. (de qua *Capite ſequenti agam*) *in princ.* ibi: *Prout hactenus conſueuerunt exercendi, & ab eorum Superioribus, in Capitulis Prouincialibus obtenta licentia,* &c. & *§. 2. in fin.* illic: *De ſuorum Superiorum licentia, vt præfertur, in eorum Capitulis Prouincialibus obtenta, prædicare, ac confeſſiones audire.* notant Emman. Rodrig. *dict. tom. 1, quæſt. 35. art. 1. & 5. & in Sum. 2. part. cap. 9. concluſ. 6.* P. Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſput. 26.* Frat. Alphonſ. Fernandez *in Hiſtor. Eccleſiaſt.* Frat. Ioan. Baptiſt. *in aduertent. 1. part.* verbo, *Religioſi, & 2. part. fol. 172.* verſic. *His poſitis.* Frat. Anton. Remeſal. *vbi ſupr. lib. 10. cap. 22. & ſeq.* P. Pellizzar. *dict. tractat. 8, cap. 3, à num. 336. & cap. 4. num. 104. in fin. & tractat. 9, cap. 8. n. 111.* & alij paſsim.

Igitur tunc temporis publicatum, & editum fuit Sanctum œcumenicum Tri-
61 dentinum † Concilium, quod *anno* 1546. Cœperat congregari, vt in ipſius initio, & publicatione patet, P. Pellizzar. *dict. cap. 3. num. 56. ad medium*; in quo Sancte cautum, & prouiſum eſt, præcipuè *ſeſſ. 7. de reformat. cap. 13. & ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 11.* de cætero nullum Beneficium, etiam Regulare, curam animarum perſonarum ſæcularium habens, etiam iuris patronatus, à ſæculari, vel Regulari poſſe obtineri, niſi præuio exami-
62 ne, † ab Epiſcopo ſeu Ordinario Diœceſano peragendo, & quod perſonæ huiuſmodi curam exercentes, omnino ſubſint, quoad præfatam curam, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni eiuſdem Diœceſani; hæc ſunt verba *dict. cap. 11.*

63 *In Monaſterijs † ſeu domib⁹ virorum, ſue mulierum quib⁹ imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum ſeu locorum familia perſonæ, tam Regulares, quàm ſæculares huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſunt ſita, nec ibi aliqui etiam ad nutum amouibiles deputentur, niſi de eiuſdem conſenſu, ac præuio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo.* De hoc latè agunt Rodrig. *d. tom. 1. quæſt. 36. artic. 4.* Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt. 1. p. cap. 8. num. 20.* Paulin. Bertus *in prax. Criminal. Regular. tit. 4. cap. 29.* Ricc. *in prax. for. Eccleſ. deciſ. 736.* aliàs *reſol. 513. & deciſ. 608.* aliàs *reſol. 532.* D. Solorzan. *dict. lib. 3. de Indiar. Gubernat. cap. 17. num. 11.* D. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. 2. part. cap. 15, num. 27.* Piaſec. *in prax. Epiſcop. 2. part. cap. 3. num. 46.* Sbroz. *de Vicar. Epiſcop. lib. 2. quæſt. 111. à num. 9.* Gonzalez *ad Regul. octau. Cancellar. glo. 5. §. 3. num. 34.* Campanil. *in diuer. for. iur. Canon. lib. 12. rubric. 13. à num. 51. & num. 115.* Aldan. *in compend. Canon. reſolut. lib. 2. tit. 8. nu. 38.* Frat. Franciſc. de Herrera, Commiſſ. General. Peruan. Ordinis S. Franciſci *in allegat. iur. pro exempt. Relig. dub. 1.* D. Palaf. *in d. allegationib. iur. allegat. 4. à n. 49. cum ſeqq. fol. 226. & in defenſ. Canonic. contra Patres Ieſuitas 6. p. n. 67.* D. Montenegro *d. lib. 1. tract. 1. ſeſſ. 13. num. 3.* D. Salced. *de Leg. Politic. lib. 1. cap. 17. à nu n. 18. & 36. in nou. edit.* P. Thom. Hurtad. *de congr. ſuſtent. Eccleſ. lib. 5. digreſſ. 2. ſub num. 743.*

Quapropter continuò Proreges, Præſides, ac Prælati Indiarum ſtabilire † iam 64
& inducere curarunt Sanctum hoc Tridentini Decretum, & Regij Patronatus formam, in Regularium doctrinis, & Beneficijs, vt in alijs, obſeruari omnino; atque ita in poſterum Religionum Superiores & Prælatos, in Capitulis Prouincialibus Doctrinarios & Parochos non nominare, aſsignareque Doctrinis, vt nuper fiebat, ſed quos ipſi idoneos, & habiles in id officium & munus iudicarent, Proregibus, & alijs Regium adminiſtrantibus Patronatum exhiberent, & proponerent, vt ex eis vnum eligerent, & præſentarent, Ordinarioque examinandum & inſtituendum, ſecundum Regij Patronatus præſcriptum remitterent, quod ſanè aſſequi omnino non potuit.

Nam

65 Nam licet in hoc Peruano † Regno fuerit admiſſum, vt Regulares à ſuis Superioribus nominati, Patronatum Regium agnoſcerent, ab ipſo titulum & præſentationem acciperent, & illam coram Ordinario exhiberent, ab eoque examinati & idonei reperti adminiſtrandi licentiam obtinerent; abſque vlla alia inſtitutione, aut collatione; Quod om-
66 nium primus † obſervauit, atque obſervare fecit magnus ille Dynaſta, huius Peruani Regni Prorex, ac perpetuę memorię moderator, D. D. Franciſcus de Toledo, & deinde ipſius in officio ſucceſſores, vt notarunt Dom. Solorzan. *dict. lib. 3. cap. 16. à numer. 12. & 23.* Frat. Ioann. Baptiſt. *dict. 2. part. fol. 175.* D. Palafox *dict. allegat. 4. à num. 48.* & nemine relato D. Epiſcop. Peña Montenegro *vbi ſupra libr. 1. tractat. 1. ſeſſ. 13. num. 3. & ſeſſ. 2. num. 4.*

67 In Noua † tamen Hiſpania id conſequi non valuit, immo poſt Tridentinum Concilium antiquam ibidem Regulares retinuerunt conſuetudinem; obtento maximè ad inſtantiam Catholici Regis D. N. Philippi II. & impetrato Breui à Sanctiſsimo Pio Papa V. *vt ſupra* tetigi, quod nihil prorſus ex antiquo Doctrinarum ſtatu mutandum decreuit, non obſtantibus Tridentinę Synodi Decretis. Breuis literam referam *ſeq. Cap. à n. 2.*

SVMMARIVM.

1 REX Catholicus petijt & impetrauit à Pio Papa V. Breue, vt Regulares in Indijs poſſent Sacramenta adminiſtrare, quemadmodum ea exercebant ante Concilium Tridentinum. & n. 9.

2 Litera huius Breuis traditur.

3 Regulares in Indijs curam animarum, ob penuriam Sacerdotum ſæcularium, adminiſtrabant. & n. 5. 44.

4 Regulares ea forma Parochi officium exercentes, maximos fructus fecerunt.

6 Regulares Indis Sacramenta exhibentes, debent eorum idioma intelligere, idcò examinantur. & n. 49.

7 Regulares virtute huius Breuis curam adminiſtrabant independenter ab Ordinarijs, ſicut ante Tridentinum.

8 In hoc Breui omnia contraria reuocata fuerunt.

9 Rex Catholicus iuſsit Breue hoc omnino obſeruari.

10 Regiæ Schedulæ in hoc expediuntur, quæ ad literam adducuntur. & n. 11. 13. 14.

12 Vrbanus Papa VII. qui fuit Nuntius Hiſpanus & Breuis tranſmiſsioni interfuit, duodecim tantum dies in Pontificatu vixit.

15 Regulares ex hoc Breui poterant eſſe Parochi, impedimento ſublato, ſed non conſtituebat eos Parochos.

16 Breue hoc non derogat Regio Indiarum Patronatui.

17 Hiſpaniarum Regna non admittunt Regij Patronatus derogationem, neque etiam Eccleſiaſtici Patronatus particularium. & n. 18.

19 Regulares in Indijs curam animarum adminiſtrant, Regis Catholici durante voluntate.

20 Regulares in Doctrinis Indorum nullum proprietatis, vel perpetuitatis poſſunt acquirere ius.

21 Regulares ægre ferunt, Regij Patronatus formam ſeruare.

22 Regulares Nouæ Hiſpaniæ Doctrinas Indorum deſerere tentant, quia forma Patronatus ſuis exemptionibus opponitur.

23 Gregor. Papa XIII. indulta à Pio V. conceſſa, Tridentino contraria reuocat.

24 Pius Papa IV. ſimiliter reuocauit Concilio Tridentino contraria; quod & ipſum Concilium fecerat. & numer. 25.

26 Gregor. Papa XIV. innouauit Breue Pij V.

27 Gregor. Papa XV. nouiſsime reuocauit illud, & alia omnia Tridentino contraria, iuſsitque ipſum ſeruari omnino.

28 Regulares iure nouo in his, quæ ad curam ſpectant Diœceſanis ſubijciuntur. & n. 57.

29 Bulla Pij V. an ſit reuocata, & an & quando hodie procedere poſsit? & n. 30. 31. 33. 34. & 56.

32 Penuria Clericorum ſeu defectus Parochorum fuit cauſa, & motiuum pe-

tendi

tendi, & concedendi prædictum Breue.
35 *Indulta omnia Indijs concessa, ob penuriam Clericorum, cessant vbi sunt Parochiæ & Diœceses institutæ.*
36 *Pat. Didacus Auendaño adducitur in hac materia, & non admittitur.*
37 *Indi generaliter sunt faciles, inconstantes & imbelles.*
38 *Administratio monstruosa qualis dicatur.*
39 *Episcopo competit, integram & legitimam animarum curam, constituere. & num. 40.*
41 *Parochus debet admittere socium & adiutorem, quando ipse non est administrationi sufficiens. & n. 42.*
43 *Doctrinario cuique assignatus est certus numerus Indorum administrandorum.*
45 *Regulares post tempus cœperunt Diœcesanis subijci, iuxta Tridentinum. & nn. seqq.*
50 *In Noua Hispania orta fuit controuersia super executione Schedularum, Regulares Doctrinarios quoad Curam, Diœcesanis subijcientium.*
51 *Schedularum executio non suspenditur in Indijs, licet ad id iuris fundamenta & rationes expendantur; aliud in Regno Neapolitano. & numer. 53.*
52 *Schedulæ Regiæ, matura deliberatione præmissa, expediuntur.*
54 *Senatus & Iudices Indiarum sunt meri executores Regiarum Schedularum.*
55 *Auxilium Regium Indiarum Diœcesanis præstatur, pro executione Schedularum Regij Patronatus.*

ARGVMENTVM.

BReue Pij V. quo Regulares in Indijs, Diœcesano irrequisito, poterant Sacramenta administrare, refertur; fundatur-que, illud esse reuocatum, aut non procedere, vbi sunt Parochiæ institutæ; obseruarique tantum Tridentinam Synodum, & Regium Patronatum.

CAPVT LIII.

SEdandis igitur controuersijs, quę interim in Indijs, maximè in Noua Hispania ortæ, & in dies auctæ obseruabantur, ne earum occasione & prætextu animarum cura iacturam pa-
1 teretur, Catholicus † Rex D. D. Philippus II. continuè apud Sedem Apostolicam Indultum concedi & expediri petijt, & supplicauit, quo Regularibus omnino liceret, Sacramenta administrare in illis Regnis, ex sola suorum Superiorum licentia, facultate, & nominatione, quemadmodum illa exercere solebant, ante Concilij Tridenti-
ni publicationem & decisionem. Ergo ipsius precibus inclinatus Romanus Pontifex Sanctissimus Pius V. Breue in id expedire iussit, cuius litera sic se habet.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit † tua 2
Maiestas Regia, quod iuxta Sacri OEcumenici Concilij Tridentini Decreta, nulla matrimonia, nisi præsente Parocho, aut de illius licentia contrahi, nullusque Religiosus, absque Episcopi licentia, Verbum Dei prædicare, ac sæcularium personarum confessiones audire, Episcopi vero nouas Parochias in locis, ab inuicem longè distantibus constituere possint. Quia tamen in partibus Indiarum maris Occeani Religiosi, propter Presbyterorum defectum, † hactenus officio Parochi functi fuerunt, & 3
id quod ad conuersionem Indorum attinet, exercuerunt & exercent, ex quo non modicos, sed maximos fructus, etiam Verbum Dei, eisdem Indis prædicando † & 4
ex-

explicando, ac confeſsiones audiendo, ad Fidei Catholicæ propagationem fecerunt, dicta Maieſtas tua nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus ipſis Religioſis, vt illi vberiores fructus in dicta conuerſione Indorum reportandam incitentur, in locis eis aſsignatis, & aſsignandis, officium Parochi, matrimonia celebrando, & Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrando, prout hactenus conſueuerunt, exercendi, & ab eorum Superioribus in Capitulis Prouincialibus, obtenta licentia, Verbum Dei prædicandi, & ſæcularium confeſsiones de ſuorum Superiorum licentia, audiendi facultatem concedere, aliaſque in præmiſsis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur, qui ſingulorum, præſertim Catholicorum Regum votis, ad Diuini Cultus augmentum, & animarum ſalutem tenden. libenter annuimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnibus & ſingulis Religioſis quorumcumque, etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, & in eorundem Ordinum Monaſterijs, vel de illorum Superiorum licentia, extra illa commorantibus, vt in locis † ipſarum partium, eis de ſimili licentia aſsignatis & aſsignandis, officium Parochi huiuſmodi, matrimonia celebrando, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrando, prout hactenus conſueuerunt (dummodo ipſi in reliquis ſolemnitatibus dicti Concilij formam obſeruent) exercere, & Verbum Dei, vt præfertur, quatenus ipſi Religioſi Indorum illarum partium idioma † intelligant, de ſuorum Superiorum licentia, vt præfertur, in eorum Capitulis Prouincialibus obtenta, prædicare, ac confeſsiones audire, Ordinariorum locorum, & aliorum quorumcumque licentia minimè † requiſitâ, liberè & licitè valeant, licentiam & facultatem auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus & indulgemus.

§. 3. Et inſuper, ne in locis illarum partium, in quibus ſunt Monaſteria Religioſorum, qui animarum curam exercent, aliquid per prædictos Epiſcopos innouetur, eadem auctoritate & tenore ſtatuimus & ordinamus.

§. 4. Sicque per quoſcumque Iudices & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate; iudicari & definiri debere; ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus.

§. 5. Mandantes nihilominus dilectis filijs Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, & B. Mariæ de Mercede, ac del Carmen extra, & intra muros Hiſpalenſium Monaſteriorum, per Priores gubernari ſolitorum, Prioribus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum, per ſe vel per alium, ſeu alios, eiſdem Religioſis in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eis, & eorum cuilibet conceſsione, indulto, ſtatuto, & ordinatione, ac alijs præmiſsis pacificè frui & gaudere. Non permittentes eos per locorum Ordinarios, & alios quoſcumque contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac cenſuras ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum ponendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 6. Non obſtantibus † præmiſsis, ac quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, ac conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Monaſterijs, ac Ordinibus prædictis, eorumque Superioribus & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, in contrarium quomodolibet conceſsis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſsa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in eis tradita obſeruata, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat, ſpecialitèr & expreſsè derogamus, contrarijs quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod in-

interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſsint, &c. §. 7. Et quia difficile foret præſentes literas, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 24. Martij ann. 1567. Pontificatus noſtri anno 2. Extat Breue hoc *tom. 2. Bullar. pag. 219.* & refertur ad literam à Pat. Thom. Hurtad. *de congr. ſuſtent. Eccleſiaſt. lib. 5. digreſſ. 2. n. 634.* & alijs *infra referendis.*

TYPOGRAPHVS.

Originalibuius Capitis & ſequentis vſq; ad num. 34. dum ad Typographiam duceretur, deperditum fuit; & licet operis Auctor in hac Matritenſi Curia, caſu inuentus, totis viribus, ad inſtaurationẽ incumbere, conatus fuerit; vix eam (quam concluſionibus & ſententijs, in generali Indice contentis, reſpondere debere, neceſsè erat) aſſequi potuit; in longiſsimis Indiarum partibus obſeruationibus & proprijs ſcriptis, ad rem pertinentibus; relictis. Hac ergo notatione te, Lector, præmonitum eſſe volui, vt interim defectum, benigno animo ſufferas.

¶ Deſunt hic Regiæ Schedulæ 21. *Septembris* 1567. & 15. *Ianuarij* 1568. pro Breuis executione & obſeruantia expeditæ, in quibus fit mentio Archiepiſcopi Roſani, in Hiſpania tunc Nuntij Apoſtolici, qui poſtea creatus Pontifex, appellatus fuit Vrbanus VII. vixitque in Pontificatu duodecim tantum dies, vt Bullarium Romanum *notat in eò.* Ex præfatis ergo Schedulis formata eſt *l. 50. tit. 10. lib. 1. Summ.* ita: *Que ſe guarde el Breue, para que los Religioſos puedan en las Indias adminiſtrar los Sacramentos.*

Ex Breui ergo Sanctiſsimi Pij V. ſupra
15 relato, conſtat aperte, Regulares † omnes in Indijs capaces fuiſſe conſtitutos, ad Curam perſonarum ſæcularium exercendam, ſublato iam per illud antiquo impedimento, alias à Sancta Apoſtolica Sede adhibito, de quo egi *ſupra Cap. 51. à n. 1. & 34.* Sed non feciſſe eos ſtatim Parochos, vt benè aduertunt Rodrig. *quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 35. articul. 5.* Mirand. *in Manual. Prælator. tom. 1. quæſt. 43. artic. 5. §.* tertio pro, D. Solorzan. *de Indiar. Gubern. lib. 3. cap. 17. num. 9.* P. Pellizz. *in Manual. Regul. tract. 8. cap. 4. num. 90* & paſsim; idque optimè exprimit Regia Schedula 28. *Martij* 1620. ad Peruanum Proregem, miſſa, illic: *El tercer caſo es, la duda que ſe mueue, en que Vos aueis reparado, con ocaſion de la Bula de Pio V. la qual ſolo quita el impedimento, que tienen los Religioſos para ſer Parocos y Curas de almas; por manera, que ſolo habilita ſus per-*
16 *ſonas, haziendoles capaces, pero † no deroga el Patronato Real*; de qua D. Solorz. *d. n. 9.* P. Auend. *in Theſaur. Indic. tit. 17. n. 22. & infra Cap. 66. à n. 47.* & alibi.

Itaque hoc Breue Regulares diſponit & habiles reddit, vt Parochi & Doctrinarij eſſe poſsint, non tamen eos conſtituit & facit defecto Parochos, cũ ad hoc rurſus Regij Patronat⁹ requiratur obſeruantia, in perſonas illorum Regularium, virtute hiuſmodi Indulti iam capacium & habilium redditorum, adimplenda, nec aliter admittuntur, imo facto à Doctrinis repelluntur, ſi eas omniſſa illius forma occupauerint, *vt infra d. Cap. 66. à n. 76.* & alibi latius trado; Cui priuilegio neutiquam Pontifex derogauit, vt Regium Reſcriptum iam adductum aduertit ibi: *Pero no deroga el Patronato Real*; & Nos *ſupra Cap. 2. num. 4. & 5.* fundauimus cum D. Couarr. Cabed. Siluer. Bernat. & Eſcobar aſſerentibus, in Hiſpania Regij Patronatus derogationem † non 17
ſolere admitti, quibus addendi ſunt, Palac. Rub. *de Benefic. in Cur. vacantib. §. 10. & 11.* Camill. Borrell. *de præſt. Reg. Cathol. cap. 52. n. 4.* D. Solorzan. *d. num. 9.* Dominic. Antunez Portugal. *de donat. Reg. 1. p. cap. 28. num. 132.* poſt hæc ſcripta viſus, & tradita *infra Cap. 69. num. 50. Cap. 92.* 18
num. 15. Quod, & in particularium † Patronatibus procedere tradidimus *ſupr. Cap. 3. num. 48.*

Nihilominus tamen Cura animarum perſonarum ſæcularium, ea ſeruata forma, tunc temporis (& etiã hodie) apud Regulares conſtituta, quia ob Sacerdotum ſæcularium penuriam & defectum inducta & admiſſa, ſemper precaria & temporalis
fuit, quouſque † nempe ſupereſſent 19
Clerici, ac durante Regis Catholici D.N. voluntate, vt probant *d.* Schedula. 28. *Martij*, illic: *Porque aunque eſtas Doctrinas y Curatos eſtàn dados por aora, à algunos de los Religioſos, por el tiempo de la voluntad Real*, & alia 22. *Iunij* 1624. tradita *infra Cap. 63. à num 70.* ibi: *Que por lo ſuſo dicho no puedan los Religioſos adquirir propriedad, ni perpetuidad † en las Doctrinas,* 20
en perjuizio del Patronato Real, iunctis D. Solorzan. *d. num. 9. & cap. 16. num. 11. 30. & 77.* D. Palafox *in defenſ. Canon. ſobre las licencias para confeſsar y predicar 6. p. n. 79. & in alleg. iur. alleg. 4. n. 171. & ſeq.* & traditis *infr. Cap. 56. n. 33. Cap. 62. à n. 12. Cap. 63. n. 55. 64. 83. & 92. Cap. 66. à n. 17. & 72. cum ſeqq.*

Itaque Apoſtolicum illud Breue ingenti gaudio à Regularibus Indiarum exceptum, controuerſias omnes iam ex obſeruantia Concilij Tridentini & Regij Patonatus ortas, ſedauit continuo; ægre enim ferebant Religioſi Patronatus formam † ex aſſe adimplere, credentes, eam cum ſuis Conſtitutionibus, Inſtitutis, & exemptionibus Regularibus non conuenire, vt indicant Regiæ Schedulæ 10. *Iunij* 1624. *infra Cap.* 61. *num.* 29. relata, ibi: *Religiones de las dichas Prouincias, por dezirſe y pretenderſe, como ſe dize y pretende por parte dellas, que lo que aſsi ſe ha declarado y ordenado, no ſe puede ajuſtar al Inſtituto que guardan y profeſſan*, & 22. *Maij* 1654. *ibidem num.* 28. tradita, illic; *Aunque los Religioſos lleuan mal el verſe ſugetos en quanto Curas à la juriſdicion Ordinaria*, D. Solorzan. *d. cap.* 17. *à n.* 4. & 40. 21

Apertius hoc ipſum continetur in fragmento libelli, ſeu Memorialis, à Religionibus † Nouæ Hiſpaniæ prorecti, cum de Patronatus forma ſeruanda ageretur, ex Regia Schedula 9. *Februarij* 1622. in Proregis Prouiſione incluſi, quod tale eſt. *Y auiendolo aſsi entendido los Prouinciales de las Religiones de S. Domingo, S. Franciſco, y S. Aguſtin, preſentaron ante ſu Excelencia Memorial ò Peticion, proponiendo los inconuenientes, que tenia la execucion de la dicha Cedula, y los que aſsi meſmo, de que las dichas Religiones dexen y deſamparen las Doctrinas, que demas de cien años à eſta parte, han tenido y eſtàn à ſu cargo; y ſin embargo dellos y por eſcuſar los mayores, que reſultan de ſugetarſe los dichos Religioſos à la obediencia, viſita, y reformacion del dicho Arçobiſpo, y demas Obiſpos deſte Reyno, en derogacion de ſu exempcion y priuilegio, renunciauan y renunciaron las dichas Doctrinas, exonerandoſe dellas, y poniendolas en manos de ſu Mageſtad y de ſu Exc. en ſu Real nombre, para que ſe ſiruieſſe de prouer en ellas Miniſtros mas conuenientes*; ex Fr. Ioan. Grijalv. *in Chron. S. Auguſt. Prouinc. Mexic. ætat.* 4. *c.* 9. *fol.* 180. & *ſeqq.* tradidit noſter doctiſſ. P. Auend. *in Theſ. Ind. d. tit.* 17. *n.* 4. & 6. adde Fr. Ioan. Baptiſt. *in aduert. Confeſſ. Indor. fol.* 389. & *ſeq.* in verbis traditis *infr. Cap.* 66. *ſub n.* 7. & alios *ibidem* adductos *à n.* 67. nihilominus paulatim cœpit obſeruari Trid. Concil. & Regij Patronatus forma, ſaltem quoad Viſitationem Diœceſani, circa Curæ adminiſtrationem, vt patet ex Regijs Reſcriptis relatis *infra Cap.* 60. *à n.* 22. 22

Maximè accedente Gregor. Pap. XIII. Conſtitut. *incip.* In tanta, *pag.* 370. *tom.* 2. *Bull.* quę Pij V. prædeceſſoris ſui Indulta † omnia Regularib⁹ conceſſa, Trid. Concil. Decretis contraria, reuocauit, eaque ad terminos ipſius Concilij: & iuris communis reſtituit, *in §.* 6. illic: *De nobis attributæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus & ordinamus, de prædictis & alijs omnibus literis & Conſtitutionibus, quæ ab eodem prædeceſſore, eiſdem de rebus pro quorumcumque Regularium, etiam Monachantium Ordinib⁹ & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus & quibuſcumq; in eis contentis, eam deinceps diſpoſitionem, atque deciſionem pro ſubiecta materia, futurã eſſe, quæ ſiue ex iure veteri, ſiue ex Sacr. d. Concil. Decretis, ſiue alias legitimè ante dictarum literarũ & Conſtitutionum editionem erat, etſi ipſæ non emanaſſent, futura fuiſſent, ad quam diſpoſitionẽ & deciſionem, ſuumque priſtinũ & integrum ſtatum, ac terminum illa omnia reducimus.* 23

Quemadmodum † ante cum Pius Papa IV. in Bulla *incip.* In Principis, *pag.* 135. *tom.* 2. *Bullar.* quæ etiam habetur *in fin.* d. Concil. Trid. omnia illi contraria reuocauit, quibus præiuerat † ipſum Concilium *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 22. vt notarunt Piaſec. *in prax. Epiſc.* 2. *p. c.* 3. *n.* 52. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc.* 3. *p. alleg.* 76. *n.* 29. & *in d. cap.* 22. *Concilij, n.* 5. D. Palaf. *in d. defenſ. Canon.* 2. *p. n.* 30. doctiſſ. Alleg. iur. *por la Dignidad Epiſcopal de Orenſe, y por la libertad de las Igleſias, con el Abad y Conuento Imperial de S. Maria de Oſſera, ſobre Patronato, n.* 208. quæ ſine Auctore circumfertur, ſcripta tamen & diſpoſita apparet, à ſapienti & magni ingenij acumine decorato Iuriſconſulto; qui licet *n.* 171. aſſerat hęc: *Ha parecido, que auiendo tomado vna vez la pluma para eſta defenſa, ſin tener tal empleo por oficio*; ſatis in patrocinãdi cauſas ſcientia, verſatus dignoſcitur; iunctis traditis *infra Cap.* 62. *n.* 44. *Cap.* 67. *n.* 45. & *Cap.* 73. *n.* 45. 24 25

Gregorius tamen Papa XIV. *ſub die* 16. *Septembris* 1591. illud Pij V. Breue ſupra adductum † innouauit, ac in poſterum obſervari iuſsit, quemadmodum ex Vera-Cruce *in Compend. Indic.* Emman. Rodr. *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 35. *art.* 1. & *in Summ.* 2. *part. cap.* 9. *concluſ.* 6. Frat. Ioann. Baptiſt. *in aduert ent.* 1. *part.* verbo *Religioſi*, & 2. *part. fol.* 172. *à num.* 4. Frat. Alphonſ. Fernand. *in Hiſtor. Eccleſ. noſtri* 26

tem-

tempor. pag. 182. notat D. Solorzan. *dict. lib.* 3. *cap.* 16. *à num.* 17. Frat. Anton. Remesal. *in Histor. Goathemal. libr.* 10. *cap.* 22. *& seq.* Barbos. *in Summ. decision. Apostolicar. collect.* 365. *nu.* 2. D. Palafox *in dictis Allegat. alleg.* 4. *n.* 52. *fol.* 226. P. Thom. Hurtad. *de congrua sustentat. Ecclesiast. libr.* 5. *digress.* 2. *à numer.* 627. 639. & 648. D. Pena Montenegro *in Itinerar. lib.* 1. *tractat.* 1. *sess.* 13. *à n.* 1. *& 7.* Pat. Auendañ. *in Auctar. Indic. 7. part. numer.* 67. & repeto *infra Cap.* 67. *n.* 45.

Tandem Sanctissimus Gregor. Papa XV. *anno* 1622. omnia priuilegia & In-
27 dulta, vsquedum † à suis predecessorib⁹ concessa, Concilij Tridentini Decretis quomodolibet contraria, reuocauit & annullauit, eaque ad terminos & formam ipsius Concilij reduxit, in Bulla *incip.* Inscrutabili Dei prouidentiam, quam *sequenti Capite* ad literam trado, maximè *sub §.* 4. *num.* 6. iunctis Decreto eiusdem Sancti Concilij Tridentini *sess.* 25. *de Regular. cap.* 11. similiter ad literam adducto *superiori Capite num.* 63. & Doctoribus *ibidem* relatis, dicentibus Re-
28 gulares † omnes quoad Curam animarum personarum læcularium iurisdictioni, examini, & Visitationi Diœcesanorum plenè & omnino subijci, quibus adde Dom. Palafox *allegat.* 4. *num.* 53. Pat. Auendañ. *in Thesaur. Indic. d. tit.* 17. *num.* 23. vbi ait, quod hæc Bulla omnino debet obseruari quoad examen & alia in ea contenta, cum non sit per aliam mitigata aut reuocata, P. Hurtad. & alios *proximè* citatos, *& infra Cap.* 56. *à num.* 1. *Cap.* 61. *n.* 36. *& Cap.* 68. *n.* 17.

Ex quibus iam manifestè apparet, Breue illud Pij V. in posterum absolutè non procedere, quantumque ad subiectionem à Regularibus Doctrinarijs Diœcesano
29 † non exhibendam, penitùs fuisse abrogatum; cum Bulla hęc Gregor. XV. illo posterior, eos plenè, vt dixi, iurisdictioni, examini, correctioni, & visitationi subijciat Episcoporum; Tridentinum rursus Concilium omnino obseruari iubens; quod similiter in specie à Sacra Episcopor. & Regular. Congregatione resolutum inuenimus *sub die* 6. *Februarij* 1027. censente, Regulares curam animarũ exercentes sub, esse iurisdictioni, visitationi & & correctioni Episcopi, in ijs tamen,
30 quæ ad dictam Curam pertinent, non † obstante Breui Pij V. *sub dat. Romæ* 24. *Martij* 1567. testibus Sellio *in select. Canonic. cap.* 31. *n.* 13. Aldan. *in Compend. Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 40. Barbos. *in Summ. decision. Apostolicar. collect.* 633. *n.* 15. *& in d. Cap.* 11. *Concilij, n.* 5. D. Palafox *vbi sup. alleg.* 2. *sub n.* 13. *fol.* 23. *B.*

Vbi meminit alterius declarationis Apostolicæ, ad supplicationem & instantiam † æternę memorię Illustrissimi Ar- 31
chiepiscopi Limani D. D. Ferdinandi Arias Vgarte, *anno* 1629. factæ; hæc sunt verba D. Palafox *num.* 14. *in margine*: *Cum rogaret an Bulla Pij ad instantiam Catholicæ Maiestatis, vt Regulares absque examine per Episcopum faciendo, possent administrare Sacramenta Indis, reuocata sit, & per aliam Bullam Gregor. XIII. in qua confirmantur priuilegia Ordinum Mendicantium in his, in quibus non sunt contraria Concilio Tridentino, & in hoc quod isti Regulares non examinentur ab Episcopo ad administrationem Sacramentorum, illi responsum fuit per hæc verba; dictam Constitutionem reuocatam esse, taleſque Regulares debere examinari iuxta Concilij formam; & inter diuersa dubia, quæ tunc temporis consuluit, quartum fuit; vtrùm iurisdictio & correctio & visitatio d. cap.* 11. *de Regular. sess.* 25. *Episcopis concessa super Parochis Regularibus intelligatur eodem, quam supra Parochos seculares, habent? Quibus responsum fuit in hæc verba: Ad quartum, in Regulares, curam animarum personarum secularium exercentes, in his, quæ dictam curam concernunt, Episcopum eadem auctoritate vti posse, quam in Parochos seculares. Hoc Breue in Senatu Indiarum approbatum fuit anno* 1631. hucusque D. Palaf. & iterum *Allegat.* 4. *n.* 75. *fol.* 230. De hac Apostolica declaratione agunt etiam Barbos. *in Summ. decis. Apost. collect.* 297. *n.* 11. Sell. *in select. Canon. cap.* 3. *n.* 97. P. Hurtad. *d. digress.* 2. *n.* 644. D. Montenegro *vbi sup. lib.* 5. *tract.* 2. *sess.* 9. *n.* 4. vide *infra Cap.* 56. *n.* 10. *Cap.* 60. *à n.* 22. *& Cap.* 67. *n.* 63.

Quidquid autem sit de reuocatione, aut abrogatione, certũ est, Breue illud hodiè non procedere, neq; locum habere posse in partibus Indiarum, in quibus Parochorum defectus non fuerit, ita nouissimè à Sacra Apostolica Cõgregatione decisum, & à Sanctiss. Innocentio Papa X. approbatum est, in Bulla Angelopolitana *infra Cap.* 81. *à n.* 2. relata, *in dub.* 3. ex parte Religiosorum Societatis IESV proposito, *ibidem* tradito *sub n.* 38. per hæc verba: *An Bulla Pij V.* 34. *in ordine tom.* 2. *Bullar. con-*

ceſſa inſtante & ſupplicante Sereniſsimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium, ſit reuocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur? Reſpondit, agendum eſſe cum Sanctiſsimo, an velit declarare, Bullam non eſſe reuocatam, illam tamen non ſuffragari niſi in locis, vbi eſt defectus Parochorum.

Ergo ex hac nouiſsima Apoſtolica declaratione & deciſione ſequitur omnino, illam Pij V. Bullam nullatenus vim & effectum obtinere poſſe, neque procedere, vbi iam ſunt Parochię, Diœceſes, Parochi, & Epiſcopi inſtituti & aſsignati; cum
32 eo caſu, † ac in illis partibus non ſit Parochorum defectus, qui fuit principale motiuum & cauſa impulſiua & finalis petendi, & concedendi præfatam Bullam, vt patet in ea *ſupra ſub num.* 2. illic: *Propter Presbyterorum defectum*, optimè in puncto doctiſsimus P. Thom. Hurtad. *d. digreſſ.* 2. *num.* 787. ibi: *Quæ declaratio* (Angelopolitana iam relata) *euidenter confirmat id, quod defectus Parochorum fuit adequatum motiuum conceſsionis præfatæ Bullæ; quare cum hodiè non ſit defectus Parochorum Bulla Piana nullatenus ſuffragatur Regularibus.* Tetigit ex eo nouiſsimè noſter ſapientiſsimus P. Auendañ. *in Auctar. Indic.* 4. *part. ſect.* 8. *n.* 158. & ante eos D. Palafox *in defenſ. Canon. ann.* 1652. edita, *ſobre las licencias para predicar, y confeſſar, fol.* 299. *n.* 102. & in Memoriali *ſobre la execucion del Breue de Innoc. X. pag.* 100. *n.* 102. in illis verbis: *Aquella Bula de Pio V. ſolo ſe ha de entender donde no ay Curas, porq̃ donde los ay, no fue la voluntad Apoſtolica q̃ tuuieſſe fuerça*; & *infrà Cap.* 66. *n.* 57.

Quod omne primo *n.* 642. docuerat idem P. Hurtad. vbi titulum §. 3. ita
33 concepit: *Oſtenditur* † *manifeſtè iam hodiè non ſubſiſtere Breue Pij V. ad inſtantiam Regis Catholici conceſſum.* Deinde in hunc proſequitur modum: *Hic, vt dixi, eſt neruus cui nituntur Regulares, ſed iam emarcuiſſe & abſciſſum fuiſſe, adeò eſt manifeſtum, vt contrarium aſſerere ſit*, in tenebris ſaltare, *ſine teſte, nulloque Iudice, qui eos patrocinetur, niſi proteruia & contumacia. Igitur Breue illud Pij V. inſtante Philippo II. prudentiſsimo Rege, & Regularibus non inſtantibus, iam non habere vires, & ſic non poſſe Religioſos Indicos illi niti, vt ſine examine Epiſcopi, iuxta Decretum Tridentini poſsint exercere Curam animarum.* Vide tradita *infra Cap.* 66. *numer.* 50. *Cap.* 67. *num.* 49. & *Cap.* 69. *numer.* 4.

Hoc idem ex eo etiam deducunt Auctores citati, quod Breue illud Pij V. obtentum fuit, inſtante & ſupplicante Rege Catholico, non ad inſtantiam Regularium; Ergo procedere illud debet & poteſt, hoc Rege noſtro iubente † & præ- 34
cipiente, non aliter. P. Auendañ. *d. tit.* 17. *num.* 22. ibi: *Præter illam celebrem Bullam Pij V. quæ cum ad inſtantiam Philippi II. impetrata ſit, Regum noſtrorum eſt voluntati relictum, vt illius vſum, quatenus ſibi bene viſum fuerit, temperarent.* P. Hurtad. *dict. digreſſ.* 2. *num.* 631. in illis verbis: *Ad Regem, vt Delegatum Sedis Apoſtolicæ pertinet declarare, quando ſit defectus Parochorum.* Et *num.* 655. illic: *Ad ipſum enim Regem Catholicum* (*ad cuius inſtantiam adequate, & non Regularium conceſſa eſſet Bulla*) *pertinet, tanquam ad Patronum determinare, quando, & vbi eſt defectus Parochorum ſæcularium, vt Regulares poſsint vti præfata Bulla Pij V. & cum ſæpiùs declarauerit hoc, determinans Regulares eſſe examinandos ab Ordinarijs locorum, iuxta Decretum Concilij Tridentini, cuius eſt protector & defenſor, &c.* Et iterum *n.* 787. ibi: *Quamvis ex beneficio Regio Regulares poſsint habere Rectorias Doctrinarum; tamè quantum ad priuilegium Pij V. vt poſsint eſſe Parochi ſine examine Epiſcopi, iam omnino expirauit.*

Illud itaque Breue ex Regis Catholici repetita voluntate decidentis, ac declarantis, Regulares examini, iuriſdictioni & viſitationi Diœceſanorum, quoad curam animarum omnino ſubijci debere, ceſſare neceſſe eſt, data iam Parochorum ſæcularium copia, & continua Epiſcoporum, circa curæ adminiſtrationem, ſolicitudine, quemadmodum † omnia alia
Breuia Apoſtolica Indijs, tam Orientali- 35
bus, quàm Occidentalibus, ob eandem cauſam indulta & impertita, penitùs ceſſant, & euanuerunt, vt de conceſsionibus & gratijs à Leon. X. Hadrian. VI. Paul. III. & IV. obtẽtis, docet P. Pellizz. *in Manual. Regul. tract.* 8. *cap.* 3. *n.* 1. ibi: *Tum ex priuilegio Leonis X. Pauli III. & IV. ad hoc Regularibus cõceſſo, vt inter Indos, ac infideles poſsint baptizare eos, qui ad fidem conuertũtur; ita Suar. tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 9. *c.* 4. *n.* 3. 5. 6. *Monens, hæc locũ habere ſolum, quandiu in dictis Regionibus non ſunt fundatæ Eccleſiæ, quibus adſint proprij Epiſcopi, aut Parochi; vbi enim Eccleſiæ hoc pacto ſunt fundatæ, non poſſunt Regulares amplius vti præfatis priuilegijs; cum ſic ceſſet ratio*

ob

ob quam ea conceſſa ſunt ; nempe conueniens Fidei propagatio , in his Regionibus , ad quam ſine dubio non eſt neceſſarium , nec conueniens , quod Regulares vſurpent ius Parochorum , quando his Cura iam commiſſa eſt , cum id potius excitare lites & iurgia & diſſentiones poſſit, vt patet.

Hoc ipſum primo in ſpecie docuerat Emman. Rodr. *tom. 2. quæſt. Regular. quæſt. 100. art. 5.* verſic. *Circa quam conceſſionem*, ibi, vbi non ſunt Epiſcopi : *Nota quod in terris, vbi ſunt Epiſcopi, iam ea non poſſunt, quoad omnia in ea contenta, frui dicti Religioſi ; hoc enim ex præfatis verbis ſecundum intentionem Papæ videtur dicendum.* Agit ibi Rodriguez de ſimili priuilegio, à Nicolao Papa V. Regularibus conceſſo, pro conuerſione Indorum Orientalium. P. Auendaño *d. n. 22.* illic : *Iam quod de priuilegijs Pontificijs dicitur, robore eſt penitùs deſtitutum ; nulla enim peculiaris conceſsio habetur, per quam poſsint Religioſi, vbi Epiſcopatus erecti ſunt , & Regius Patronatus exercetur, officium Parochi ſine Ordinariorum licentia adminiſtrare.*

36 Quibus merito audiendus † non eſt ipſe P. Auend. qui *in d. Theſ. Indic. tit. 12. num. 181.* poſtquam verba præfatæ Bullæ Angelopolitanæ retulit, ait, ordinariè loquendo, in Doctrinis ſemper eſſe defectū Parochorum, aut formalē, aut omnimodum, ita : *Deinde pro eodem facit Bulla Pij V. cuius virtute talis facultas* (ſcilicet audiendi confeſsiones Indorum) *competit, & eſt in ordine 34. tom. 2. Bullar. In Breui prædicto* (Angelopolitano) *ita declarari, vt locum habere poſsit in locis, in quibus eſt defectus Parochorum; ordinariè autē loquendō defectꝰ Parochorū eſt; licet enim vt Parochi ſufficientes ſint, ſolerti diſpoſitione curetur, vix fieri poteſt, vt omnibus ſibi commiſsis adſint, & ij qui adſunt, parum grati Indis eſſe ſolent; Vnde difficillimè adduci poſſunt, vt illis integrè conſiteantur. Defectus ergo eſt, aut omnimodus, aut formalis.* Hæc P. Auendañ. Igitur ſi ordinariè loquendo defectus eſt Parochorum, aut omnimodus, aut formalis, ſemper & vbique ordinariè loquendo locus erit præfato Breui Pij V. quod procedit vbi eſt Parocorū defectꝰ.

Non eſt ergo audiēdus, cum hæc expoſitio ſatis ſit à mente & intentione Congregationis Sacræ, aliena, quæ tantum in illis verbis ; *Vbi eſt defectus Parochorum*, reſpectum habuit, vt dixi, ad partes, & terras, vbi adhuc Eccleſiæ & Dioeceſes fundatæ, & inſtitutę non ſunt , vt in eis Breue illud procedere poſsit ; quemadmodum omnia alia in eundem finem expedita, locum in eiſdem ſibi valeant vindicare; non vero ad illas, vbi ſunt proprij Parochi & Epiſcopi, quibus iure competit Curę adminiſtratio; alioquin nullus fere poterit dari caſus (quantumvis Parochorum adhibita omni diligentia, in pleniſsima adminiſtratione Parochianis exhibenda) in quo defectus aliquis animaduerti, excogitari, vel ſupponi non poſsit; maximè, attenta Indorum generaliter facilitate, nouitate, & mobilitate. Indi enim † à natura ſunt ad quidquam faciles, in- 37
conſtantes, imbelles, &c. vt latè deſcribit ſapientiſsimus P. Acoſta *de procurand. Indor. ſalut. lib. 1. cap. 2.* & ex eo nouiſsimè doctiſſ. D. D. Laurent. Matheu & Sanz *de re criminal. controuerſ. 61. num. 2. & 27.* Sicque ſemper & vbique Breue illud locum habere poſſet, maximè cum dependeat à Superiorum Regularium voluntate, independenter ab Ordinarijs locorum & alijs, populos & loca ſuis Religioſis aſsignare, vbi illum defectum concurrere & dari exiſtimauerint, viderint, aut obſeruauerint, ex præfata Bulla, ibi : *In locis illarum partium, eis de ſimili licentia aſsignatis & aſsignandis.*

Quo ſuppoſito, facilè poſſent omni fœcularium Sacerdotum adminiſtrationi & Curæ, in vim illius Breuis Regularium adiutorium & conſortium accommodari & iniungi, & eo modo monſtruoſa † 38
induci & formari adminiſtratio, à duobus pluribuſve Doctrinarijs, iuxta adminiſtrandorum numerum, exhibenda , & à Capitibus ſeu Superioribus diuerſis, adinvicem independentibus , procedens, quæ omni iure prohibita eſt, iuxta illud *Non arabis in boue & aſino, Deuteron. 22. cap. In noua 22. 16. q. 7.* ibi : *In vno enim eodemque officio nō debet diſpar eſſe profeſsio -- Non arabis in boue & aſino, ideſt, homines diuerſæ profeſsionis in officio vno non ſociabis -- Vt hi qui in adminiſtrationibus pontificibꝰ ſociantur diſcrepare non debeant, nec profeſſione, nec habitu, cap. cauſam 27. de elect. Clement. 1. eod. tit. cap. Deus 11. de vit. & hon. Cler.* vbi DD. iunct. D. Solorz. *d. l. 3. cap. 16. à n. 41.* Barboſ. cum multis *in d. cap. Cauſam, & in d. Clem. 1.* Grijalv. in verbis traditis *infra Cap. 61. ſub num. 30.* D. Palafox *d. allegat. 2. punct. 3. n. 16. fol. 48. & allegat. 3. num. 326.* P. Auendañ. *dict. tit. 17. num. 17.*

Quoties ergo in Curæ exercitio aliquis datur Parochorum defectus, in eo ſenſu, à P.Auendaño relato, ad Epiſcopum perti-
39 net illum † remouere, & integram legitimamque conſtituere adminiſtrationem, quẽadmodum ipſe agnoſcit *d.tit.17.n.67* ibi: *Sientibus Epiſcopis Paræcianorum exceſſum, neque ignorante Patrono, quibus eſt potius defectus, qui in adminiſtratione obuenerit, imputandus.* Quod additur de obligatione Patroni, ſatis indicant Regię Schedulæ 29. *Decembris* 1587. illic: *La que mas*
40 † *me ſolicita y perſuade à continuo cuydado, es el deſeo de que con mucha perfeccion, ſe aſsiente y exercite en eſſas partes la predicacion Euangelica, y adminiſtracion de los Santros Sacramentos, doctrina y enſeñamiento de los Indios.* Et 10. *Aprilis* 1628. ibi: *Y deſeando, como deſeo, cumplir en eſta parte, con la obligacion tan graue y preciſa, como es, que en los dichos Beneficios y Doctrinas ſe pongan tales perſonas, quales conuiene*; relatæ infra *Cap.63.n.73.& Cap.87.n.10.*

Si populus ita numeroſus eſt, vt vnus
41 Parochus ei non ſufficiat, Epiſcopus facit adiungere †Sacerdotes idoneos, quot ad Sacramenta exhibenda neceſſarij fuerint, Tridentin.Concil. *ſeſſ.21. de Reform.cap.* 4.vbi Barboſ.cum multis, & ex Stephan. Vueyms *ad Conſtitut.24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concilium Tridentinum innouatas, Conſtit.19.pag.218.* notat *Cap. Ad audientiam, de Eccleſ.ædiſi.* innouari. Iterum Trident. *ſeſſ.7. de Reform. cap.5.* vbi etiam Barboſ. *n.6.* reſolutum à Rota fuit *in Tyraſſ. congrui ſeruitij 6. Iunij* 1594. *coram Gyptio*, de qua deciſione Garc. *de Benefic.12.p. cap.3.n.10.* iunctis traditis *infr.Cap.67.à n.30. Cap.68.à n.19.& Cap.* 69.*à n.9.* vbi plenè trado, quoad Indorum Doctrinas & adminiſtrationem quid ex Regijs Reſcriptis diſpoſitum & ſanci-
43 tum ſit, maximè circa numerum adminiſtrandorum, † cuique Doctrinario aſsignandum, facit *l.in Eccleſijs 11.in fin. Cod. de Epiſcop.& Cleric.*

Qua propter, licet à principio in Indijs ex Sanctæ Sedis Indultis, Clericorum ſæcularium penuria & defectus ad cu-
44 ram animarum † & Sacramentorum adminiſtrationem feciſſet admittere Regulares independenter à Diœceſanis & locorum Ordinarijs, qui adhuc multis in partibus non erant, vt manifeſtè apparet ex Breuibus ante & poſt Tridentinum Concilium expeditis, de quibus mentio extat apud Frat. Ioann. Baptiſt. *in aduertent. Confeſſar. Indor. à fol.* 172. vbi ea enumerat, Anton. de Herrer. *in Hiſtor. General. à princip. & paſsim.* Frat. Ioann. Torquemad. *in Monarch. Indian. libr.1.cap.1.cum ſeqq.* Frat. Auguſtin. Auila *Hiſtor. Mexican. lib.1. cap.4.* Frat. Anton. Remeſal. *Hiſtor. Goathem. lib.11. cap.5.& ſeq.* D.Solorzan. *dict. cap.16. à n.11.* Barboſ. *in Summ. deciſion. Apoſtolic. collect.365. n.2.& collectan.338.n.1.* D.Palafox *alleg.* 4.*n.47. fol.235.* iunct. tradit. *infr. Cap.56. n.33. Cap.66. à n.4.*

Poſt tempus tamen paulatim Religioſi Curæ intenti ſubijci Diœceſanis cœperunt, in his tantum, † quæ ad Parochi 45
officium pertinent; primo quoad Viſitationem; Deinde quoad examen in ſcientia & idiomate, miſsis in hoc varijs Reſcriptis Regijs; plura ad viſitationem hanc pertinentia refero *infra Cap.60. à num.22.* vbi *num.26.* extant, quę data fuerunt *annis* 1559. & 1560. antequam Sanctum Concilium Tridentinum ederetur, cuius publicatio fœliciter facta fuit *anno* 1563. vt dixi *ſupra Capite præcenti, n.61. & infra Cap.92. n.13.*

Quoad examen vero † expeditum 46
inveniо Reſcriptum generale *die* 14. *Nouembris* 1603. in hæc verba: *Auiendome eſcrito algunos Prelados de eſſas partes, que muchos de los Religioſos, que ſe ponen en las Doctrinas de Indios, que eſtàn à ſu cargo de las Ordenes, no tienen la ſuficiencia y partes que ſe requiere para el oficio de Curas que hazen, ni ſaben la lengua de los que han de ſer doctrinados de ellos, y que los Arçobiſpos y Obiſpos no pueden remediar eſto, porque no ſe preſentan ante ellos para † ſer exa-* 47
minados, y en las Viſitas que hazen, ſe pretenden eximir de ſu juriſdicion, aun en quanto à Curas, diziendo, que tienen Indultos para ello, ni ſus Superiores lo remedian; y por ſer eſto de tanta conſideracion, he ordenado aora, *que en conformidad de lo que eſtà proueido y ordenado, los dichos Arçobiſpos y Obiſpos no permitan, q̃ en las Doctrinas, que eſtàn a cargo de los Religioſos, entrẽ à hazer oficio de Curas, ni le exerza ningun Religioſo, ſin ſer primero † examinado y aprobado* 48
por el Prelado de aquella Dioceſi, aſsi en quanto à la ſuficiencia, como la lengua, para exercer el oficio de Cura, y adminiſtrar los Sacramentos à los Indios de ſu Doctrina, y à los Eſpañoles, q̃ alli huuiere; y que ſi en la Viſita que los dichos Prelados les hizieren en quanto à Curas hallaren à los dichos Religioſos Doctrineros, ſin la ſuficientia, partes y

exem-

exemplo, que se requiere, y sin saber, ni entender la lengua de los Indios que Doctrinaren
49 *suficientemente,* † *los remueuan, y auisen à sus Superiores, para que nombren otros, que tengan la suficiencia necessaria, en que han de ser examinados; y que si algun Indulto, ò Bula de su Santidad les presentaren para exemptarse desto los dichos Religiosos, den auiso à mis Audiencias, para que hagan su oficio; y porque conuiene, que esto se cumpla y execute y guarde, os encargo y mando, que deis para ello en esse distrito à los dichos Arçobispos y Obispos el calor, fauor, y ayuda necessario, y no permitais, ni deis lugar à que de otra manera sean admitidos los Religiosos à las Doctrinas, &c.*

Hæc Regia Schedula per aliam 31. *Decembris* 1622. obseruari iubetur, per hæc verba: *Y porque mi intencion y voluntad es, que lo que en la dicha razon està ordenado y mandado se cumpla y execute precisamente, os mando veais la dicha Cedula, que arriba và incorporada, y la guardeis y cumplais en todo y por todo, segun, y como en ella se contiene y declara, que assi es mi voluntad, sin embargo de que con el discurso del tiempo y pretension de los Prelados y Doctrineros se aya disimulo, ò introducido otra costumbre, à que por ningun caso se ha de dar lugar en ninguna manera. Fecha, &c.* In alia 16. *Aprilis anni* 1618. id omne iterũ præceptum fuit, Regio Rescripto dato, atque Eschilachensi Principi, Peruano Proregi misso, vt notãt D. Solorz. *d. lib.* 3. *cap.* 17. *à n.* 13. D. Palafox *dict. alleg.* 4. *num.* 57. P. Hurtad. *d. digress.* 2. *num.* 638. & 650. illius fragmentum refero, ad alium finem, *infra Cap.* 95. *n.* 56.

Præfatę Regiæ Schedulæ *anni* 1622. expeditioni causam præbuit, ni fallor (fauet tamen P. Auendañ. *dict. tit.* 17. *à n.* 5. & 6. vbi verba, quæ retuli *supra num.*
50 22. adduxit) controuersia in Mexicana † Cancellaria mota, qua executio illius 14. *Nouembris* 1603. iterum expeditæ *anno* 1618. à Regularibus, prætextu supradicti Breuis Pij V. impedita fuit, supplicatione interposita; quod omnino Supremi Senatus animum exacerbauit, vt clarè percipitur ex Regijs Schedulis *die* 9. *Februarij illius anni* 1622. ad Cancellariam & Proregem Mexicanum missis, quæ ita se habent.

51 *EL REY. Presidente y Oidores* † *de mi Audiencia Real de la Ciudad de Mexico. Por parte del Arçobispo de la Iglesia Metropolitana de essa Ciudad se han presentado en mi Consejo Real de las Indias vnos autos, en razon de lo que proueyò, para el cumplimiento de la Cèdula del Rey mi Señor y Padre, que santa gloria aya, de* 14. *de Nouiembre de* 618. *para que los Religiosos que se ocupan en Doctrinas de Indios sean examinados en la lengua, en que los hauieren de enseñar, y lo proueido por essa mi Audiencia de pedimiento de los Religiosos, para que sobreseyesse en la execucion de lo sobredicho, y se remitiesse al dicho mi Consejo, para ver vn Breue de Pio V. en su fauor, y Cedulas del Rey mi Señor y Abuelo, que està en gloria, de* 25. *de Setiembre del año passado de* 567. *para que se guarde, y no estar derogado por la dicha Cedula y sobrecedula --- son de poco fundamento. Ha parecido aduertiros, como lo hago, que en las causas que os mouieren para representar algunos inconuenientes de la execucion de lo que se os manda, os abstengais de las que fueren de derecho, pues estas estàn tã vistas, y mejor* † *entendidas y preuenidas quando se disponen y ordenan* (adde tradita *infr. Cap.* 96. *n.* 42.) *mayormente siendo contra resoluciones tan assentadas, y q̃ cada dia se guardan practican y executan en essos Reynos, y assi lo dareis y obseruareis precisa y puntualmente.* 52

Nota ex hac Regia Schedula, Cãcellarijs Regijs & alijs Iudicib⁹ Indiar. im non licere, prętextu alicuius fundamẽti legalis, & ad iurium intelligentiã & obseruationem pertinẽtis, Sched. Regiar. executionem suspendere, ex ea formatur *l.* 16. *tit.* 1. *lib.* 2. *Sum. Que las Audiencias se abstẽgan de representar al Consejo inconuenientes de derecho en execucion de Cedulas, q̃ se despacharen.* Quod similiter respectu supplicationis ab illarum executione interpositę, decisum est *in l.* 15. *eod. tit. & lib.* per hæc verba: *Que executen y guarden en las Indias las Cedulas y prouisiones Reales, que se dierẽ, sin embargo de suplicacion; y si tuuieren inconueniente, se auise al Rey, despues de executadas, no siendo el daño irreparable, ò escãdaloso.* Consonat Reg. Sched. 10. *Febr.* 1642. D. Duci de Escalona, Mexicano Proregi directa, ibi: *Y aunque entenderia, q̃ para este caso tendriades iusto motiuo, q̃ mirasse al gouierno vniuersal, prometiẽdomelo assi de vuestro zelo y amor à mi seruicio; Todauia os he querido dezir, que no hizisteis bien, pues deueis atender en esto a la obseruancia de las ordenes que tengo dadas, poniendo vuestro principal cuydado, en hazerlas cumplir; saluo si (como he dicho) procede alguna cõsideracion q̃ mire à la causa vniuersal, q̃ en este caso lo dexo à vuestra prudencia el pesar la conueniencia*

de lo vno y de lo otro, pero no ſi ay peligro en la tardança de la reſolucion, quando ſe contrauiene à mis ordenes, facit *Ordinat.* 8. Supremi Supremi Indiar. relata *in l.* 14. *d. tit.* 1. *lib.* 2. *Summar. Que dè ſiempre el Conſejo orden para ſaber, como ſe executa lo proueido, caſtigando a quien no lo guardare.* Quod ſummopere Principes Supremi curare debent, nec in Curia tantum, verum & in Partibus, ex ſententia Diui Thomæ 1. *part. quæſt.* 203. & 1. 2. *quæſt.* 112. *art.* 4. relati à Pegas *ad Ordinat. Portugal. tom.* 1. *tit.* 2. *gloſſ.* 36. *num.* 2. Dom. Palafox *allegat.* 2. *punct.* 5. *num.* 2. *in fin. fol.* 62. ibi: *No ſe avrà viſto Cedula que hable con los Prelados y Clero, que al inſtante no ſe aya obedecido y cumplido, repreſentando à ſu Mageſtad, deſpues de cumplida aquello, que pareçe mas conueniente y ſugetandoſe à la cenſura de tan gran Conſejo.*

Quę omnia originem trahunt à *l. fin. Cod. de legib.* illic: *Quis tantæ ſuperbiæ tumidus eſt, vt Regalem ſenſum contemnere audeat, l. Si vt* 6. *l. Executorem* 8. *Cod. de except. rei iudicat*; ex quibus & alijs, eam ſententiam adſtruunt Barthol. *in l. à Diuo Pio* 15. *in princip. num.* 10. *ff. de re iudic.* vbi Alexand. *num.* 12. Iaſſ. *num.* 13. Lucas de Penn. *in l. Contra, Cod. de re militar. lib.* 12. Dom. Couarrub. *pract. cap.* 16. *num.* 5. D. Gregor. Lopez *in l.* 52. *tit.* 18. *part.* 3. Dom. Molin. *de primog. libr.* 4. *cap.* 11. *num.* 61. Bouadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 20. *à num.* 45. Pichard. *in manuduct. ad prax.* 2. *part. præcept.* 4. *num.* 2. D. Solorz. *de Indiar. iur. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 41. Capic. *deciſ.* 166. *num.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 232. *à num.* 10. Garc. *de Benefic.* 11. *p. cap.* 3. *§.* 3. *num.* 272. Camill. Larath. *conſil.* 2. *à num.* 74. Dom. Salgad. *de Reg. protect.* 3. *part. cap.* 6. *à num.* 14. D. Valençuel. *conſil.* 93. *num.* 10. Carleual. *de Iudic. tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 760. *in fin.* Franciſc. Merlin. Pignatell. *controu. for. centur.* 2. *cap.* 70. *num.* 8. Dom Camargo *in allegat. iur. ſobre que ſe guarde la Cedula de* 24. *de Octubre* 1576. *para que las Religiones en las Indias no adquieran bienes raizes*, *n.* 90.

Aliud obſeruatur in Regno Neapolitano, vbi, cauſa cognita, Regia Reſcripta
53 † executioni mandãtur, ne interim alteri præiudicium inferatur, ita ex Rodrig. *in explicat. Bullæ defunctor. part.* 2. *fol.* 107. & Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 98. *num.* 2. tradit Ioann. Laganar. *in addit. ad Scip. Roxit. in pragm.* 22. *de offic. Sacr. Reg. Conſil. nu.* 22. quando expedita inueniuntur contra ius expreſſum, quod exequi non debeant, docuerunt Anton. Theſaur. *in proem. deciſ.* & Anton. de Ballis *varior. tractat. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 49.

Schedula vero Proregi miſſa *dict. die* 9. *Februarij*, hoc continet: *Y aora por parte del Arçobiſpo de la Igleſia Metropolitana de eſſa Ciudad, me ha ſido hecha relacion, que auiendo de ſu parte proueido lo neceſſario, para la execucion do la dicha Cedula y ſobrecedula, no le diſteis el fauor y ayuda que os pidiò, y en ella ſe manda, impidiendolo y admitiendo pleyto en lo que eſtaua determinado por la dicha Cedula y ſobrecedula, y haziendoos Iuez en lo que no lo podias ſer, ſino mero* † *executor, contrauiniendo à lo diſpueſto* 54 *por vna Bula de Gregorio XIII. Concilio Tridentino, y deciſiones de la Congregacion ſobre èl hechas, por los Cardenales, y otras diſpoſiciones, y Cedulas Reales, ſin auer cauſa, ni fundamento alguno para ello, à que ſe ſiguen y han ſeguido muchos inconuenientes y eſcandalos a la Republica; ſuplicòme proueyeſſe en ello de remedio neceſſario, y que mas conuenga.*

Y viſto por los de mi Conſejo de las Indias, juntamente con ciertos autos, de que hizo preſentacion, fue acordado, que deuia mandar dar eſta mi Cedula, por la quàl os mando, veais las dichas Cedulas arriba inſertas, y guardeis el Concilio de Trento y Mexicano, declaracion de los Cardenales, y los proprios Motus, proueidos por algunos Pontifices, en la execucion del dicho Concilio Tridentino; y aſsiſtais al dicho Arçobiſpo, impartiendole los auxilios que conuenga † *para la execucion y* 55 *cũplimiento de lo ſobredicho, q̃ aſsi es mi voluntad.* Faciliorem, ac fœliciorem exitum & executionem habuit hoc omne in iſto Peruano Regno, vt colligere licet ex Regio Reſcripto 28. *Martij* 1620. Eſchilachenſi Principi eiuſdem Proregi directo, ibi: *Todo lo que dezis auer hecho en execucion de la Cedula, en que os embiè à mandar aſsiſtieſſedes al Arçobiſpo de eſſa Ciudad de los Reyes, para que ſi en la viſita que hizieſſe, en quanto à Curas, à los Religioſos Doctrineros, hallaſſe algunos ſin la ſuficiencia, partes, y exemplo, que ſe requiere, y ſin ſaber la lengua de los Indios, que huuieren de doctrinar, los remueua y auiſe à ſus Superiores, para que nombren otros, que tengan la ſuficiencia neceſſaria; ha ſido como ſe eſperaua vueſtra perſona, y aſsi os lo agradezco.* Quæ paulò poſt hæc verba, addit: *Y con*

oca-

ocasion de lo que dezis cerca de auerse querido entrometer esta Audiencia à conocer por via de fuerça deste negocio, le he mandado escriuir la Cedula, que và con esta, para que no admita semejantes pleytos, ni los oyga. Huius Schedulæ, de qua in ista fit mentio, memini *infra Cap. 60. num. 37.*

Ex quibus omnibus iam aperte constare videtur, Bullam Pij V. ad quam passim solent confugere Regulares Doctrinarij, quantum † ad independentiam à iurisdictione Ordinariorum quoad animarum secularium curam & Sacramentorum administritationem, vel esse renocatam, aut saltem procedere non posse, in partibus & Prouincijs, in quibus Ecclesiæ, Diœceses, & Parochię sunt institutæ; ac proinde in præfato officio, † & ministerio esse omnino Diœcesanis subiectos, sicut in eisdem subijciuntur Parochi sæculares.

56

57

SVMMARIVM.

1 *BVlla Gregorij Papæ XV.* incip. *Inscrutabili Dei prouidentia, ad literam refertur.*

2 *Tridentinum Concilium cauet, nullum Presbyterum etiam Regularē, sine Diœcesano sæcularium confessiones audire posse. & num. 5. 13. 29.*

3 *Presbyteri tam sæculares, quàm Regulares curam animarum exercentes, quoad eam Diœcesanorum iurisdictioni, visitationi, & correctioni subsunt. & num. 30.*

4 *Clausura Monialium ab Episcopis est custodienda.*

4 *Regulares prædicare volentes, quid obseruare teneantur.*

6 *Tridentinum Concilium, quoad curam animarum & confessiones sæcularium audiendas à Regularibus, per hanc Bullam innouatur. & num. 7. & sub num. 16.*

8 *Episcopi ex hac Bulla in pluribus casibus, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati procedunt. & num. 4. 13.*

9 *Confessarij Monialium qua forma eligendi sunt.*

10 *Administratores bonorum Monialium qualiter Diœcesanis subijciantur.*

11 *Diœcesani quoad hos administratores, quid possint.*

12 *Abbatissarum, Priorissarum, & aliarum electionibus interueniunt Diœcesani.*

14 *Possunt in casibus, hac Bulla contentis, censuris Ecclesiasticis procedere.*

15 *Contra Episcopos ex hac Bulla procedentes, Conseruatores Regularium non habent iurisdictionem.*

16 *Indignationis pœna præterea in ea exprimitur.*

17 *Quæ dicta sunt quoad Curæ administrationem, procedunt in dependentibus ab illa.*

18 *Diœcesanus in Indijs Regulari Doctrinario concedit titulum ad curæ administrationem, & exercitium.*

19 *Bulla Pij Papæ V. de qua supra, supponit sine illa Regulares independenter ab Ordinarijs administrare curam non posse.*

20 *Gratia specialis non est necessaria quando aliquid iure communi competit.*

21 *Prælati Regulares etiam subijciuntur Diœcesanis, quoad curam animarum.*

22 *Examen Regularium debet per Synodales examinatores exerceri. & num. 38. 39.*

23 *Doctrinarij Indorum illorum debent idioma intelligere, ideo in eo debent etiam examinari. & numer. 48. cum seqq.*

24 *Doctrinarij Indorum idioma non intelligentes remouentur à Doctrinis per Episcopum, & eius Visitatores.*

25 *Fiscalis Regius quid agere debeat, quando Regulares Doctrinarij ratione priuilegiorum, Episcopi iurisdictionem non agnoscunt.*

26 *Patres Societatis virtute suorum priuilegiorum, sæcularium confessiones sine Ordinario audire tentarunt.*

27 *Missiones & Reductiones del Paraguay sunt veræ Doctrinæ, in quibus Regius Patronatus debet exerceri. & numer. 28.*

31 *Ad Beneficium semel examinatus an, & quando possit iterum examinari. & num. 32.*

33 *Quid quoad Nos pro Doctrinarijs Regularibus resolutum sit. & n. 34. cum seqq.*

40 *Regulares ad Doctrinas Indorum & Beneficia, Regularibus conferri soli-*

to,

to, non examinantur per concurſum.& num. 41. 42.

43 *Prioratus Regulares ſæcularibus commendari, ſoliti non conferuntur concurſu.*

44 *Item Vicariæ perpetuæ.& num.* 45. *limita, vt num.* 46.

47 *Regulares, ad animarum curam Monaſterio competentem, deputati, tantum habent exercitium, non veram curam animarum.*

48 *Examinatores ad idioma Indorum debent eſſe tres.& num.* 49. 50.

ARGVMENTVM.

ERgo Regulares omnes, ad præfatam curam in Indijs admittendi, Ordinarij Diœceſani examen ſubire debent.

CAP. LIV.

SEquitur omnino ex *ſuperiori Capite*, Regulares omnes, ad ſæcularium animarum curam aſſumendos Diœceſanorum examini & approbationi ſubijci debere, etiam in Indijs; Indultis & priuilegijs quibuſcunque in contrarium aliàs obtentis, non obſtantibus; quæ cum per alias, tum maximè per Gregorij Papæ XV. Apoſtolicam Conſtitutionem incip. *Inſcrutabili Dei prouidentia*, quæ in Indijs etiam procedit, vt trado *infra Cap.* 67. *à num.* 59. *& Cap.* 74. *à num.* 23. *&* 30. reuocata & anullata ſunt; quod apertius apparebit, prefatæ Conſtitutionis, vbique neceſſariæ, litera relata, que talis eſt.

1 *Inſcrutabili Dei prouidentia † vniuerſalis Eccleſiæ regimini, meritis licet imparibus, Præſidentes, Paſtoralis noſtræ ſolicitudinis partes eſſe dignoſcimus, in eam curam præcipue incumbere, vt à dignis & probatis tantum Sacerdotibus ſanctè adminiſtrentur Eccleſiaſtico Sacramenta, atque vt Virginum Deo Sacratarum Monaſteria diligentiſsimè cuſtodiantur; & viri aſſumantur idonei ad prædicationis officium ſalubriter exequendam.*

§. 1. *Sanè Tridentinæ Synodi Decretis prouide cautum eſt, nullum Presbyterum †* 2 *etiam Regularem, poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ab idoneum reputari, niſi, aut Parochiale Beneficium habeat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.*

§. 2. *Necnon, vt in Monaſterijs, ſeu Domibus virorum ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eas quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ, tam Regulares, quam ſæculares eiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in ijs, quæ ad dictam † curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſunt ſita. Itemque, vt Epiſcopi vniuerſi ſub obteſtatione Diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, in omnibus Monaſterijs ſibi ſubiectis ordinaria, in alijs vero Sedis Apoſtolicæ authoritate † clauſuram Sanctimonialium, vbi violata fueris, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent; inobedientes atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcentes.* 3 4

§. 3. *Atque, vt Regulares in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare † volentes, ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Eccleſijs vero, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, nullo modo prædicare poſſint ſine Epiſcopi licentia, contradicente autem Epiſcopo nulli, etiam in ſuorum Ordinum Eccleſijs prædicare præſumant.* 5

§. 4. *Verum quia experientia compertum eſt, Eccleſiaſtici regiminis rationes poſtulare, vt Decretis eiuſmodi aliquid adiun-*

iungatur, matura deliberatione noſtra & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac generali, ac perpetuo va-
6 *litura Conſtitutione decernimus, † ſtatuimus, & declaramus, vt deinceps tam Regulares, quam ſæculares quomodolibet exempti, ſiue animarum curam perſonarum ſæcularium Monaſterijs, ſeu Domibus Regularibus, aut quibuſvis alijs Eccleſijs, vel Beneficijs, ſiue Regularibus, ſiue ſæcularibus incumbentem, exerceant, ſiuè Eccleſiaſtica Sacramenta, aut vnum ex illis mini-*
7 *ſtrent, prævia Epiſcopi † licentia & approbatione, ſiue quoquo modo in dictæ Curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis adminiſtratione de facto abſque vlla auctoritate ſe ingerant; in his, quæ huiuſmodi curam, ſeu adminiſtrationem concernunt, omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & correc-*
8 *tioni Diœceſani Epiſcopi, tanquam † Sedis Apoſtolicæ Delegati, plenè in omnibus ſubijciantur. Ad hæc, tam Regulares, quàm ſæculares huiuſmodi nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus, ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant.*

§. 5. Confeſſores vero, ſiue ſæculares quomodocumque exempti, tam ordinarij, quàm extraordinarij ad confeſſio-
9 *nes Monialium † etiam Regularibus ſubiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed*
10 *adminiſtratores bona † ad eiuſdem Monaſteria Sanctimonialium, vt præfertur, etiam Regularibus ſubiectarum pertinentia, ſiue Regulares extiterint, ſiue ſæculares quomodolibet exempti, Epiſcopo loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, ſingulis annis rationes adminiſtrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque iuris remedijs cogi & compelli queant. Liceatque Epiſ-*
11 *copo ex rationabili cauſa † Superiores Regulares admonere, vt eiuſmodi Confeſſores, atque adminiſtratores amoueant, ijſque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem, prædictos Confeſſores & adminiſtratores amouendi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit. Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus vna cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorundem Monaſteriorum quocumque nomine appellentur, electionibus per ſe, vel per alium † intereſſe, ac præſidere;* 12 *abſque vlla tamen ipſorum Monaſteriorum impenſa.*

§. 6. Ac demum habeat Epiſcopus, tanquam dictæ Sedis Delegatus, † auctori- 13 *tatem coercendi, ac puniendi quoſcumque exemptos, tam ſæculares, quam Regulares, qui in alienis Eccleſijs, & quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia; & in Eccleſijs ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint; Ita vt Epiſcopi in ſupraſcriptis caſibus, in prænominatas perſonas, in præmiſſis omnibus & ſingulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras † Ec-* 14 *cleſiaſticas, aliaſque pœnas, vti eiuſdem Sedis Delegati, procedere, omnemque iuriſdictionem exercere liberè & licitè valeant.*

§. 7. Decernentes, ſic per quoſcumque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatij Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere. Irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, in fauorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarium, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuſvis alterius Inſtituti, etiam neceſſario & in individuo exprimendi, Monaſteriorum, Conuentuum, Capitulorum, Eccleſiarum & aliorum quorumcumque tam ſæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, vel conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque Indultis, & pri-

priuilegijs, etiam in corpore iuris clauſis, aut ex cauſa & titulo oneroſo, vel in limine fundationis conceſsis, etiam Maiori Magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis. Conſeruatorum † deputationibus, eorumque, atque alijs inhibitionibus, quibus Epiſcopi deferre minimè teneantur, & quibuſvis alijs, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficatioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus Decretis, etiam Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis ſeu extenſionis conceſsis & iteratis vicibus approbatis & innouatis; etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus & formis ſpecialis & indiuidua, ac de verbo ad verbum; non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet; tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſsis habentes, quibus quoad ea, quæ eiſdem præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſsè derogamus; cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

§. 9 Cæterum, quia difficilè foret præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, vt ea tamen omnibus innoteſcant, mandamus illas ad valuas Lateranenſ. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, atque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Campi Floræ publicari, & inibi affigi, & per aliquod temporis ſpatium dimitti, eiſque detractis, earum exemplа eo in loco relinqui.

§. 10. Ac volumus vt earundem præinſertarum tranſumptis, etiam impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitì, in iudicio & extra illud, vbi opus fuerit eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, declarationis, Decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem (De pœna † indignationis Principis egi latè ſupra Cap. 8. à numer. 18. vbi plures Doctores retuli, quibus adde Dom. Veitia Linage en el Norte de la Contratacion de las Indias, libr. 2. cap. 2. numer. 9.) Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1622. Nonis Februarij, Pontificatus noſtri anni II. 16

Bullam hanc habemus tom. 3. Bullarij, pagin. 402. ad eamque ſunt referenda Tridentini Concilij Decreta, quorum ipſa meminit, atque illa innouat, ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 11. cuius verba retuli ſupra Cap. 52. num. 63. & ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 13. illic: Niſi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti. & Breue Clem. VIII. incip. Religioſorum, relatum infra Cap. 56. ſub numer. 34. in illis verbis: Et à locorum Ordinarijs, ſeu eorum Officialibus approbati prius fuerint; De quibus, ac vniuerſa hac materia quoad Regularium examen pro animarum Cura, agunt, Leonard. Leſſ. de iuſtit. libr. 2. cap. 34. num. 82. Cæſ. Lambertin. de iur. Patronat. 1. part. libr. 2. quæſt. 11. articul. 3. Flamin. Pariſ. de reſignat. Benefic. libr. 8. quæſt. 9. à numer. 82. Pat. Sanchez Conſilior. Moral. lib. 6. cap. 9. dub. 2. Piaſec. in prax. Epiſcop. 2. part. cap. 3. numer. 46. vbi iuxta hæc dicſum fuiſſe affirmat, & Cap. 5. numer. 17. Zerol. in prax. Epiſcopor. 2. part. verbo Doctor, §. 1. & 2. Gonçalez ad Regul. octau. Cancellar. gloſſ. 4. à numer. 90. & gloſſ. 5. §. 3. numer. 34. Coquier. de iuriſdict. in exempt. part. 2. quæſt. 45. numer. 11. Mar. Antonin. libr. 1. reſolut. cap. 17. & cap. 112. Franciſc. Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. 1. part. cap. 8. numer. 20. Sbrocc. de Vicar. Epiſcop. libr. 2. quæſt. 111. à numer. 9. Ricc. in deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolitan. 1. part. deciſ. 139. Dom. Solorzan. de Indiar. Gubernat. libr. 3. cap. 17. à numer. 11. vbi plures Rotæ deciſiones in hoc expeditas, refert, Cardinal. Seraphin. deciſ. 1158. numer. 7. Armendariz in addit. ad Recopil. leg. Nauarr. lib. 1. titul. 18. l. 7. num. 94. Campanil. in diuerſor. iur. Canon. rubric.

bric. 12. cap. 13. numer. 51. Soler. *de lectar. Canonic. cap. 112. num. 28.* Barbos. *in dict. cap. 13. & in dict. cap. 11. Concil. Tridentin. & de offic. & potestat. Episcop. allegat. 74. à numer. 18. & de Paroch. cap. 2. numer. 20.* vbi Rotæ decisionem 102. *part. 1. recent.* adducit. Aldan. *in Compend. Canonic. resolut. libr. 2. titul. 8. numer. 38.* Dom. Palafox *in allegat. iur. pro Clero Angelopolitano, super Doctrinis, allegat. 4. à numer. 53.* Pat. Thom. Hurtad. *de congrua sustentat. Ecclesiastic. libr. 5. digress. 2. à numer. 638.* Qui passim aduertunt, examen ad Parochialem Ecclesiam procedere, etiam in Magistris, Doctoribus, & Licentiatis in iure, vel in Theologia, ex Sacræ Congregationis declaratione tradita *infra Cap. 55. numer. 35.* & relatis *supra Cap. 31. à numer. 24.* Flamin. Paris. *de resignat. Benefic. dict. libr. 8. quæst. 9. à numer. 84.* Cened. *ad Decretum collect. 15. numer. 5.* Gonçalez *dict. numer. 90.* Piasec. *vbi supra cap. 5. numer. 17.* Ricc. *d. decis. 139.* Barbos. *de offic. Episcop. alleg. 60. n. 86.*

Quæ Regularium subiectio Diœcesanis exhibenda & in iuribus relatis explicita, etiam respectu eorum, quæ
17 à Curæ administratione † dependunt, omnino procedit, quemadmodum in specie advertunt Ludou. Mirand. *in Manual. Prælator. tom. 1. quæst. 42. articul. 3. & 4. & tom. 2. quæst. 64. articul. 1.* Mar. Antonin. *dict. resolut. 112. cas. 50. ante fin.* Francisc. Leo *d. 2. part. cap. 31. numer. 3.* Dom. Vega *in cap. Cæterùm 5. numer. 3. de Iudic.* Dom. Solorzan. *dict. cap. 17. à numer. 51.* Campanil. *dict. cap. 13. à numer. 49.* Seraphin. *decis. 1067.* Tamburin. *de iur. Abbatissar. disputat. 17. quæsit. 3. numer. 3.* Marc. Anton. Amat. *decis. 89. numer. 5.* Barbos. *in dict. cap. 11. numer. 15. & dict. alleg. 74. numer. 18. & 20.*

Apud Nos iam ea omnia ordinaria & inconcussa sunt, vt Doctores nostri *sup.* adducti, locis citatis & passim advertunt atq; supponunt, ex traditisq; *Cap. superiori* maximè constat; nec solum in his omnibus, quæ ad curæ officium & exercitium pertinent, locorum Ordinarijs subduntur Regulares Parochi, verum
18 etiam ab illis iurisdictionem † & titulum accipiunt, vt possint præfatum ministerium exercere, vt apparet ex Regia Schedula 6. *Aprilis* 1629. relata *infra Cap. 63. n. 80.* & in alia 10. *Iun.* 1634. *ibidē* adducta *n. 103.* ibi: *Religiosos -- se hallasse sin titulo por no tenerle, ni auersele dado los dichos Ordinarios, que es, à quien pertenecen. & Cap. 68. num. 37.* Addę verba Eugenij Papę III. tradita *infra Cap. 55. num. 14.* illic: *Et prædicto Archiepiscopo præsentetis, quibus, si idonei fuerint animarum curam committere de beat.*

Ab his nec distat Pij Papæ V. Bulla *superiori Capite* tradita, imò probat expresse, sine illa Regulares ad curæ exercitium admitti non posse, Diœcesano omisso; si enim per eam † de nouo in- 19
duxit, ac concessit Romanus Pontifex, independenter ad Ordinarijs Regulares omnes animarum personarum sæcularium curam, & Sacramenta Ecclesiastica, administrare posse, vt in ipsa patet *à principio*, in illis verbis: *Nullusque Religiosus absque Episcopi licentia Verbum Dei prædicare, ac sæcularium personarum confessiones audire. & §. 2. numer. 6.* illic: *Ordinariorum locorum, & aliorum quorumcumque licencia minimè requisita, libere & licite valeant; licentiam & facultatem, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus & indulgemus*; & ibi: *Prout hactenus consueuerunt.* (quæ non ad modum administrationis, sed ad substantiam, seu ad independientiam ab Ordinarijs, & Diœcesanis, rectè refert noster doctiss. P. Auendan. *in Thesaur. Indic. tit. 17. num 14.*) sequitur necessario, sine illo Breui minime ea omnia posse Regulares licite exercere; notat D. Palafox *vbi supra num. 6.* & alij passim; nam si possent, frustra erat, de nouo
† id precibus impetrare, *cap. Nuper* 20
34. *de decim. l. in causa 16. ff. de minorib. l. vnica, Cod. de Thesaur. lib. 10 l. 1. ff. ad municipal.* Dec. *consil. 51. num. fin.* Surd. *decis. 173. num. 18. & consil. 215. n. 23. & consil. 298. num. 26.* D. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 1. num. 25.* iunctis traditis *infra Cap. 72. num. 7. & 10.*

Itaque apud Nos omnino Episcoporum iurisdictioni & examini iam hodiè Regulares quicumque subduntur, si ad Curæ animarum, & Sacramentorum exercitium assumendi sunt, etiam si

Præ-

21 Prælati & Superiores † Monaſteriorum & Domorum ſeu Conuentuum, in Doctrinis Indorum exiſtentium, ſint, vt bene exprimit & decidit Regia Schedula 10. *Iunij* 1634. adducta *infra Cap.* 63. *num.* 97. per hæc verba: *Y para ſer Curas los dichos Religioſos, aunque ſean Superiores de las Caſas, ò Conuentos, donde moran y habitan, y ſon como Cabeceras de las dichas Doctrinas, deuen y han de ſer examinados por los Obiſpos y Ordinarios Seculares, y por*
22 *ſus † Examinadores, en el diſtrito de las dichas Doctrinas.* Neque aliud ſentire videtur P. Anendañ. *vbi proximè num.* 26. quatenus ex Sacræ Congregationis declaratione, quam *infra num.* 40. refero, Gonçalez & Garcia *ibidem* citatis, dicit, examinis obligationem ceſſare poſſe, ex eo, quod Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 18. ad Regulares non pertinet; Quod equidem verum eſt quoad examen Religioſorum ſeu Regularium, per concurſum omnimo peragendum, *vt ibidem* latè fundo, non vero generaliter & abſolutè, ita vt ijdem Regulares ad curam animarum exercedam valeant vel poſsint omnis examinis excuſare obligationem.

Examen ergo hoc, in Doctrinariorum Regularium perſonas obſeruandum, nec dum circa ſcientiam & literaturam verſari & exequi debet; verum etiam quoad idioma & linguam Indorum adminiſtrandorum, procedet; non tamen fiet per concurſum, *vt dictum eſt*; quemadmodum obſeruatur & accidit, quando Beneficium aliquod Parochiale cum alio Beneficio ſimplici & non Parochiali, permutatur; quo in caſu certum eſt, ad Parochialem Eccleſiam, & animarum curam admittendum, examen quidem ſubire omnino teneri, verum, non per concurſum, vt optimè aduertunt & docent ex Sacræ Congregationis Concilij declaratione Nicol. Garcia *de Benefic.* 9. *part. cap.* 2. *à numer.* 162. & Barboſ. *ad Concil. Tridentin. ſeſſion.* 7. *de Reformation. cap.* 13. *numer.* 10. *& in Summa. deciſion. Apoſtolicar. collect.* 339. *n.* 2. *& collectan.* 340. *n.* 11.

Doctrinarij itaque Regulares, quemadmodum alij omnes Parochi, tenentur Indorum adminiſtrandorum linguam verè & ſufficienter † intelligere, iuxta ea, 23
quę late tradidi *ſupra Cap.* 33. *num.* 26. *cum ſequentibus*, in quo maxima debet eſſe Dioeceſanorum cura & diligentia, ideò eorum conſcientiæ & examini hoc omne relictum eſt, in quod plures extant Regiæ Schedulæ, præcipuè illæ 1. *Iunij* 1574. adducta *infra Cap.* 63. *num.* 48. 13. *Iunij* 1615. illic: *Viſto lo que dezis, en razon de que los Miniſtros de la Doctrina de eſſas Prouincias, no deſcargan mi Real conciencia, por no ſaber las lenguas de los Naturales. Ha parecido ordenaros, como os lo ordeno y mando, hagais que con toda breuedad ſe notifique à los Prelados de las Ordenes, pongan perſonas en las Doctrinas, que ſepan bien la lengua y adminiſtren los Sacramentos, donde no, que el Obiſpo los nombre à ſatisfacion de Vos el Preſidente y Audiencia, demanera, que ſe remedie eſte daño, y ſe deſcargue mi conciencia*; *infra Cap.* 65. *ſub num.* 43. 14. *Nouembris* 1603. *&* 31. *Decembris* 1622. *ſuperiori Capite à num.* 48. traditæ ſunt hæ vltimæ.

Immo, ſi de facto Regulares Doctrinarij & alij Doctrinis ſint aſsignati; Indorum idioma, ſeu linguam non intelligentes, continuo poſſunt & debent ab illis excludi & † remoueri per 24
Epiſcopos, & eorum Viſitatores, iuxta ea quæ trado *infra Cap.* 60. *n.* 40. *& Cap.* 65. *à n.* 42.

Quo in caſu, aut alijs quibuſvis, in quibus Dioeceſani & eorum Viſitatores, ratione adminiſtrationis Curę & Sacramentorum, contra Regulares Doctrinarios procedunt, & iuriſdictionem Ordinariam exercent, non poſſunt hi ſuis priuilegijs, exemptionibus, aut alijs quibuſcumque Apoſtolicis Indultis & gratijs vti: quod ſi id facere tentauerint, cautum & prouiſum eſt, vt eo caſu Dioeceſani & eorum Viſitatores & Officiales Regias Cancellarias certiores faciant; quę ita certiores, factæ per mediam Regiorum Fiſcalium perſonam opportunum † ſtatim adhi- 25
beant remedium, *dict. Reg. Schedul.* 14. *Nouembris* 1603. illic: *Y que ſi algun Indulto, ò Bula de ſu Santidad les preſentaren, para exemptarſe de eſto los dichos Religioſos, den auiſo à mis Audiencias, para que hagan ſu oficio.* Ex qua & alijs deſumpta eſt, *l.* 51. *tit.* 10. *lib.* 1. *Sum.*

ita:

ta: *Que ningun Religioso entre à hazer oficio de Cura, sin que primero sea examinado y aprobado por el Ordinario, ò por la persona que èl nombrare, para que se satisfaga, si tiene la suficiencia necessaria, y si sabe la lengua, en que ha de doctrinar; y los que hallare en las Visitas sin esta parte, los remueua, y auise à sus Prelados, que pongan otros, que tambien ayan de ser examinados; y si los tales Religiosos presentaren Indultos para exemptarse, auise à la Audiencia del distrito, y el Fiscal della pida lo que conuenga.* (scilicet quod ei bene visum fuerit, secundum Regias sanctiones, vt fundaui *supra Cap. 7. à num. 15.*) iunctis latè traditis *infrà Cap. 60 num. 29. 31. 36. 37. Cap. 61. à num. 27. & Cap. 63. num. 91.*

Regulares similiter, etiam non Parochi, cuiuscumque Ordinis & Instituti, & alij omnes Sacerdotes sæculares, quoad confessiones sæcularium personarum audiendas, Diœcesanis omnino subijciuntur, ex Bulla *supra hoc Cap.* relata, vt latius trado *infra Cap. 70.* & deinde, & licet Patres Santissim. Societatis IESV, id sibi licere virtute suorum priuile-
26 giorum † independenter ab Ordinarijs Diœcesanis, tentauerint, vt aduertit D. Solorzan. *d. lib. 3. Cap. 18. à num. 29* & nouissimè appareret *in Bulla Angelopolitana, infra Cap. 81. num. 3.* in illis verbis: *Necnon super confessionibus laicorum audiendis prævio examine, siue approbatione eiusdē Episcopi Diœcesani, quæ dicti Clerici Regulares in vim priuilegiorum prædictæ Societati, Apostolica auctoritate concessorum, sibi proprio iure licere prætendebant.* Contrarium à Sancta Romana Sede *ibidem* & antea, decisum & resolutum fuit.

Similiter quoad eosdem iussum est in Regia Schedula 1. *Iunij* 1654. tradita *infra dict. Cap. 63. à num. 113. & Cap. 65. num. 10. & seqq.* vt in Doctrinis & Beneficijs Prouinciæ de el Paraguay omnino Regium Patronatum, quemadmodum in alijs omnibus Diœcesibus, Beneficijs, & Offi-
27 cijs Ecclesiasticis, obseruare † teneantur; & quod præfata Beneficia *Doctrinæ* verè & propriè in posterum vocentur & nominentur, non *Missiones* † seu *Reducciones*; alioquin si con- 28
tra Regij Patronatus formam, & modum, illarum Doctrinarum processerit administratio, quod alijs Ecclesiasticis personis † commendentur & 29
applicentur, vt patet in illis verbis: *Y por la presente declaro, que han de ser Doctrinas y se han de tener por tales, las que llamā* Reducciones y Missiones *los Religiosos de la Compañia de IESVS, que residen en las dichas Prouincias del Paraguay, y que en todas ellas ayan de presentar para cada vna tres sugetos, conforme à las dichas Cedulas, de los quales el Gouernador nombre vno, como se practica en todas partes; estando aduertidos los dichos mis Virreyes, Presidentes, Gouernadores, Arçobispos y Obispos, que si la dicha Religion de la Compañia no se allanare al cumplimiento de esta orden, en qualquiera parte del Gouierno de cada vno, obseruando lo dispuesto por las Cedulas referidas, han de disponer se pongan Clerigos seculares, y en falta dellos, Religiosos de otras Ordenes, en las tales Doctrinas, que administran con nombre de* Reducciones ò Missiones, *porque no ha de quedar à su libre voluntad, lo que fuere contra el derecho de mi Real Patronazgo.*

In eadem Pontificia Constitutione, *supra* relata, decidit & statuitur, Regulares Parochos, seu sæcularium Curam exercentes, Diœcesanorum visi-
tationi † esse subiectos; quod quali- 30
ter, & quorum respectu procedat, latiùs trado *infra Cap. 56. num. 9. & Cap. 60. à princ.* maximè *à num. 21.* vbi inter alia *à num. 23.* adduco Regium Rescriptum 16. *Decembris* 1587. in illis verbis: *Y que por sus personas, sin cometerlo à otras, visiten las Iglesias de las Doctrinas donde estuuieren los dichos Religiosos, y en ellas el Santissimo Sacramento, y Pila del Baptismo, y las fabricas de las dichas Iglesias, y limosnas dadas para ellas, y todas las demàs cosas tocantes à las tales Iglesias y seruicio del Culto Diuino, y que à los Religiosos que estuuieren en dichas Doctrinas, assi mesmo los visiten y corrijan, en quanto à Curas fraternalmente, teniendo particular quenta de mirar por el honor y buena fama de los tales Religiosos, en los excessos que fueren ocultos, y*

que

que quando mas que eſto fuere meneſter ò conuiniere, den noticia à ſus Prelados para que los caſtiguen; y que no lo haziendo, lo hagan ellos, conforme à lo diſpueſto en el Santo Concilio de Trento, y paſſado el termino y tiempo en èl contenido, dareis orden como ſe guarde y cumpla precisamente ſin dar lugar à que ſe haga nouedad, ni ſe vaya, ni paſſe contra lo aqui diſpueſto, &c.

Quod omne nouiſsimè innouatum, & obſervari iuſſum eſt, in Regijs Schedulis 22. *Iunij* 1624. & 6. *Septembr. eiuſdem anni*, relatis *infra dict. Cap.* 60. *num.* 35. *Cap.* 63. *num.* 63. 72. & 86. per hæc verba: *Y aſsi miſmo mando, que el Arçobiſpo y Obiſpos de aquellas Prouincias puedan viſitar los dichos Religioſos en lo tocante al miniſterio de Curas, y no en mas; viſitando las Igleſias, Sacramento, Criſma, Cofradias, limoſnas de ellas, y todo lo que tocare à la mera adminiſtracion de los Santos Sacramentos, y dicho miniſterio de Curas, yendo à las viſitas por ſus perſonas, ò las que para ello à ſu eleccion y ſatisfacion puſieren ò embiaren à las partes, donde en perſona no pudieren, ò no tuuieren lugar de acudir; vſando de correccion y caſtigo, en lo que fuere neceßario, dentro de los limites y exercicio de Curas reſtrictiuamente, como queda dicho, y no en mas. Y en quanto à los exceſſos perſonales de las coſtumbres y vidas de los tales Religioſos Curas, no han de quedar ſugetos à los dichos Arçobiſpos y Obiſpos.*

In præſenti aduertendum eſt, quod
31 licet ad Parochiales Eccleſias, † ſemel examinatos ab anteceſſoribus, poſsint ſucceſſores Epiſcopi in Viſitatione, vel extra, ſuper doctrina & ſcientia iterum examinare, ſecundum Sacræ Congregationis Concilij declarationem 28. *Auguſti* 1628. de qua Sell. *in ſelect. Canonic. cap.* 21. *numer.* 72. Aldan. *in compend. Canonic. reſolut.* 2. *tit.* 5. *numer.* 8. Barboſ. *in Summ. deciſion. Apoſtol. collect.* 339. *num.* 11. & *ad Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 13. *de Reformat. n.* 21. iuncto *cap. Accepimus* 13. *de ætat. & qualit.* quamvis aliàs Sacra *Epiſcopor. & Regular. Congregatio ſub die* 17. *Iulij* 1615. vt notant ijdem Sell. *cap.* 40. *numer.* 59. & Barboſ. *collect.* 122. *num.* 14. Declarauerit, ſemel examinatos & approbatos † ab Ordinario 32
quoad ſcientiam, nulli deinde examini ſubijci, latè Barboſ. *in dict. cap.* 13. *à num.* 2. & 18. vbi de Beneficijs ſimplicibus loquitur, ex Gonçalez *ad Regul. octau. Cancellar. gloſſ.* 4. *num.* 84. Ricc. *in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ.* 419. aliàs *reſolut.* 356. Maſſobr. *in prax. habend. concurſ. prælud.* 3. *dub.* 3. *numer.* 30. Homob. *de examin. Eccleſiaſt. tractat.* 2. *cap.* 3. *quæſt.* 31. Quod de ſtylo Curiæ procedere, ait Barboſ. *d. num.* 18. inſpecta vero Tridentini ſanctione contrarium veriùs eſſe, ſaltem *in partibus*, id eſt, *extra Curiam*, concludit ex Rotæ deciſione apud Seraphin. *deciſ.* 1323. Maſſobr. *dict. dub.* 3. *num.* 32. Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. rubric.* 5. *cap.* 3. *n.* 8.

Nihilominus quoad Regulares Doctrinarios apud Nos deciſum eſt, vt
33 quoties † ad ſimile Beneficium & Doctrinam, intra eandem Diœceſim, promouentur & præſentantur, vbi idem idioma procedit & loquitur, quoad illud de nouo non examinentur ab eiſdem, neque ſucceſſoribus Epiſcopis; aliud vero diſpoſitum eſt, quando in Doctrina & Beneficio, ad quod transferuntur, & promouentur, diuerſum & diſsimile idioma loquitur & obſeruatur; aut alia noua interue-
34 nit cauſa; tunc † namque nouum examen exequendum, ſeu repetendum eſt, ex Regia Schedula 23. *Octobris* 1621. ex qua deſumpta eſt *l.* 52. *dict. titul.* 10. *lib.* 1. *Summar.* dicens: *Que los Religioſos Doctrineros ſean examinados por el Ordinario cada vez que mudaren Curato.* Quæ debet intelligi iuxta *proximè* tradita, iunctis latè adductis *infra Cap.* 63. *num.* 77. 80. & *ſeqq.* & *numer.* 104. & *ſeqq. Cap.* 67. *num.* 8. & *Cap.* 65. *à numer.* 8. maximè in illis verbis: *Y que el Religioſo que fueſſe vna vez examinado y aprobado por el Prelado para vna Doctrina, lo quedaſſe para todas las demàs de la miſma lengua, à que fueſſe promouido deſpues. Pero ſiendo la Doctrina, à que ſu Prouincial le preſentaſſe de lengua diferente, fueße examinado y aprobado en ella, y haſta tanto, no la pudieße ſeruir*; ad quod omne videnda eſt maximè Schedula Regia 6. *Aprilis* 1629. *d. Cap.* 63. relata à *n.* 75.

Vbi

Vbi nouum † examen omittitur, in ſemel ad ſimile Beneficium & doctrinam eiuſdem idiomatis approbato per Epiſcopum, ibi: *Y en quanto à la pretenſion que tienen los dichos Prouinciales, de que en eſtando vna vez aprobado vn Religioſo para vna Doctrina, ſe ha de entender lo eſtà para todas las demàs, en que fuere proueido; tengo por bien de declarar, como por la preſente declaro y mando, que el Religioſo que fuere vna vez examinado, y aprobado por el Prelado para vna Doctrina, lo queda para todas las demàs de la miſma lengua, à que fuere proueido deſ-*
35 *pues; pero ſiendo la Doctrina, † à que ſu Prouincial le preſentare, de lengua diferente, ha de ſer de nueuo examinado y aprobado en ella, y haſta que lo ſea, no ha de poder ſeruirla.*

Aliquid amplius continet Regia Schedula 10. *Iunij* 1634. de quà *infra dict. Cap.* 63. *à num.* 77. in illis verbis: *Pero es*
36 *declaracion, † que los examinados, y aprobados vna vez, no han de boluer à ſerlo, ni por los proprios Arçobiſpos, y Obiſpos, ni por ſus ſuceſſores; y eſto ſe ha de entender para el miſmo Arçobiſpado, ò Obiſpado en que fueren examinados, y en que ſe les huuiere dado y diere la aprobacion, como à tales Curas, ſin limitacion alguna. Mas*
37 *ſi ſobreuiniere † cauſa que lo pida, ò por demeritos en la ſuficiencia, ò falta del idioma, ò por ſuceder, como de ordinario ſuccede, que traten de mudarſe, y paſſarſe à otra Doctrina, en que aya y ſe hable otra lengua, es juſto que ſe examinen; y declaro que pueden, y deben ſer examinados de nuzuo, porque ya no ſe halla en ellos aquella ſuficiencia, que mereciò la primera aprobacion; y aſsi lo podràn hazer, y mandar los Arçobiſpos, ò Obiſpos, para quietud de ſus conciencias.* D. Solorzan. *dict. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 38. D. Montenegro *dict. num.* 8. P. Auendañ. *in Theſaur. Indic. tit.* 17. *à num.* 28. *& in addit. ad tom.* 2. *ſub num.* 323. Vbi quid ſentiat in hoc P. Angelus Maria Verricelli, refert.

Hoc Doctrinariorum Regularium examen, in caſibus relatis, per Exami-
38 natores † Synodales fieri debet, vt cum alijs docet Barboſ. *in d. cap.* 1. *de Capell. Monachor. num.* 5. *& in dict. allegat.* 74. *n.* 18. *& de offic. Paroch. cap.* 2. *numer.* 152. Sicut apud Nos docet & decidit præfata Regia Schedula 10. *Iunij* 1634. illic: *Y han de ſer examinados por los Obiſpos y Ordinarios ſeculares y por ſus Examinadores en el diſtrito de las dichas Doctrinas.* Reg. Sched. 30. *Iulij* 1653. Regię Nouæ Galleciæ Cancellarię miſſa ibi: *Al cumplimiento del Real Patronato, y ſegun ſu tenor y forma à ſer examinados por los Examinadores Synodales, y à recibir la inſtitucion y colacion Canonica, titulo Eccleſiaſtico y deſpacho de poſſeſsion, &c.*

Quamvis contrarium † ſentire vi- 39
deantur P. Pellizzar. *vbi ſupra* aſſerens Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 18. ſolum loqui de Beneficio ſæculari; & P. Auendañ. *dict. tit.* 17. *num.* 16. vbi ait, neque per Magiſtrum Indici idiomatis eſſe peragendum examen, ſufficereque ſufficientiæ notitiam. Cum præfata Regia Schedula contrarium omnino exprimat, vt patet ibi: *Y en el idioma tambien lo deben ſer* (examinados) *por la perſona y Cathedratico, que ſe diputa para eſta enſeñança.* Ad primum facit Tridentinum *dict. ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 11. vbi dicitur, per Epiſcopum vel eius Vicarium fieri debere examen; hi autem raro poſſunt per ſe ipſos id exequi, data magna examinandorum copia in Indijs, & ſæpè idioma in quo ſunt examinandi, non intelligunt. Ergo Synodalium & Magiſtri idiomatis Indici auxilio, vtendum erit.

Verum, licet examen hoc Regularium ad Beneficia ſæcularia, curam animarum habentia, obtinenda, neceſſarium ſit, vt diximus; non tamen 40
fiet illud per concurſum. Hæc † namque Beneficia Regularibus concedi ſolita, non conferuntur concurſu, ita Sacram Concilij Congregationem reſpondiſſe, tradit Gonçalez *vbi ſupr. gloſſ.* 6. *num.* 162. in hæc verba: *Hoc decretum* (ſcilicet Tridentini *dict. ſeſſ.* 24. *cap.* 18.) *de concurſu, non habet locum in Beneficijs Regularibus, quæ † Regularibus conferri* 41
conſueuerunt. Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap.* 50. *§.* 3. *verſic.* 4. Ricc. *in prax. rerum for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 421. *aliàs reſolut.* 358. Garcia *de Benefic.* 9. *part. cap.* 2. *à num.* 197. Piaſec. *dict. p.* 2. *cap.* 5. *numer.* 18. Maſſobr. *dict. prælud.* 3. *dub.* 3. *num.* 34. Rodrig. *in ſuo Bullar. tom.* 2. *Bulla* 22. *in Sixt. V.* Farinac. *deciſ.* 323. *num.* 6. *part.* 2. *recent.* D. Solorzan. *dict. ibr.* 3. *cap.* 17. *numer.* 20. Barboſ. *in Summ. deciſionum Apoſtolicar. collect.* 340. *n.* 8. *& collect.* 201. *n.* 8. *&* 12. *& d. allegat.* 60. *num.* 33. *& de Paroch. d. cap.* 2. *n.* 21. P. Caſtro Palao *in oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13.

diſput. 3. punct. 2. §. 5. num. 1. Tondut. *reſolut. Beneficial. 2. part. cap. 4. §. 10. numer. 4.* Lezan. *dict. cap. 18. num. 11.* Pat. Pellizzar. *dict. tractat. 8. cap. 4. num. 113. verſic. Addit. & verſ. Inſuper.* Ioann. Mar. Nouar. *vbi ſupra, verbo Examen num. 1.* Vbi meminit Sacræ Congregationis declarationis 3. *Auguſti ann.* 1600. Murga *in quæſt. Paſtoral. 1. part. quæſt. 2. diuiſ. 1. num. 6.* D. Montenegro *dict. ſeſſ. 2. n. 8.* P. Auendaño *dict. num. 16. in princip.* Apud Nos, probat expreſsè ſententiam adductam Regia Schedula 13. *Maij* 1637. de qua *infra Cap. 68. num. 15.* illic: *No parece † neceſsario preuenir eſte caſo, pues en eſtos Beneficios Regulares no ſe ponen edictos, ni ai oposiciones, &c.* 42

Idem dicendum de Prioratibus Regularibus, ſæcularibus Clericis † commendari ſolitis, vt fuit deciſum à Sacra Congregatione *die 26. Iulij* 1590. per hæc verba: *Congregatio cenſuit, in Prioratibus Regularibus habentibus curam animarum, ſolitis commendari ſæcularibus, non requiri concurſum.* Garc. *dict. cap. 2. num. 199.* Barboſ. *dict. allegat. 60. num. 34. & dict. cap. 2. de Paroch. n. 22. & d. collectan. 340. n. 8.* D. Solorz. *n. 21.* Nouar. *n. 2. locis vbi ſupra.* Licet aliud innuat Rota Roman. *deciſ. 62. & deciſ. 681. & deciſ. 802. p. 1. diuerſ.* de quibus Garc. *vbi proximè n. 198. in fin.* 43

Denique hoc ipſum dicendum eſt de Vicarijs perpetuis; nam licet † hę præuio Ordinarij examine, ſint conferendę, vt dicam *infra Cap. ſequent. à n. 1.* non tamen † concurſu prouidentur, Gonçalez *vbi ſupra gloſ. 5. §. 3. n. 53. & 54.* Garcia *d. cap. 2. n. 292.* Vgolin. *d. cap. 50. §. 3. verſic. Octauo,* Filliuc. *moral. quæſt. tom. 3. tractat. 41. cap. 4. n. 147.* Ricc. *vbi ſupra reſol. 358. n. 1. verſ. 2.* Loter. *de re Beneficiar. tom. 1. lib. 2. quæſt. 31. n. 21.* Caualer. *deciſ. 595. n. 4. & deciſ. 599. n. 1.* Rota *deciſ. 102. n. 1. p. 1. recent. & deciſ. 579. n. 4. & deciſ. 710. n. 2. part. 2. recent.* & in Dertuſen. Vicariæ 28. *Nouembr.* 1616. coram Vbaldo, & in Barchinon. Vicariæ 17. *Maij* 1624. coram Merlin. Matth. Burat. *deciſ. 214. n. 1.* vbi Ferentill. *in not. lit. A. & deciſ. 303. n. 10. & deciſ. 931. à n. 1.* Barboſ. *de offic. Paroch. d. cap. 2. n. 19. & 152. in fin. & dict. alleg. 60. n. 32. & in Summ. deciſ. Apoſtolic. dict. collectan. 340. num. 8. & in collectan. Bullar. verbo Examen §. 6.* Galet. *in Margarita caſuum conſcient. verbo Vicarius 3.* vbi deciſum refert, Caſtro Palao *vbi ſupra n. 10.* 44 45

Cęterum ſi in Vicarium perpetuum vel amobilem, non † nudum exercitium, ſed totalis & habitualis animarum cura translata ſit, eo caſu Vicaria concurſu conferri debet; ita ex Loter. *vbi proximè numer. 22.* Farinac. *deciſ. 579. & deciſ. 710. part. 2 recent.* Burat. *dict. deciſ. 214. à numer. 2.* & alijs relatis, docet Barboſ. *dict. allegat. 60. num. 32. & dict. cap. 2. n. 19. in fine.* 46

Regulariter autem deſignati & deputati ad animarum curam, Monaſterijs & Regularium domibus competentem, ſolum illius exercitium habent; vera † animarum cura penès Abbatem, Priorem, aut Monaſterium remanente, ita docent Eligius Baſſeus, verbo *Vicarius, num. 5.* Ludouic. Bellus *conſil. poſthum. 87. num. 4.* ex Cardinal. Seraphin. *deciſ. 1304.* Rota Romana *apud Tamburin. poſt tractat. de iure Abbat. tom. 3. deciſ. 32. num. 10.* Garc. *de Benefic. 3. part. cap. 2. num. 179. in declarat. 11.* Barboſ. *de offic. Paroch. cap. 1. num. 65. & in collectan. Bullar. verbo Cura animarum §. 2.* Murga *in quæſt. Paſtoral. 1. part. quæſt. 2. diuiſ. 2. à num. 14. & 4. part. quæſt. 1. ſection. 3. à num. 7.* vbi plenè, Rota eadem *apud ipſum deciſ. 7. n. 4. pag. 133. & deciſ. n. 3. pag. 150.* cum alijs. 47

Tandem his, quæ dicta ſunt *ſupra à num. 22.* circa examen Regularium & aliorum in idiomate pro Doctrinis peragendum, adde omnino Regiam Schedulam 28. *Maij* 1655. qua deciſum eſt, præter idiomatis Indorum Cathedraticum ſeu Magiſtrum (de quo *in Schedul. 10. Iunij* 1634. *infra num. 39. & Cap. 63. num. 100. l. 5. tit. 9. lib. 1. Summar.*) alios † duos Examinatores, ad id electos, examini interuenire debere; hæc ſunt Schedulæ prędictæ verba: *EL REY. Doctor D. Franciſco de Neſtares Marin, Preſidente y Viſitador de mi Audiencia de la Ciudad de la Plata, en la Ciudad de los Charcas, à quien tengo hecha merced de plaza de mi Conſejo de las Indias, el Arçobiſpo de la Igleſia Metropolitana de eſſa Ciudad, en carta de 30. de Iulio del año paſſado de mil y ſeiſcientos y cincuenta y tres refiere, que mi Virrey de eſſas Prouincias le auia dado auiſo de la reſolucion, que ſe auia tomado, cerca de que el Prelado de aquella Igleſia hizieſſe eleccion de Prebendados della, para que concurrieſſen al examen de lenguas de los opoſitores à* 48

los

los Beneficios, juntamente con el Religioso de la Compañia de Iesus, à cuyo cargo estuuiesse la Cathedra de dichas lenguas, y con esta ocasion refiere lo que en la materia se le ofrecia.

Y auiendose visto por los de mi Consejo de las Indias, con las demàs cartas y papeles, que dieron motiuo à la resolucion, de que se eligiessen los dichos Examinadores, y lo que sobre ello dixo, y pidiò mi Fiscal en él; y considerando que pueda ser contingente, no auer entre los Prebendados de la dicha Iglesia, quien sepa las dos lenguas Quichua y Aymara, con la eminencia que las deben professar los que han de ser examinados, ha parecido responder al dicho Arçobispo, por cedula de la fecha de esta (como se haze), que èl, y los que sucedieren en aquella Prelacia, no solo han de poder hazer la eleccion para Examinadores de dichas lenguas entre los dichos Prebẽdados, sino tambien entre los Religiosos, ò Curas de las Paroquias de Indios de essa Ciudad, los que les pareciere mas apropósito; pero que

49 *precisamente † han de elegir dos sugetos, para que con el dicho Cathedratico, sean tres los Examinadores; como lo son los de la suficiencia; y para que estas elecciones se hagan con toda justificacion, disponga por su parte, que en las Synodos Diocesanas se ha-*

50 *ga nombramiento † de doze, ò mas Examinadores, como se haze para los de la suficiencia, para que de ellos se elijan los dos que huuieren de concurrir con el dicho Cathedratico de lenguas, de que me ha parecido auisaros, para que lo tengais entendido, y por lo que os toca pondreis particular cuydado en el cumplimiento de todo lo referido, por lo mucho que importa que las personas que huuieren de seruir los Curatos, sean de la suficiencia è inteligencia que se requiere para la mejor doctrina, y enseñança de los naturales, à que tanto se debe atender. Fecha, &c.*

SVMMARIVM.

1 *VIcarius curæ animarum Monasterio competenti assignatus, examinatur ab Ordinario. & n. 3. Vbi Vrbani III. constitutio affertur.*

2 *Vicarij deputatio hoc casu à Regularibus fit. & n. 14.*

4 *Bulla Pij V. in hoc expenditur.*

5 *Sacræ Congregationis declarationes in idem adducuntur.*

6 *Vicarius à Regularibus assignandus debet esse Clericus, non Monachus, seu Regularis.*

7 *Episcopi approbatio an sit solum idoneitatis declaratio?*

8 *Panormitanus quærit & resoluit, cur hoc casu Beneficio non præficitur Regularis; & assignatur quando ad Monasteria non spectat cura?*

9 *Decretum Vrbani II. in hanc rem refertur. & n. 12.*

10 *Decretum hoc fuit à Calixto II. innouatum.*

11 *Item ab Eugenio III. cuius Epistolæ asseruntur. & n. 13. 15.*

16 *Qui desiderat sua mandata à successoribus seruari, decessoris instituta custodiat.*

17 *Dictio* Nisi, *ad futurum relata importat conditionem, etiam præcedenti dispositioni contrariam. & n. 18.*

19 *Item importat formam necessariam & substantialem.*

20 *Forma debet in specie & ad vnguem adimpleri.*

21 *Forma à lege inducta est substantialis.*

22 *Quod à lege de nouo inducitur, dicitur forma; vbi quid sit forma. & numer. 23. 27.*

24 *Forma si omittatur, quidquid fit est nullum; etiam si in minimo formæ peccetur. & n. 25.*

26 *Forma est de genere indiuisibilium.*

28 *Bulla Gregorij XV. quoad examen edita, inducit formam.*

29 *Ablatiuus absolutus importat necessariam conditionem.*

30 *Tridentinum & Apostolicæ constitutiones, quoad examen, clausulam irritantem continent.*

31 *Clausula irritans formam necessariam inducit.*

32 *Verba prohibentia aliter fieri, inducunt formam.*

33 *Clausula irritans inficit titulum, & possessionem.*

34 *Item habet retro oculos & operatur nullitatem ab initio.*

35 *Examen in Parochialibus requiritur pro forma.*

36 *Bulla Pij V. incip.* In conferendis, *in hoc expenditur.*

ARGVMENTVM.

ORdinarij examini ſubditur Vicarius, ſeu Parochus Sæcularium curæ, Monaſterio vnitæ, præpoſitus; traditurque quomodo huiuſmodi Vicarius eligendus ſit.

CAPVT LV.

1 IN Parocho ſimiliter, ſeu Vicario † curæ animarum aſsignato, quæ Regularium Monaſterijs & domibus annexa eſt, examen ab Ordinario Eccleſiaſtico faciendum, requiritur. Nam
2 licet † hoc caſu ad Monaſteria & Communitates Parochi vel Vicarij per-
3 tineat deputatio; Epiſcopo † tamen ſeu Diœceſano competit, præuio examine, deputatum, ſi idoneus fuerit, admittere & probare *Cap. 1. de Capell. Monachor. In Eccleſijs*, inquit Vrbanus Papa III. *vbi Monachi habitant, populus per Monachum non regatur; ſed Capellanus qui populum regat ab Epiſcopo per conſilium Monachorum, inſtituatur.* Apertius ſancitum eſt per Bullam Pij Papæ V. *incip.* Ad exequendum *pagin.* 242. *tom.* 2. *Bullar.* §. 4. illic:
4 ¶ *Volumus † inſuper & ita mandamus, quod dicti Vicarij perpetui, non ad liberam ordinariorum electionem; ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſijs vnitis ponentur, cum ipſorum Ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum præuio examine & approbatione, deputentur.* Et §. 5. in illis verbis: *Et ſi dictæ Parochiales vnitæ erunt Monaſterijs Regularium Mendicantium, poſſint à Superioribus dictorum Monaſteriorum nominari ex ipſis Mendicantibus, quos ipſi Ordinarij, præuio examine per ſe, vel eorum Vicarios faciendo, idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint.* De hac Apoſtolica Conſtitutione agunt Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 46. Gonçalez *ad Regul. octau. Cancellar. gloſſ.* 5. §. 3. *ſub numer.* 49. Barboſ. *de offic. Paroch. cap.* 2. *numer.* 152. & *in Summ. deciſionum Apoſtolicar. collectan.* 235. *numer.* 7. & *in collectan. Bullar.* verbo, *Cura*, §. *penultim.* Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Cura animarum.*

Id ipſum decidunt duæ Sacræ † 4
Congregationis declarationes à Gonçalez *numer.* 54. & alijs adductæ. Prima eſt hæc: *Petentibus Ieſuitis, an Parochia Toletana in Monaſterium erecta, & vnita eorum collegio, gubernari poſſit à deputato ab ipſis, modo ſit approbatus ab Ordinario? Cenſuerunt poſſe.* Secunda: *Neque Vicarios perpetuos, neque temporales poſſe ab Ordinarijs poni in Monaſterijs, quibus cura imminet animarum, vel à principio, vel ratione annexionis; ſed tantum à Superioribus eorum, præuio tamen examine ipſorum Ordinariorum, iuxta præſcriptum huius decreti ſeſſ.* 25. *de Regularib. Cap.* 11. *Domini cenſuerunt*; & ita tentum fuiſſe à Rota *die* 19. *Aprilis* 1627. refert Iulian. Viuian. *poſt tractat. de iur. Patronat. deciſ.* 86. *numer.* 2. & 17. Barboſ. *in dict. Summ. collectan.* 552. *numer.* 11. & *in collectan. Bullar.* verbo *Parochia* §. 2. & *in dict. Cap.* 11. *Concilij numer.* 24. & *in fin.* & *in tractat. de Paroch. dict. numer.* 132. Vbi addit, Parochialibus Eccleſijs, quæ Monaſterijs ſubſunt, non Monachum ſed Clericum † per Monachorum con- 6
ſilium & electionem eſſe ab Epiſcopo inſtituendum; ſicut iura allata aduertunt; vide Paulin. Bertum *in prax. criminal. Regular. titul.* 4. *Cap.* 29. *numer.* 46. D. Gregor. Lopez *in l.* 25. *titul.* 7. *part.* 1. verbo *Igleſias*, Emman. Rodriguez *tom.* 1. *Regular. quæſt.* 34. *articul.* 4. *in fin.* Paul. Furc. *de Viſitation. libr.* 2. *cap.* 16. *numer.* 1. Flores de Mena *variar. libr.* 1. *quæſtion.* 10. *numer.* 26. & 40. Ricc. *in praxi, variar. reſolution.* 293. §.

Ad-

Aduerte. Ludouic. Bell. *in Conſil. poſthum. conſil.* 87. *num.* 4. Petr. Murga *in quæſt. Paſtoral.* 1. *part. quæſt.* 2. *diuiſ.* 2. *numer.* 25. *vbi num.* 28. ait, hanc Epiſcopi ap-
7 probationem † eſſe idoneitatis declarationem, non iuriſdictionis collationem ex Mar. Vidal *in Arca Vital. titul. de iuriſdict. requiſit.* 2. *num.* 12. Thom. Delbene *de immunitat. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 18. *ſect.* 11. *à num.* 38. Verum hoc falſum eſſe ex traditis *Cap.* 64. *à num.* 49. *& alibi*, apertè liquet; adde verba Eugenij Papæ III. *infra hoc capite adducta num.* 14. ibi: *Quibus, ſi idonei fuerint, animarum curam committere debeat*, eumdem Murga 3. *part. quæſt.* 17. *à num.* 10. Vbi quamdam Pij V. in hanc rem conſtitutionem ad literam refert, diligentiſsimus & eruditus Don Hypolit. de Samper *en ſu Monteſa Iluſtrada* 3. *part. num.* 430. *& ſeq.* qui propriè intelligendus eſt de ea adminiſtratione, quam retulimus *ſupr. Cap.* 51. *num.* 64. *& ſeqq.* iterum Barboſ. *in dict. cap.* 1. *de Capell. Monachor. num.* 1. *&* 2. vbi in hoc citat Angel. verbo *Monachus num.* 5. Armill. eodem verbo *num.* 6. Tabien. *numer.* 4. *quæſt.* 3. *in fin.* Sylveſt. verbo *Religio* 7. *quæſt.* 7. & alios; addit que, Abbatem Panormitanum materiam iſtam latè diſputare, & inſudare *in dict. cap.* 1. ad ipſius rationem reddendam; videtur † enim rationi diſſonare,
8 vt cum Monaſterium non habet populum, poſsit Regularis eſſe Parochus, non autem cum illum habet; cum magis repugnet Regulari inſtituto in priori caſu, quam in poſteriori; quippè in priori oportet Monaſterium egredi, non vero in poſteriori, & concurrit animarum fauor, & maior Monaſterij obligatio ad illi proſpiciendum, aitque illum concludere, textum præfatum loqui ſecundum iura antiqua & conſiderato mero Regularium ſtatu; Anaſtaſ. Germon. *ad eum titulum de Capell. Monachor. & d. Bulla Pij V. dict. §.* 5. in illis verbis: *Poſſint à Superioribus dictorum Monaſteriorum nominari, ex ipſis Mendicantibus, &c.*

Vrbani III. relatæ deciſioni conſonat ea, quam primo Vrbanus II. pro-
9 mulgauit in Concilio † Claromontano *anno* 1095. *§.* 4. per hæc verba: *Sanè, quia Monachorum quidam Epiſcopis ius ſuum auferre contendunt, ſtatuimus ne in Parochialibus Eccleſijs, quas tenent, abſque Epiſcoporum conſilio Preſbyteros collocent, ſed Epiſcopi Parochiæ curam cum Abbatum conſenſu Sacerdoti committant, vt huiuſmodi Sacerdotes de plebis quidem cura Epiſcopo rationem reddant; Abbati vero pro rebus temporalibus ad Monaſterium pertinentibus, debitam ſubiectionem exhibeant; ſic cuique ſua iura ſeruentur*; refertur à Stephano Baluzio *in addit. ad Petrum de Marca in concord. Sacerdotij & Imperij lib.* 6. *cap.* 31. *in fin.*

Hic Canon deinde innouatus fuit à Calixto II. in Concilio Lateranenſi † *anno* 1122. habito, *in fin. §.* 16. 10
illic: *In Eccleſijs vero, quibus miniſtrare noſcuntur* (Monachi), *Preſbyteros non niſi per manum ſui Epiſcopi habeant; qui ei de ſuſcepta animarum cura reſpondeant*; tradidit Baluzius *in dictis additionibus lib.* 8. *cap.* 21. *in fin.* vbi illud vulgauit Concilium; qui itidem *in notis ad dict. §.* 4. Concilij Claramontani Epiſtolas quaſdam Eugenij Papæ III. adducit vſque dum in lucem non editas, vt aduertit; quæ ad hanc materiam ſpectant, prefatumque Canonem cõtinent in hunc modum. *Eugenius Epiſcopus* † *ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Sancti Pontij &* 11
Craſſenſi Abbatibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Graue nimis eſt, Sedis Apoſtolicæ mandatis dura ceruice reſiſtere, & eius conſtitutiones velle in irritum reuocare. Per alia ſiquidem ſcripta ſolicitudini veſtræ mandauimus, vt excommunicatos Venerabilis Fratris noſtri Petri Narbonenſis Archiepiſcopi nequaquam ſuſcipere tis, & de ſubſtinendis Sacerdotibus in Parochialibus veſtris Eccleſijs, quas in Prouincia ipſius habetis, decretum prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Vrbani Papæ firmiter ſeruaretis; quod nimirum tale eſt. Sanè quia
† Monachorum quidam Epiſcopis ius 12
ſuum auferre contendunt, ſtatuimus, ne in Parochialibus Eccleſijs quas tenent, abſque conſilio Epiſcoporum Presbyteros collocent; ſed Epiſcopi Parochiæ curam cum Abbatum conſenſu Sacerdoti committant, vt huiuſmodi Sacerdotes de plebis quidẽ cura Epiſcopis reſpondeant; Abbati vero pro rebus temporalibus ad Monaſterium pertinẽtibus debitam ſubiectionem exhibeant, & ſic ſua cuique iura ſerventur: *Vos vero, ſicut ex iterata ipſius Fratris noſtri conqueſtione accepimus, neque ipſius interdictum, neque decretum ipſum ſeruare vllatenus voluiſtis. Per iterata itaque vobis ſcripta manda-*

mus, & mandando præcipimus, quatenus & à conſortio excommunicatorum memorati Fratris noſtri omnino obtineatis, & in veſtris Eccleſijs, quas in eius Epiſcopatu habetis, abſque ipſius conſenſu Preſbyteros minimè collocetis; alioquin nos & ipſos Presbyteros excommuvicandi, & Eccleſias interdicendi ei auctoritatem conceſſimus. Data Romæ apud S. Petrum iv. *idus Maij.* Literæ autem ad eoſdem Abbates miſſæ, quarum in præcedenti Epiſtola mentionem fecit Eugenius Papa, hæ ſunt.

13 ¶ *Eugenius Epiſcopus † Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Sancti Pontij & Craßenſi Abbatibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex conqueſtione Venerabilis Fratris noſtri Petri Narbonenſis Archiepiſcopi, & Canonicorum Eccleſiæ ſuæ accepimus, quod in Eccleſijs, quas in eius Epiſcopatu tenetis, Capellanos abſque ſcientia eorum ponatis, & ab eis excommunicatos in vita & in morte recipitis, quod & rationi contrarium, & Sanctorum Patrum Decretis omnino aduerſum eſſe dignoſcitur. Quia ergo tantæ præſumptionis exceßum diſſimulare non poſſumus, nec debemus; per præſentia vobis ſcripta mandamus, quatenus eorum excommunicatos de cætero nullatenus recipiatis, & de ſubſtituendis Preſbyteris in Parochialibus veſtris Eccleſijs, quas in eodem Epiſcopatu habetis, prædeceſſoris noſtri Sanctæ memoriæ Vrbani Papæ conſtitutum firmiter teneatis; vt videlicet* 14 † *vos ipſi Presbyteros eligatis, & prædicto Archiepiſcopo præſentetis, quibus, ſi idonei fuerint, animarum curam committere debeat; vt de plebis cura ei reſpondeant; vobis vero pro rebus temporalibus debitam ſubiectionem exhibeant. Videte itaque, vt hoc mandatum noſtrum ita efficere ſtudeatis, ne iteratus clamor ex inde ad aures noſtras debeat peruenire. Datum Ferentini* iij. *idus Aprilis.*

Eodem die, quo hęc prior Eugenij Epiſtola Abbatibus præfatis directa fuit, ſcripta eſt alia ad vniuerſos Monachos, per Epiſcopatum Narbonenſem conſtitutos, qua Pontifex Maximus Canonem Vrbani II. iam adductum obſervari iubet, ita:

51 ¶ *Eugenius Epiſcopus † Seruus Seruorum Dei. Dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs Monachis, per Epiſcopatum Narbonenſem conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam quidam Monachorum Epiſcopis ius ſuum auferre contendunt, à venerabilis memoriæ Vrbano prædeceſſore noſtro in Aluernenſi Concilio ſtatutum eſt, ne in Parochialibus Eccleſijs, quas tenent, abſque conſilio Epiſcoporum Presbyteros collocent, ſed Epiſcopi Parochiæ curam Abbatum conſenſu Sacerdoti committant, vt huiuſmodi Sacerdotes de plebis quidem cura Epiſcopis rationem reddant; Abbati vero pro rebus temporalibus ad Monaſterium pertinentibus, debitam ſubiectionem exhibeant. Quia ergo iuſtitiæ ac rationis ordo ſuadet, vt qui † à* 16 *ſucceſſoribus ſua deſiderat mandata ſeu inſtituta ſeruari, deceßoris ſui voluntatem & ſtatuta cuſtodiat, per præſentia vobis ſcripta mandamus, quatenus Presbyteros, quos in Parochialibus veſtris Eccleſijs collocatis Venerabili Fratri noſtro Petro Narbonenſi Archiepiſcopo præſentetis, vt ſi idonei fuerint, animarum curam ſicut ſtatutum eſt, ab eo ſuſcipiant, &c.* Alia notatu digna *ibidem* tradidit Baluzius, quem videas.

Itaque ex hucvſque adductis *in præſenti & ſuperiori Capitibus*, apparet ac neceſſario ſequitur, Regulares quoſcumque curam animarum perſonarum ſecularium minimè poſſe obtinere, niſi primo in eorum perſonas examen ab Epiſcopo loci; vel eius Vicario fuerit peractum; dicit enim Sancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 7. cap. 13. de Reformat.* Regulares, vel alios ad animarum curam admitti non poſſe: *Niſi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti, & dict. ſeſſ. 25. cap. 11. Niſi de Epiſcopi conſenſu, ac præuio examine per eum, aut per eius Vicarium faciendo.* Bulla Clem. VIII. tradita *ſupra Cap. 53. num. 45. Niſi prius fuerint approbati.* Bulla Greg. XV. *ſuperiori Capite* tradita *numer. 9.*

Vnde examinis & approbationis neceſsitas per dictionem † *Niſi* iniuncta 17 eſt; quæ ad futurum relata tempus, vt in præfatis iuribus, conditionem omnino importat, ſpecifice adimplendam, *l. In teſtamento* 27. illic: *Niſi factum eſſet, hæredes magna pecunia mulctarentur. l. Quibus diebus* 40. *§. Quidam Titio, ff. de condition. & demonſtration.* ibi: *Nihil interſit, vtrum ita ſcribatur, quas pecunias cuique legauit eas hæres meus, ſi mater mea moriatur, dato; an ita: Niſi mater mea moriatur, ne dato; vtrobique enim ſub conditione datum vel ademptum eſſe legatum. l. 2. ff. de in diem addiction. Sin autem*

tem (inquit) *hoc actum est, vt perficiatur emptio, nisi melior conditio afferatur, erit emptio conditionalis. l. 2. §. Si in diem. ff. pro emptor. l. 1. §. Inde scribit Neratius, ff. depositi.* illic: *Nec debere absolui, nisi restituat. l. Fideicommissa* 11. *§. Si fideicommissum. ff. de legat.* 3. *gloss. in dict. l.* 2. *de in diem ad diction.* verbo *Conditionalis*, Barthol. *in dict. §. Sic fideicommissum. & in l.* 1. *num.* 10. *& in dict. l. Quibus diebus* 40. *§. Quidam Titio in fin.* vbi Bald. *num.* 1. *ff. de conditionib. & demonstrat.* Francisc. Molino *de ritu nuptiar. lib.* 1. *comparat.* 20. *num.* 49. Rota apud Farinac. *decis.* 167. *num.* 7. *part.* 2. *recent.* ibi: *Secundò huiusmodi dispositionem esse conditionalem & perconsequens inducere formam, desumitur ex dictione:* Nisi post adeptam possessionem, *quæ dictio iuncta actui in futurum faciendo, importat conditionem.* iunctis Roland. à Valle *cons.* 49. *num.* 14. *lib.* 3. Hieronym. Grat. *Consil.* 48. *num.* 6. *& consil.* 54. *num.* 55. *& Consil.* 138. *num.* 7. *lib.* 1. Socin. Iun. *consil.* 49. *num.* 18. *volum.* 2. *& consil.* 134. *num.* 16. *volum.* 3. Cassaneo *in consuetud. Burgund. rubric.* 1. *§.* 5. versic. *Sil nagrace, num.* 12. Vulpell. *de præpos. & adverb. signific. dict. Nisi pag.* 65. Cened. *Singular.* 23. *num.* 3. relatis à Barbos. *in dictionib. vsufrequent. dict.* 217. *numer.* 9. & post eum in specie D. Palaf. *in allegationib. iur. pro Clero Angelopolitan. alleg.* 4. *à n.* 93. *fol.* 232. *& seqq.*

Nec solum conditionalem facere orationem dictionem *Nisi* constat ex dictis;
18 verum etiam in se ipsa conditionem † præcedenti dispositioni & conditioni contrariam inducere, Barthol. *in dict. l.* 1. *num.* 11. quem refert & sequitur Socin. *consil.* 51. *num.* 9. *volum.* 1. Philipp. Corn. *consil.* 113. *liter. B. vol.* 4. Dec. *in l.* 2. *num.* 5. *in prima lectura*, & clarius in secunda, post alios *ibi* relatos, *ff. si certum petatur*, Ossasc. *decis.* 145. *n.* 5. *in princ.* iuncto *fin.* Anton. Monach. *decis. Lucens.* 67. *n.* 35. Barbos. *d. n.* 9.

19 Item inducit & importat formam † necessariam & substantialem Barthol. *dict. num.* 10. & alij iam *citati*, Dec. *consil.* 532. *num.* 2. Ancharran. *consil.* 242. *in fin.* Grat. *consil.* 15. *num.* 15. *lib.* 1. Cened. *dict. singul.* 23. *num.* 6. Ossasc. *decis.* 174. *num.* 2. Barbos. *vbi proximè num.* 10. Mar. Antonin. Maceratens. *variar. lib.* 1. *resolut. vltim. cas.* 32. versic. *Pro Episcopo in fin.*

Quæ debet omnino impleri & obseruari; omnis enim forma † in specie, & 20
ad vnguem est seruanda & admittenda *l. Qui hæredi* 44. *l. Mœuius* 55. *ff. de condit. & demonstrat. l. Hæc venditio* 7. *in princip. ff. de contr. empt. l. Si conditione* 16. *de condit. indebit. l. Bouem* 43. *§. Si sub conditione. ff. de Ædilit. edict. l. Si pupilli* 6. *§. Videamus. ff. de negot. gest. l. Nam postea* 9. *in princip. ff. de iure iur. l. Grege* 13. *§. Si sub conditione. ff. de pignorib. l. Promittendo* 42. *§. Si à debitore, ff. de iur. dot. l. Fulcinius* 7. *§. Si in diem, ff. quib. ex caus. in posses. eatur. l. Si mater* 11. *§. Eadem*, versic. *Et ideò si fortè. ff. de except. rei iudic. l. Hoc iure* 10. *ff. de verbor. obligat. cap. Cum Ioannes* 10. *de fid. instrum.* vbi Imol. *not.* 1. *l. vnica, §. Sin autem. Cod. de caduc. tollend.* Barthol. *in l. Instar num.* 7. vbi Rebuf. *num.* 2. *C. de iur. Fisc. lib.* 10. Bald. *in Authent. cessante Cod. quomod. & quand. Iudex, & in cap. Ex literis de constitut. & in l. Certi conditio §. Quoniam. col.* 4. versic. *Pone quod. ff. Si certum petatur, & in cap. Cum adeò num.* 5. *de rescript. & in l. Comparationes, oppos.* 3. *Cod. de fid. instrum.* Dec. *consil.* 90. *& cons.* 262. *num.* 4. Angel. & Socin. *in l.* 1. *ff. de liber. & posthum.* vbi Iass. *num.* 7. 18. *& seq.* Roland. *consil.* 33. *num.* 3. *& consil.* 43. *num.* 13. *lib.* 2. Becius *consil.* 12. *à num.* 29. Aldobrand. *consil.* 1. *num.* 263. Nata *Consil.* 162. *à n.* 7 D. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 37. *& cap.* 7. *num.* 3. *cap.* 12. *num.* 4. Paris. *consil.* 89. *num.* 17. *lib.* 1. Socin. *consil.* 25. *num.* 3. *lib.* 4. Gutierr. *de iuram. confirm.* 3. *part. cap.* 7. *num.* 1. *& practicar. lib.* 3. *quæst.* 15. *num.* 13. Mieres *de maiorat.* 4. *part. quæst.* 20. *num.* 178. Farinac. *in fragment.* 2. *part.* verbo *Forma.* Donell. *in rubric. Cod. de institut. & substitut. & in l.* 1. *à num.* 1. *vsque ad num.* 12. Iacob. Cuiac. *in l. Cedere diem. ff. de verbor. signific.* Galganet. *in collectan. ad titul. ff. de condit. & demonstrat.* 2. *part. cap.* 1. *quæst.* 4. *à num.* 1. *& quæst.* 8. Gonçalez *ad Regul. octau. Cancellar. gloss.* 4. *num.* 137. Pyrrh. Corrad. *in prax. dispensat. Apostolicar. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 19. *& lib.* 9. *cap.* 5. *à n.* 16. *& 21.* Paz *de tenut. cap.* 33. *num.* 18. D. Castill. *controuers. lib.* 4. *cap.* 15. *à num.* 51. *& cap.* 52. *à num.* 17. *Fusar. de substit. quæst.* 434. *n.* 2. D. Valençuel. *cons.* 3. *n.* 22. Duran. *decis.* 286. *num.* 3. Peña *decis.* 710. *n.* 7. *& decis.* 872. *n.* 2. *& decis.* 1206. *à n.* 11. Alexand. Ludouis. *decis.* 258. *n.* 3. D. Vrrutigoyt. *de competent. q.* 15. *à n.* 5.

5. D. D. Hieronym. Camargo *in allegat. iur. pro Don Marcello Sauli cum Regio Fiſco ſuper erorib. in locatione Redditu um Regior. interuenientibus num.* 47. D. D. Garcia de Porras & Sylva *in allegat. iur. pro Marchione de Cañete ſuper Maioratu per Don Gutierr. de Cardenas inſtituto , cui ſubſcripſit* D. D. Ioann. Giles Pretel *num.* 385. *& ſeqq. & in allegat. iur. pro eodem Marchione cum Duce de Aueyro, ſuper Maioratu de Triaiño num.* 43. Advocati Matritenſes, Gundiſaluus Ribero, Don Ioan Oſſorio Guadalfaxara, D. Petr. de la Eſcalera Gueuara, D. D. Franciſc. Enriquez de Abilcas, & Don Ludouic. de la Palma *in allegat. iur. pro Duce Medina de las Torres cum Marchione de Leganes , ſuper ſucceſſione Comitis Ducis num.* 208. idem D. D. Ioan. Giles Pretel *in allegat. iur. pro Domna Franciſca Colon de Portugal , cum Don Petro Colon ſuper Ducatu de Veraguas num.* 75. *& ſeq.* Allegatio iuris *por la Dignidad Epiſcopal de Orenſe con el Conuento de Santa Maria de Oſſera ſobre Patronato,* de quà infra *n.* 211.

21 Quonium forma à lege introducta † & requiſita dicitur ſubſtantialis ſeu de ſubſtantia, Bald. *in l. Comparationes , oppoſ.* 3. *in fin. num.* 5. Nauarr. *Conſil.* 82. *num.* 3. *de Regular.* Mandoſ. *ad Roman. conſil.* 402. Burſat. *conſil.* 339. *num.* 14. *volum.* 3. D. Molin. *dict. cap.* 6. *num.* 50. *& dict. cap.* 7. *à num.* 3. *& cap.* 11. *num.* 14. poſt Dec. Ia. & alios, Mieres *dict. quæſt.* 20. *num.* 179. Farinac. *vbi proximè*, Cephal. *conſil.* 421. *num.* 49. *lib.* 3. Roland. *dict. conſil.* 43. *num.* 13. *lib.* 2. *& conſil.* 3. *num.* 11. *& conſil.* 30. *num.* 1. *Conſil.* 55. *num.* 26. *lib.* 3. Chriſtophor. Beſold. *conſil.* 268. *num.* 10. *lib.* 6. D. Valençuel. *conſil.* 187. *à num.* 73. Ludouiſ. *deciſ.* 470. *num.* 2. Gutierr. *dict. quæſt.* 15. *num.* 11. *& quæſt.* 30. *num.* 18. *& quæſt.* 63. *num.* 3. D. Caſtill. *de tertijs cap.* 20. *num.* 28. Ioann. Baptiſta Melior *apud Marinis allegat.* 45. *num.* 3. D. Matienç. *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop. gloſſ.* 4. D. Larrea *allegat.* 29. *num.* 24. Duard. *de cenſib.* 1. *part. §.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 13. Paz *de tenut. cap.* 2. *num.* 12. *& cap.* 45. *num.* 7. *in fin.* Pareja *vbi infra tit.* 1. *§.* 2. *num.* 14. *& tit.* 5. *reſolut.* 8. *num.* 43. *& tit.* 6. *reſolut.* 5. *num.* 14. *& reſolut.* 6. *num.* 15. datque omnino eſſe rei *l. Iulianus* 9. *§. Si quis. ff. ad exhibend. l. Diuus* 8. *ff. de in integr. reſtitut.* Tiraquell. *de retract. §.* 1. *gloſſ.* 20. *à num.* 11. Nata *conſil.* 60. *num.* 5. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 422. *num.* 7. Scobar *de ratiocin. cap.* 6. *num.* 39. *& cap.* 21. *numer.* 18. D. Valençuel. *Conſil.* 120. *num.* 32. *& d. conſ.* 187. *n.* 60. D. Giles Pretel *vbi ſupr. n.* 75.

Quod maximè apparet, † ſi à Legiſ- 22
latore ordinatè & directè quidquá addatur, & inductũ ſit; forma enim nihil aliud eſt quam quædam ordinatio *l. Obligari* 9. *§. Tutor. ff. de authorit. tutor. cap. Cum dilecta* 22. *de Reſcript.* vbi Felin. *num.* 6. verſ. *Tertium ſignum.* Barthol. & alij quos ſequitur Cephal. *dict. Conſil.* 421. *numer.* 35. *& conſ.* 438. *num.* 7. *lib.* 3. Becius *conſil.* 12. *num.* 26. Mexia *in lege Toleti part.* 12. *fundam.* 2. D. Herreros *vbi infra numer.* 15. Andreol. *controuerſ.* 24. *num.* 4. vbi ex Cephal. *dict. conſil.* 421. *num.* 5. Decian. *conſil.* 15. *numer.* 48. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 23. *num.* 163. *lib.* 1. *& conſil.* 286. *num.* 8. *lib.* 3. Roland. *conſil.* 60. *num.* 29. *lib.* 4. docet, formam eſſe † quidquid 23
eſt ſubſtantiale in re, de qua agitur; adde Bald. *in l. Quia indignus ff. de Senator.* Marc. Mant. *conſ.* 232. *n.* 11. Cephal. *vbi proximè n.* 35. Beſold. *conſ.* 154. *n.* 16. Viu. *deciſ.* 336. *n.* 19.

Vnde, omiſſa forma, aut † conditio- 24
ne illam inducente, eſt nullum quidquid aliter fit & admittitur. *Cap. Procurator* 38. *de elect. in* 6. *dict. cap. Cum dilecta* 22. *cap. Cum de non Sacerdotali* 27. *de Præbend. in* 6. *l. Cum hi* 8. *§. Si Prætor. ff. de tranſact. l. Cum contra* 4. *Cod. ſi vendito pignore. l.* 1. *Cod. de præd. Decurion. lib.* 10. *l. Si pupillorum* 7. *§. Si Prætor ff. de reb. eorum,* ibi: *Et mea fert opinio , eum qui aliud fecit, quam quod à Prætore decretum eſt , nihil egiſſe. l. Non dubium Cod. de legib. gloſſ. in Clement.* 1. *de iur. Patronat.* verbo *Inhibentes,* Bald. *in l. Humanum Cod. de legib. num.* 3. *& conſil.* 146. *in fin. volum.* 2. Felin. *dict. num.* 6. *cum ſeqq. vſque ad* 14. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 36. *gloſſ.* 2. *à num.* 26. *& in l. Si vnquam,* verbo *Reuertatur num.* 66. *Cod. de reuocand. donat. gloſſ. in dict. cap. Cum dilecta,* verſ. *Irritum,* Schrader. *de feud. tom.* 2. *part.* 10. *§.* 20. *à num.* 268. Dec. *conſil.* 232. *num.* 4. Surd. *conſil.* 318. *à num.* 10. *& conſil.* 421. *num.* 4. *& conſil.* 484. *num.* 7. Becius *Conſil.* 58. *num.* 18. D. Valençuel. *dict. conſil.* 3. *num.* 81. *& conſil.* 112. *num.* 58. *& conſil.* 120. *à num.* 34. *conſil.* 177. *à num.* 14. *& 59. & conſil.* 184. *num.* 39. *& conſ.* 187. *à num.* 62. *cum ſeqq.* Lancellot. Gallia *Conſil.* 51. *numer.* 17. Beſold. *Conſil.* 13. *à num.*

num. 113. & *conſ.* 173. *à num.* 3. & *conſ.* 234. *num.* 37. D. Molin. *dict. cap.* 7. *num.* 4. & *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 17. D. Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib.* 2. *cap.* 26. *à num.* 37. *vſque* 41. D. Matienç. *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recopil. gloſſ.* 7. *num.* 1. & *in dict. l.* 1. *tit.* 4. *gloſſ.* 4. *à num.* 12. Auendaño *de exequend. mandat.* 2. *part. cap.* 12. *num.* 2. Lara *de Anniuerſar. & Capellan. libr.* 1. *cap.* 21. *num.* 56. Mandoſ. *in regul.* 37. *quæſt.* 20. *à num.* 16. Pariſ. *de reſignat. Benefic. lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 36. Gonçalez *vbi ſupra gloſſ.* 4. *numer.* 137. & latiùs *gloſſ.* 18. *à num.* 76. Cancer. 2. *part. variar. cap.* 2. *num.* 272. D. Caſtillo *tom.* 6. *controuerſ. cap.* 149. *à numer.* 26. D. Vela *diſſertat.* 21. *num.* 35. Maſtrill. *deciſ.* 141. *num.* 4. Franch. *deciſ.* 185. *num.* 2. Oſſaſc. *deciſ.* 72. *num.* 17. & *ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 852. *num.* 28. Valaſc. *conſult.* 133. *num.* 4. Gama *deciſ.* 45. *num.* 3. Seſſe *deciſ.* 30. *num.* 10. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 53. *num.* 15. Scobar *de ratiocin. cap.* 11. *num.* 19. Camill. Cacacius *apud Marin. allegat.* 83. *num.* 24. Andreol. *controuerſ.* 24. *num.* 5. Caputaquenſ. *deciſ.* 143. *num.* 5. *part.* 3. Genuenſ. *in prax. cur. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 20. *num.* 2. Gutierr. *Canonicar. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 110. & *lib.* 3. *practicar. quæſt.* 15. *à num.* 15. D. Larrea *allegat.* 29. *num.* 23. & *allegat.* 110. *num.* 5. Cencius *de cenſib.* 2. *part. cap.* 1. *art.* 6. *num.* 12. Corrad. *dict. lib.* 8. *cap.* 6. *numer.* 21. D. Herreros *vbi infra*, D. Giles Pretel *vbi ſupra n.* 76.

25 Quod item locum habet, licet in † minimo non ſervetur, Butr. *in cap. fin. de reſtitut. ſpoliator. not.* 3. Felin. *vbi ſupr.* Dec. *in cap. Prudentiam de offic. delegat. not.* 4. Mandoſ. *in dict. regul.* 37. *quæſt.* 24. *part.* 2. Surd. *conſ.* 30. *num.* 25. *conſ.* 369. *num.* 37. *conſ.* 371. *num.* 70. & *deciſ.* 268. *num.* 8. Corrad. *dict. libr.* 9. *cap.* 5. *num.* 22. Pareja *de inſtrum. edit. dict. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 2. *num.* 13. D. Caſtill. *vbi proximè num.* 26. Barboſ. *axiom.* 100. *n.* 15. Georgius Mundius *conſ.* 3. *numer.* 110. & *conſ.* 13. *num.* 123. *vol.* 1. D. D. Franciſc. de los Herreros *in allegat. iur. cum Duarte Coronel ſobre paßaporte del Marques de Cerraluo num.* 16.

Quoniam forma ſubſtantialis eſt de
26 genere † indiuiſibilium, *l. Si veritas* 23. vbi notari ſolet, *Cod. de fideicommiſſ.* Bald. *in l. Pedius lect.* 2. *à num.* 4. *ff. de arbitr.* & *in l. Certi condictio.* §. *Quoniam num.* 6. *ff. ſi cert. petat.* Tiraquell. *de iur. mariti. gloſſ.* 6. *num.* 4. D. Molin. *dict. lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 17. Pariſ. *dict. lib.* 8. *num.* 94. Gonçal. *dict. gloſſ.* 18. *num.* 76. Farinac. *deciſ.* 30. *num.* 3. *p.* 1. *recent.* Surd. *conſ.* 282. *num.* 19. Raggius *vbi infra num.* 2. & *dub.* 141. verſ. *Nec obſtat*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 853. *num.* 28. D. Giles Pretel *vbi ſupra num.* 76. & *num.* 77. ait, in dubio formam eſſe ſubſtantialem, ex Cephal. *dict. conſ.* 421. *num.* 49. Tiraquell. *dict.* §. 36. *gloſſ.* 2. *num.* 29. Ludouic. Schrader. *vbi ſupr.* 1. *part. ſect.* 20. *num.* 270. Becius *conſ.* 66. *num.* 10. Surd. *dict. num.* 9. D. Valenç. *dict. conſ.* 187. *n.* 73. P. Caſtro Palao *tom.* 1. *moral. tract.* 3. *diſp.* 2. *punct.* 13.

Tum etiam ex alio capite probatur aſſertum *ſupra num.* 17. adductum, quoniam quando lex noua, ſtatutum, vel alia quæuis conſtitutio aliter prouidet & diſponit cum certis modificationibus, qualitatibus, & conditionibus, quam ius commune decernebat, ac obſeruabat, quidquid ibidem exprimitur & inductum eſt, pro forma † debet haberi, 27
& conſiderari ſubſtantiali, ex ſententia dict. gloſſę communiter receptæ, *in dict. Clement.* 1. *de iur. Patronat.* verbo *Inhibentes*, iunctis *dict. cap. Cum dilecta* 22. & *dict. l. Obligari* 9. §. *Tutor. ff. de authorit. tutor. l.* 1. §. *Si quis ſimpliciter ff. de verb. oblig.* ita Anchar. *conſ.* 31. & *conſ.* 241. *num.* 6. *in fin.* Paul. Caſtrenſ. *Conſ.* 184. *n.* 2. *vol.* 1. Felin. *in dict. cap. Cum delicta* 22. *num.* 6. verſ. *Tertium ſignum*, & verſic. *Nonum ſignum*, Dec. *conſ.* 262. *numer.* 4. *conſ.* 434. *num.* 1. *conſ.* 612. *num.* 2. Crauet. *Conſ.* 182. *num.* 10. Becius *conſ.* 12. *à num.* 24. *conſ.* 66. *numer.* 9. Surd. *Conſ.* 282. *num.* 6. & *deciſ.* 114. *à num.* 2. Menoch. *conſ.* 35. *à num.* 12. D. Valençuel. *conſ.* 63. *à num.* 172. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 42. *num.* 10. & *cap.* 335. *à num.* 16. Mexia *ad legem Toleti* 12. *part. fundam.* 2. Mieres *dict. quæſt.* 20. *num.* 197. D. Caſtill. *dict. tom.* 6. *cap.* 99. *num.* 10. D. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 6. *num.* 23. Ignat. del Villar *reſponſ.* 15. *in princ. n.* 3. D. D. Petr. Salced. iam in Supremo Caſtellæ Senatu Conſiliarius digniſsimus *in alleg. iur. con el Arçobiſpo de Seuilla ſobre retener en el Conſejo la taſſacion, y reduccion de Miſſas que hizo numer.* 239. quæ extat *lib.* 2. *de Leg. Politic. ſub cap.* 9. *in nou. edit.* D. Muriel. *in allegat. iur. pro Marchioniſſa de Valdeunquillo cum Comite de Fuenſalida ſuper diuiſion. bonor.*

num.

num. 130. Allegatio iuris *por la Dignidad Epiſcopal de Orenſe, y por la libertad de las Igleſias, con el Abad y Conuento Imperial de Santa Maria de Oſſera, ſobre Patronato n.* 20. cuius memini ſupra *Cap.* 53. *num.* 25.

28 Forma eadem † ſubſtantialis, & neceſſaria inducitur conditio, inſpectis Bullę Gregorij XV. verbis *ſupra Cap.* 54. *num.* 7. traditis illic: *Præuia Epiſcopi licentia & approbatione*; quæ per ablati-
29 uum abſolutum prolata † eam important neceſsitatem *l. A teſtatore* 108. *ff. de condit. & demonſtrat.* cum alijs, Philipp. Corn. *Conſil.* 188. *in fin. lib.* 2. Cephal. *Conſil.* 118. *num.* 27. *conſ.* 217. *num.* 13. *conſ.* 292. *num.* 6. Menoch. *conſ.* 693. *à num.* 16. D. Valençuel. *conſ.* 175. *num.* 48. *conſ.* 177. *num.* 96. Ioann. Baptiſt. Coſta *de reintegrat. prælud.* 3. *num.* 2. Paul. Æmil. *deciſ.* 111. *num.* 3. *deciſ.* 150. *num.* 2. *part.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 307. *num.* 1. *Cap.* 352. *num.* 7. *cap.* 939. *num.* 5. 21. & 31. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 3. *n.* 7. Cancer. 3. *part. variar. cap.* 20. *numer.* 364. Bald. Menoch. Ruin. Tiraquell. Socin. Iun. Tuſc. Pariſ. & alij *apud D. Larrea allegat.* 9. *n.* 13.

Procedunt maximè tradita, irritan-
30 tem importantibus † clauſulam, Decretis Sancti Tridentini Concilij, & Bullis Apoſtolicis Pij IV. & Pij V. ſuper præfati Concilij obſervatione, & confirmatione editis, vt notarunt Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 24. Caputaq. *deciſ.* 176. *à num.* 2. *part.* 1. iunctis Felin. *in cap. Nonnulli num.* 2. *de reſcript.* Gonçalez *vbi ſupra gloſſ.* 15. *num.* 37. D. Salgad. *de Reg. protect.* 3. *part. cap.* 9. *à num.* 45. D. Palafox *dict. allegat.* 4. *num.* 99. quæ clauſu-
31 la ex ſe importat † ſimiliter formam abſolutam, Alexand. *conſ.* 212. *lib.* 6. Auguſtin. Beroi. *conſ.* 5. *à num.* 5. *conſ.* 87. *in princ. lib.* 3. *conſ.* 105. *num.* 2. Ioann. Franciſc. Andreol. *dict. controuerſ.* 24. *num.* 5. Gabr. Pareja *vbi ſupra tit.* 5. *reſolut.* 8. *num.* 44. D. Salgad. *dict. num.* 45. ex Felin. Dec. Pariſ. Marta, Gutierr. & alijs, Raggius *vbi infra num.* 2. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 596. *numer.* 5. & 6. qui etiam docet, formam neceſſariam in-
32 duci † ex verbis prohibentibus *nullo modo aliter fieri*, quod eſt irritans decretum & mandatum, *gloſſ. in Clement.* 2. *de ætate, & qualitate.* verbo *Nullo modo.* Felin. *in cap. Ex parte num.* 7. *de conſtitut.* Alexand. Ludouiſ. *deciſ.* 384. *n. fin.* Ioann. Baptiſt. Melior *apud Marin. d. alleg.* 45. *n.* 8.

Inficitque prędictum decretum & clau-
ſula, atque annullat † titulum, poſſeſ- 33
ſionem, & quidquid aliud in contrarium fit; facitque ita aliter factum, & executum omni effectu & iuris remedio carere, *Cap. Si eo tempore* 45. *de election. in* 6. *cap.* 1. verſic. *Adijciebatur, de conceſſ. Præbend. eod. lib.* D. Couarrub. *practicar. cap.* 9. *num.* 7. Salas *de legib. tractat.* 4. *quæſt.* 96. *dub.* 16. *ſect.* 8. *ſub num.* 27. Rebuff. *in prax. Benefic. tit. de reſeruat. num.* 40. Ludouic. Gomez *in regul. de triennal. quæſt.* 49. *num.* 3. Simonet. *de reſeruat. quæſt.* 40. *à num.* 1. Mandoſ. *in regul.* 1. *Cancellar. quæſt.* 3. Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 7. *de reſtitut. ſpoliator.* Iacob. Put. *deciſ.* 50. *num.* 2. *deciſ.* 396. *lib.* 1. *deciſ.* 197. *lib.* 3. Stephan. Bertrand. *Conſil.* 142. *num.* 4. *volum.* 2. Gonçalez *ad Regul. octau. Cancellar. gloſſ.* 67. *à num.* 52. Menoch. *conſ.* 53. *num.* 3. & *conſ.* 322. *num.* 4. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 38. Garc. *de Benefic.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 27. Iacob. Raggius *de Regimin. Regular. cent.* 2. *dub.* 196. *num.* 2. cum alijs D. Salgad. *d.* 3. *p. cap.* 10. *à n.* 65. D. Palafox *vbi ſupra n.* 99.

Adeò, vt retro oculos habere † di- 34
catur, ſicque ab initio nullitatem operari, Caſſador. *deciſ.* 12. *à num.* 4. Achil. de Graſſ. *deciſ.* 385. Gomez *vbi proximè q.* 23. *num.* 4. Æneas de Falconibus *de reſeruat. quæſt.* 4. *effect.* 1. *num.* 1. Bellamer. *deciſ.* 535. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 16. *num.* 444. latè, & plenè Gonçalez *vbi ſupra gloſſ. vltim. à numer.* 11. *cum ſeqq.*

Tandem, quod examen à Sancto Tri-
dentino Concilio ad Eccleſias Parochia- 35
les obtinendas, pro forma † requiratur; ita vt alirer acquiri legitimè non valeant, docent in indiuiduo Gonçalez *vbi proximè gloſſ.* 4. *numer.* 90. Vbi Sacræ Congregationis declarationem adducit, quæ talis eſt; *Doctor, ſiue Licentiatus in Theologia, ſiue in iure Canonico, in publica Vniuerſitate graduatus, non excuſatur ab examine, quando petit prouideri de aliqua Eccleſia Parochiali.* Seſſ. Cened. Pariſ. Garc. Piaſec. Ricc. Proſper. Auguſtin. Zerol. Barboſ. D. Palafox, Lambertin. Beltramin. Paul. Fuſc. D. Solorz. Philipp. Camerat. & Simon Barboſ, quos retuli *Cap.* 31. *à n.* 24.

Quod ſatis apertè † decernit ac de- 36
terminat Bulla Sanctiſſimi Pij Papæ V. incip. *In conferendis pag.* 218. *tom.* 2. *Bullar. in §.* 3. de Eccleſijs Parochialibus

per

per concursum prouidendis loquens illic: *Tenore præsentium omnes, & singulas collationes, prouisiones, institutiones, & quasuis dispositiones Parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopis & Archiepiscopis ac quibusuis alijs collatoribus tam Ordinarijs, quàm delegatis præter, & contra formam ab eodem Concilio Tridentino præsertim IN EXAMINE per concursum faciendo præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris vel momenti fore & esse, nullumque prouisis ius aut titulum, etiam coloratum posside præbere, & Parochiales Ecclesias huiusmodi, vt prius, ante collationes huiusmodi vacabant, & nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes nostræ & Sedis Apostolicæ seu eorum, quibus ius conferendi eas, præterquam Episcopis, & Archiepiscopis qui curam dicti examinis, iuxta Decretum Concilij habere debent, cõpetet, dispositioni reseruamus.* De qua Bulla Gonçalez *vbi supra gloss.* 6. *n.* 125. Barbos. *de offic. & potest. Episcop.* 3. *part. allegat.* 60. *sub num.* 12. D. Palafox *dict. allegat.* 4. *numer.* 106. & alij passim.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* Iurisdictioni subesse *in Cap.* 11. *Concilij Tridentini sess.* 25. *de Regularib. contentum, illustratur.*

2 *Regulares omnes curam animarum exercentes, Ordinarij iurisdictioni, quoad eam, subijciuntur. & n.* 11. 35.

3 *Cap. Cum Capella* 16. *de priuileg. in hoc expenditur.*

4 *Exemptus propter Religionem, si obtineat Parochiam, Diœcesano subest.*

5 *Canonici Regulares ratione Curati Ordinarium agnoscunt.*

6 *Ius sepulturæ & funeris ab Ecclesia curata dependet.*

7 *Idem ius statuendum est in dependentibus, quod statuitur in principali.*

8 *Bulla Leonis X. in hoc expenditur.*

9 *Regulares curam exercentes visitantur ab Ordinario.*

10 *Sacræ Congregationis declaratio quoad Indias facta, adducitur. & numer.* 17.

12 *Cardinalium familiares, si sint Parochi, Diœcesano subduntur.*

13 *Regularis factus Parochus, quoad curam, ab obedientia Regulari eximitur. & n.* 14.

14 *Episcopo quoad curam tenetur obedire Regularis; in alijs Superioribus Regularibus. & n.* 19. *& seqq.*

15 *Regiæ Schedulæ hoc ipsum decidentes, referuntur.*

16 *Synodales Constitutiones Limanæ, Regia Rescripta continentes, ad hoc adducuntur. & n.* 18.

17 *Item Sacræ Congregationis declaratio.*

19 *Regulares non Parochi, Ordinarijs non subsunt; sed solum suis Prælatis Regularibus. limita vt n.* 20. 21. 28. 30. 31. 36.

22 *Regularis, qui est in Curato de licentia sui Superioris, creditur esse intra claustra. & n.* 23. 24.

25 *Concilium Tridentinum sess.* 25. *de Regular. cap.* 14. *ad hos non pertinet.*

26 *Clementis VIII. Breuia in hoc afferuntur. & n.* 27. 32.

29 *Regularis extra claustra cum licentia existens, debet quolibet anno coram Superiori se præsentare.*

33 *Regulares in Indijs ad curam animarum fuerunt admissi ob penuriam Clericorum.*

34 *Debent administrare ab Ordinario approbati.*

AR-

ARGVMENTVM.

INdiarum Regulares animarum curæ deputati, in ijs tantum, quæ ad eam; & Sacramentorum ſpectant adminiſtrationem Diœceſanis ſubſunt; non Regularibus Prælatis; in alijs vero hos ſolum agnoſcunt.

CAPVT LVI.

PEracto iam à locorum Diœceſanis Regularium pro animarum perſonarum ſæcularium cura, examine; ſecundum ea, quæ latè tradita ſunt *ſuperioribus Capitibus*; ſuccedit expoſitio alterius † verbi, in Decreto Sancti Tridentini Concilij *ſeſſ.* 25. *de Regularibus cap.* 11. contenti. In eo inquam decreuit Sancta Synodus, Regulares præfatę animarum curæ deputatos ordinariorum *iuriſdictioni* ſubeſſe ibi: *Subſint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni Epiſcopi.*

Igitur Regulares hi in omnibus, quæ ad animarum exercitium & adminiſtrationem concernunt, ab eaque dependunt quomodolibet, Epiſcoporum vel aliorum Ordinariorum iuriſdictionem † & poteſtatem agnoſcere tenentur; nihil quoad hoc ſuffragante exemptionis priuilegio, *Cap. Cum Capella* 16. *de priuileg. Cum Capella*, inquit, *Ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiuſmodi priuilegio, quod nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus in perſonas Canonicorum eiuſdem Capellæ ſuſpenſionis, vel excommunicationis, aut interdicti ſententias audeat promulgare; quidam Capellæ ſupradictæ Canonici, qui Parochiales Eccleſias à te tenent, occaſione priuilegij prælibati, in his etiam, quarum iuriſdictio ad te pertinet; ita ſe dicunt exemptos, vt quantumcumque grauiter interdum excedant, tuæ correctioni recuſant, & ſententiæ ſubiacere. Quo circa mandamus quatenus in quantum exempti ſunt eiuſdem ratione Capellæ Apoſtolicis priuilegijs deferas reuerenter, ſed in quantum* 3 *ratione* † *Parochialium Eccleſiarum, vel aliàs iuriſdictionem tuam reſpicere dignoſcetur, officij tui debitum in eoſdem liberè proſequaris.*

Philipp. Franch. *in cap.* 1. *§. Illum de verbor. ſignific. in* 6. *num.* 4. illic: *Exemptus ſecundum quid, puta* † *propter Religionem* 4 *ſeu ratione rei, ſeu loci; ſi obtineat Eccleſiam Parochialem, vel alia officia quorum adminiſtratio & regimen ſeu cognitio ad Epiſcopum ſpectat, ſi illorum ratione, vel contrahat, vel delinquat iuriſdictio contra illum ad Ordinarium ſpectabit.* Nauarr. *comment.* 2. *de Regularib. num.* 6. D. Couarrub. *practicar. cap.* 11. *num.* 5. Emman. Rodrig. *tom.* 1. *Regul. quæſt.* 34. *art.* 6. *& quæſt.* 36. *art.* 4. Vgolin. *de poteſtat. Epiſcop. cap.* 20. *num.* 4. Mar. Antonin. Maceratenſ. *variar. libr.* 1. *reſolut.* 112. *caſ.* 50. *circa fin.* Vener. *in examin. Epiſcopor. cap.* 11. *num.* 2. Campanil. *in diuerſor. iur. Canon. rubric.* 12. *cap.* 13. *n.* 51. Piaſec. *in prax. Epiſcop.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 40. Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſiaſt. deciſ.* 736. Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt.* 2. *part. cap.* 18. *num.* 105. Frat. Paulin. Bertus *in prax. crimin. Regular. tit.* 4. *cap.* 29. *num.* 46. Cochier. *de iuriſdict. in exempt.* 2. *part. quæſt.* 45. *num.* 6. *tom.* 1. P. Sanchez *in Decalog. libr.* 6. *cap.* 6. *num.* 36. *& conſilior. moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 25. *circa fin.* Hercul. Mareſc. *variar. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 127. Paul. Fuſc. *de Viſit. lib.* 2. *cap.* 16. D. Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib.* 3. *cap.* 17. *à num.* 51. *cum ſeqq.* Monet. *de conſeruator. cap.* 6. *à num.* 51. Cardinal. Seraphin. *deciſ.* 1058. *num.* 5. Vbi dicit ita pluries declaratum, *& deciſ.* 1067. *à num.* 1. Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 74. *num.* 20. *& de Paroch. cap.* 2. *num.* 152. *& in Clement.* 1. *numer.* 10. *de ſtatu Monachor. & in Summ. deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 638. *num. fin.* D. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ.* 2. *part. cap.* 15. *à num.* 3. *&* 17. D. Villarroel. *en el Gouiern.*

Eccle-

Eccleſiaſtico quæſt. 6. artic. 1. & 2. D. Palafox *in allegationib. iuris pro Clero Angelopolitano allegat. 4. à num. 108. & in defenſ. Canonic. contra Patres Ieſuitas 6. part. à numer. 71.* Gauant. *vbi infra num. 10. & 13.* Gabriel. à Sanct. Vincent. *de cenſur. diſput. 1. num. 379.* P. Quintanaduenas *tom. 2. ſingular. tractat. 7. ſingul. 9.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 7. numer. 46. & tom. 3. diſput. 5. quæſt. 11. à numer. 45.* Pat. Pellizzar. *in Manual. Regular. tractat. 5. cap. 11. numer. 7. & tractat. 8. cap. 4. numer. 116.* Tondut. *reſolut. Benefic. 1. part. cap. 42. à num. 1.*

Vbi *num. 2.* ait ex Mar. Antonin. vbi proximè: *Canonicum Regularem & Curatum ſimul, ſuppoſitum* † *eſſe iuriſdictioni Epiſcopi, & puniendum eſſe ab ipſo, eo quod* 5 *præmonitus noluit proficiſci cum Cruce ad Eccleſiam Cathedralem, vt deduceret Crucem Capituli ad locum, ad quem eundum erat, iuxta Conſtitutionem Synodalem; quia agebatur de iure ſepulturæ & funeris, quod* † 6 *dependebat ab Eccleſia curata; vnde idem ius* † 7 *ſtatuendum aſſerit, in dependentibus, quod in principali: ergo multo magis poteſt Epiſcopus procedere contra Canonicum Regularem, curam exercentem; qui in ſua Parochia reſidere recuſabat;* ita Tondut. adde tradita *ſupr. Cap. 51. à numer. 10. & 37.* P. Bauny *Theolog. moral. part. 4. diſp. 3.* verſ. *Secundo.*

Huc ſpectat Bulla Leon. Papæ X. incip. *Dum intra, in ſeſſ. 11. Concil. Lateranenſ.* relata *tom. 9. Concilior. pag. 155. & tom. 1. Bullar. pag. 587. §. 3.* in illis verbis 8 : *Sacro* † *approbante Concilio ſtatuimus, & ordinamus, quod Epiſcopi, & eorum Superiores, & alij Prælati præfati Parochiales Eccleſias ad eoſdem Fratres, ratione locorum ſuorum legitimè ſpectantes, quoad ea quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conſeruationem, adminiſtrationemque pertinent; ſine tamen Viſitatorum inſolito grauamine, vel impenſa; viſitare & illarum curam gerentes & circa illam* † 9 *delinquentes, ſi Religioſi fuerint, iuxta ipſius Ordinis Regularia inſtituta, intra ſepta Regularis loci; ſæculares vero Presbyteros & Fratres huiuſmodi Beneficia obtinentes liberè, tanquam ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, punire.* Bulla Gregor. XV. *ſupra Cap. 54. num. 2.* tradita *§. 2. 4. 5. & 6. à num. 4. cum ſeqq.*

Nouiſſimè, inſtante Illuſtriſſim. Archiepiſcopo Limenſi Dom. Don Ferdinando Arias Vgarte, Sacra Cardinalium Concil. Congregatio *in Liman. 18. Septembris* 1625. (vel *anno* 1629. ſecundum Dom. Palafox *vbi infra*) reſpondit, Indiarum Epiſcopos, & Ordinarios in Regulares † animarum perſonarum ſæcularium curam habentes, eamdem exercere poſſe poteſtatem, quam in Clericos ſæculares, ibi: *Ad quartum; In Regulares curam animarum perſonarum ſæcularium agentes in his, quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, Epiſcopum eadem authoritate vti poſſe, quam in Parochos ſæculares.* De hac declaratione agunt Sell. *in ſelect. Canonic. cap. 3. numer. 97.* Barboſ. *in Summ. deciſion. Apoſtolic. collectan. 297. numer. 11.* Dom. Palafox *in dict. allegat. 4. numer. 75.* Vbi refert, hanc declarationem in Supremo Indiarum Conſilio fuiſſe viſam *ann. 1631.* fac. D. Solorzan. *dict. lib. 3. cap. 17. num. 65. in princ.*

Vnde liquet iam certam concluſionem & aſſertionem ſtatuere, Regularem † & exemptum aliàs, ratione curæ animarum, & officij Parochi; eo durante, in his, quæ ad præfatam ſpectant curam Ordinario ſeu Epiſcopo loci ſubijci, vt conſtat ex iam allatis; & notarunt Nauarr. *conſil. 19. numer. 9. de Cleric. non reſident. part. 2.* Calderin. *Conſil. 14. de for. competent.* Capic. *deciſion. 59. numer. 2.* Briſſon. verbo *Exemptio column. 7.* iunctis *l. vnic. Cod. in quibus cauſ. milit. for. præſcript. non vtantur*, vbi Caſtrenſ. *Authentic. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. Nolumus in fin. l. 2. Cod. vbi quis de Curial. vel cohortal.* Etiam ſi ſint † Cardinalium familiares, Nauarr. *Conſil. 9. de iure iurand.* Abb. *in cap. Dilecti filij de for. competent. numer. 9.* verſic. *Nota.* Calderin. *conſil. 4. & 13. eodem titul.* Cochier. *dict. quæſt. 45. num. 7.* Rot. *deciſ. 702. num. 1. part. 1. diuerſ.* D. Palafox *vbi ſupra num. 112.*

Ex quibus etiam ſequitur, & infertur, Regularem factum Parochum in his quæ ad curam animarum pertinent, † ab obedientia ſui Superioris Regularis eximi, & ſubijci omnino Epiſcopi, ſeu loci Diœceſani iuriſdictioni, vt patet *ex dict. cap.*

Cum Capella 16. *& dict. cap.* 11. *Concilij Tridentini l.* 26. *tit.* 7. *p.* 1. vbi D. Gregor. Lopez *gloſſ.* 1. *&* 4. gloſſ. *in dict. Clementin.* 1. *§. Ad hæc*, verbo *Ad clauſtrum.* D. Solorzan. *dict. cap.* 17. *à num.* 47. Nauarr. P. Sanchez, Monet. Francus, D. Couarrub. Cochier, Capic. Calderin. Piaſec. Rodrig. *locis vbi ſupra*, Alexand. Sperell. *deciſ.* 2. *num.* 83. Barboſ. *in dict. Clementin.* 1. *de ſtatu Monachor. num.* 10. *&* 11. *& locis relatis.* Didac. de la Mota *in tractat. de confirmat. Ordin. Milit. S. Iacob. lib.* 2. *§.* 19. *num.* 19. Murga *in quæſt. Paſtoral.* 1. *part. quæſt.* 2. *diuiſ.* 1. *à num.* 12. *&* 49. addit Rodriguez *dict. quæſt.* 34. *art.* 6. Regularem teneri obedire magis Epiſcopo † in his, quæ ad diſciplinam ſpectant Eccleſiaſticam, quam Abbati & Superiori Regulari; licet ſecus in his, quæ ad Regulas Religionis pertinent, ex D. Thom. *in* 2. *diſtinct.* 44. *in vltim. dub. lit. ad* 2. docet P. Suarez *de legib. lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 6. P. Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 142. Cochier. *ad Regul.* 65. *Cancellar. num.* 13. D. Valençuel. *conſil.* 43. *num.* 31. Pat. Pellizzar. *in Manual. Regular. tractat.* 4. *cap.* 114. *& dict. tractat.* 8. *cap.* 4. *num.* 117. *in fin.* D. Palafox *in defenſ. Canonic. part.* 6. *à num.* 71. *& dict. allegat.* 4. *à num.* 108. Apud Nos paſsim decidunt Schedulæ Regiæ, Doctrinarios Regulares in his, quæ ad officium Parochi ſpectant, Epiſcopis, & alijs lo- 14 corum Ordinarijs † eſſe ſubiectos, quemadmodum exprimunt illæ omnes contentæ in generali Regij iuris Patronatus *anni* 1654. relata *infra Cap.* 63. 15

De alijs Reſcriptis Regijs memoriam agunt Conſtitutiones Synodales Archiepiſcopatus Regum *anno* 1613. factę, *in titul. de Conſtitution. Cap.* 1. *fol.* 8. illic: *Y los dichos † Curas Regularos eſtaràn aduertidos de la obligacion que tienen à cumplirlas; por no eſtar exemptos de nueſtra iuriſdiccion, en quanto à ſus oficios de tales Curas, conforme à derecho, y à la declaracion † de los Illuſtriſſimos Cardenales, hecha con autoridad Apoſtolica, de que agora de nueuo ſe nos ha embiado vna copia autorizada, por orden de ſu Mageſtad, y de ſu Real Conſejo de las Indias. Demàs de auerſeles ordenado y encargado aſsi, por las Cedulas Reales que ſu Mageſtad ha deſpachado en eſta razon. & titul. de Offic. Viſitator. cap.* 25. *fol.* 34. vbi ita: *Como quiera † que el Rey nueſtro Señor por dos Reales cedulas, dadas el año de* 1603. *y demàs de eſto aora nueuamente ſe nos han remitido, por Orden de el Real Conſejo de las Indias vnas declaraciones de los Illuſtriſsimos Cardenales, hechas con autoridad Apoſtolicas, è inſertas en vn executorial en forma de Breue, con vn ſello pendiente, en que ſe declara, que podemos viſitar, corregir y caſtigar à los Religioſos, que eſtàn en las Doctrinas en las coſas, &c.* 16 17 18

Hæc tamen, quæ tradita & fundata ſunt, procedunt ſolum reſpectu Regularium, curam animarum perſonarum ſecularium habentium; nam † alij extra hanc curam exiſtentes Epiſcopis, & Ordinarijs locorum regulariter non ſubſunt; niſi in adminiſtratione Sacramentorum delinquant; eo enim caſu Epiſcoporum iuriſdictioni in illa materia † ſubijciuntur, ita declarauit Sacra Congregatio *die* 6. *Februarij* 1627. per hæc verba: *Sacra Congregatio cenſuit, Conſtitutionem hanc* (Gregor. XV. *ſupra dict. Cap.* 54. relatam *à num.* 2.) *nequaquam ſubijcere Regulares exemptos, quibus cura animarum perſonarum ſæcularium non incumbit Epiſcoporum iuriſdictioni, in ijs quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, niſi cum in Sacramentis, perſonis ſæcularibus adminiſtrandis ijdem Regulares delinquunt.* De qua tractant Bellet. *diſquiſit. Clerical.* 2. *part. titul. pœn. Clericor. §.* 31. *numer.* 6. Barthol. Gauant. *in Manual. Epiſcopor.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis num.* 15. Aldan. *in compend. Canon reſolut. lib.* 2. *titul.* 8. *num.* 40. Rodrig. *tom.* 1. *Regular. dict. quæſt.* 36. *artic.* 4. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſito* 11. *num.* 46. Barboſ. *ad Tridentin. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 11. *num.* 5. *&* 19. P. Verriceli. *tom.* 1. *tractat.* 8. *quæſt.* 48. *in fin.* P. Auendañ. *in Theſaur. Indic. in addition. ad* 2. *tom. numer.* 20. 19 20

In alijs vero Parochi Regulares ſi delinquant, à ſuis Regularibus Superioribus ſint corrigendi † & puniendi; ita deciſum à Sacra Congregatione referunt Aloyſ. Ricc. *in prax. rerum for. Eccleſiaſt. deciſ.* 736. *numer.* 2. aliàs *reſolut.* 513. *&* *reſolut.* 532. Galet. *in Margarit. caſuum conſcient.* verbo *Parochus* 3. D. Larrea *deciſ.* 98. *num.* 64. *ad med.* Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop. dict. allegation.* 74. *numer.* 21. *& in dict. cap.* 11. *Concil. Tridentin. numer.* 21. Tambur. *de iur. Abbat. dict. tom.* 3. 21

diſ-

diſputat. 5. quæſt. 11. num. 46. P. Sanchez *Conſilior. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 4. in fin.* vbi ex Henriq. *lib. 7. de indulgent. cap. 24. num. 2. in commento lit. O. & cap. 25. numer. 11.* refert,
22 exemptum † delinquentem, qui eſt in curato de licentia Superioris, non poſſe ab Epiſcopo puniri; quia cum ſit ibi
23 de Superioris licentia, reputatur † eſſe intra Monaſterium; quæ accipe iuxta *Superius* tradita, quando eſt in Curato, Parochi officio non fungens.

Ita ſimiliter in eodem, quoad hoc & alia degere creduntur, qui prędicationis, confeſsionis, beneficij, eleemoſynarumve
24 † cauſa, de Superiorum conſenſu abſunt, Rodrig. *tom. 2. Regular. quæſt. artic. 8. verſic. Aduertendum.*
25 Ad hos enim † Tridentin. *ſeſſ. 25. cap. 14. de Regular.* non pertinet, Ciarlin. *controuerſ. lib. 1. cap. 50. numer. 4.* P. Sanchez *vbi proximè*, Sperell. *dict. deciſ. 2. num. 107.* Laurent. Peyrin. *tom. 1. priuileg. Minimor. in conſtitut. 2. Sixt. IV. §. 11. num. 29.* Lezan. *tom. 1. quæſt. Regular. part. 1. cap. 11. ſub numer. 10.* Barboſ. *vbi infra*, qui de Indicis Regularibus loquitur, D. Solorzan. *dict. libr. 3. cap. 16. num. 63.* Vbi Breue Clement. VIII. *anno 1600.* expeditum tradidit, quo declaratum fuit, Regula-
26 res † Indorum Doctrinis intentos, tanquam intra clauſtra iudicandos; & iterum *Cap. 18. num. fin.* vbi aliud Apoſtolicum Reſcriptum adducit, ab eodem Summo Pontifice *anno 1595.* indultum, pro occupatis in Indiarum Miſsionibus, (de quibus D. Palafox *in allegat. iur. allegat. 4. num. 65.* Frat. Franciſc. Herrera *in allegat. iur. pro exemption. Religion. fol. 8. & 9.*) quæ quia particularia, nec paſsim obvia, ad literam refero. Tale eſt hoc vltimum.

Clemens VIII. Dilecti filij, ſalutem &
27 *Apoſtolicam* † *benedictionem, quamquam vos ſicut exponi nobis feciſtis, ad prædicandum Sacroſanctum Dei Euangelium, & viam veritatis & ſalutis demonſtrandum, in dies à veſtris Prælatis & Superioribus deputati exiſtatis, vobiſque Prouincialis, ſub cuius obedientia viuitis, aſsignatus ſit; nihilominus Prælati Conuentus, vbi degitis, & Epiſcopi iſtarum partium prætendunt, vos extra clauſtra exiſtere, & vt tales adiudicandos ſore in rebus, à Concilio Tridentino expoſitis, in notorium veſtrum grauamen. Nos quietũ & ſta-*

tui veſtro hac in parte conſulere cupientes ac de præmiſsis ex relatione dilecti filij noſtri Hieronymi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Matthæi nuncupati, plenè informati harum ſerie decernimus vos ad præmiſſa obeunda à Prælatis veſtris deputatos, & ſub obedientia veſtri Prouincialis viuentes, reputandos eſſe, tanquam Religioſos viuentes intra clauſtra, & ſub obedientia veſtrorum Prælatorum, ac propterea non eſſe ab Ordinarijs moleſtandos, niſi in caſibus † *in dicto Concilio reſeruatis* 28 *; dummodo quolibet* † *anno vos coram* 29 *veſtris Superioribus præſentetis, & innouationem licentiarum obtineatis, ſicque per quoſcumque* † *Iudices & Commiſſarios* 30 *quauis authoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & authoritate, vbique iudicari; nec non irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes dictis Ordinarijs ſub indignationis noſtræ pœnæ per quemlibet contra facientem, eo ipſo incurrenda, nec vos aut aliquem veſtrum præmiſſa peragentes, niſi in caſibus* † *à* 31 *Sacro Concilio Tridentino reſeruatis quoquomodo moleſtare, perturbare, aut inquietare audeant, ſeu præſumant; necnon Priori Sancti Dominici, & Prouinciali Sancti Auguſtini, ac Commendatori Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Monaſteriorum Ciuitatis Regum vel Cuzqui & de Quito, quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, non permittant vobis ab ipſis Ordinarijs ſeu quibuſvis alijs contra præſentium tenorem moleſtari; Contradictores quoslibet & rebelles, & præmiſsis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis: Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ordinis, & Prouinciarum huiuſmodi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis & literis Apoſtolicis, in contrarium quomodolibet conceſsis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſsis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæ-*

teris contrarijs quibuſcumque. Cæterum, quia difficilè foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, vbi neceſſè fuerit, deferri; volumus, & ſimiliter dicta authoritate decernimus, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis & manu alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, obſignatis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ atque oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 9. Maij 1595. Pontificatus noſtri anno 4. M. Veſtrius Barbianus. De hoc Breui agit Barboſ. *in Summ. deciſionum Apoſtolicar. collectan. 638. num. 2.* Rodr. *quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 35. artic. 1.*

32 Aliud Reſcriptum Apoſtolicarum † ita ſe habet: *Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Religioſorum quorumcumque, qui ad ſalutem animarum Chriſti Fidelium procurandam fidelem operam præſtant, proſpero & tranquillo ſtatui libenter conſulimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum itaque in partibus Indiarum multi Fratres Ordinis Minorum de Obſeruantia Sancti Franciſci, ad Indos nouiter ad Fidem conuerſos Chriſtianam Doctrinam edocendos, eorumque curam animarum exercendam, ob pe-*
33 *nuriam Sacerdotum † ſæcularium, ex Apoſtolicæ Sedis ſpeciali indulto deputari ſoleant, qui ab eorum Superioribus nominati, & à locorum Ordinarijs, ſeu eorum Of-*
34 *ficialibus † approbati prius fuerint. Cumque ſicut accepimus, Fratres ſic ad curam animarum deputati, licet extra clauſtra in locis, in quibus pro tali adminiſtratione deputantur, morentur; nihilominus certis cuiuſque hebdomadæ diebus ad Conuentus, quos in locis principalibus habent accedere debeant, & Commiſſarios Generales, alioſque Superiores, quibus ſubſunt & obediunt, & à quibus viſitantur, habeant; ita vt extra clauſtra Religionis morari minimè dici poſſint. Nos eorum quieti & tranquillitati proſpicere volentes, ex voto Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper conſultationibus, & negotijs Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum, Fratres prædictos Ordinis Minorum de Obſeruantia, ad animarum curam exercendam, vt præfertur, deputatos, in concernentibus curam animarum, Ordinario † loci ſubeſſe; in reliquis ve-* 35
ro non Ordinario loci, ſed ſuis Superioribus † ſubiectos remanere, de quorum li- 36
centia extra clauſtra degunt; ſicque ab omnibus cenſeri, ac ita per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos iudicari & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quocumque, quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus & declaramus: Quocirca quibuſcumque locorum Ordinarijs in Indiarum partibus conſtitutis per præſentes committimus & mandamus, ne Fratres prædictos contra præſentium tenorem ſuper præmiſſis vllatenus perturbare, moleſtare, vel inquietare audeant vel præſumant; quinimo illis in eiſdem præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant & faueant. Contradictores quoſcumque per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, & alia quæcumque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis quarumuis Eccleſiarum, nec non dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, vel manu Notarij Apoſtolici ſubſcriptis & ſigillo alicuius perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi fuerint exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 8. Nouembris, Pontificatus noſtri anno 9. M. Veſtrius Barbianus.

(§§§)

(??(§)??)

(✠)

SV-

SVMMARIVM.

1 REgulares, pluribus in casibus Diœcesanis subijciuntur. & n. 46.
2 Monachi & Monasteria olim Episcopis suberant.
3 Hodie fere omnes Religiones ab Ordinariorum potestate sunt exemptæ.
4 Aliquæ eximuntur ab Ordinarijs per participationem priuilegiorum.
5 Diuus Gregorius prohibuit, ne Episcopi in Regulares haberent potestatem.
6 Alia indulta aliquibus Monasterijs concessa fuere, ante Diu. Gregorium.
7 Prima exemptio à Diu. Germano facta, refertur.
8 Secunda à Ioanne Papa III.
9 Tertia à Bonifacio Papa IV.
10 Quarta à Sancto Zacharia Papa.
11 Quinta Monasteriorum exemptio, traditur.
12 Cassinensium Monasteria à quo exempta fuere.
13 Canonicorum Regularium Lateranensium exemptio adducitur.
14 Camaldulensibus concessit exemptionem Leo Papa X.
15 Paschalis II. Vallisumbrosæ Congregationis Monasteria exemit à potestate Ordinariorum.
16 Alexander III. hoc ipsum indulsit Cistercienses Ordinis Monasterijs.
17 Rescriptum impetratum non facta mentione Ordinis Cistercienses, illum non comprehendit.
18 Cœlestinorum Monasteriorum exemptio traditur.
19 Item Monasteriorum Congregationis Oliuetanæ.
20 Sylvestrinorum Monasteria ab Innoc. IV. exempta fuere.
21 Monachi Montis Virginis exempti à Celestino III. & Sixto V.
22 Præmonstratensium Monasteria à potestate Diœcesanorum eximuntur.
23 Carthusiensium Monasteria exempta à Bonifacio IX.
24 Sancti Basilij Monasteria à Gregorio XIII.
25 Sancti Spiritus in Saxia Monasteria à Sixto IV.
26 Sancti Antonij Viennensis Monasteria ab Vrbano IV. & alijs.
27 Prædicatorum Monasteria à Gregorio IX.
28 Hi citati coram Ordinarijs comparere non tenentur ad excipiendum.
29 Minorum Monasteria exempta à Clemente IV. & alijs.
30 Hi eodem anno à Sede Apostolica cum Prædicatoribus approbati.
31 Cruciferorum Monasteria ab Vrbano III. exempta.
32 Carmelitarum Monasteria eximuntur. & n. 33.
34 Eremitæ Sancti Augustini exempti ab Alexandro IV.
35 Carmelitarum Descalceatorum Monasteria exempta.
36 Seruorum B. Mariæ Monasteria à quo exempta fuere.
37 Minimorum Monasteria exemit Sixtus Papa IV.
38 Theatinorum Monasteria exempta à Clemente Papa VII.
39 Clericorum Regularium Sancti Pauli Monasteria exempta.
40 Societatis Iesu Monasteria Paulus Papa III. exemit.
41 Clericorum Regularium de Somma scha Monasteria exempta.
42 Clericorum Regularium ministrantium infirmis Monasteria exempta.
43 Religionis B. Ioannis Dei Monasteria exempta à Paulo V.
44 Clericorum Regularium pauperum Matris Dei Scholarum piarum Monasteria exempta.
45 B. Mariæ de Mercede Monasteria eximit Nicolaus V.
47 Regulares in Indijs Superiorem non habentes, possunt ab Ordinarijs corrigi & puniri.
48 Hi Doctrinas Indorum administrare non possunt.
49 Rex Catholicus aliquibus in Regnis est Iudex exemptorum, iudicem non habentium.
50 Ordinarijs Diœcesanis subijciuntur à Religionibus electi.
51 Regularis Superior Ordinario notificare tenetur sententiam expulsionis Regularis.
52 Regularis expulsus debet se statim Ordinario præsentare.
53 Expulsi à Doctrinis & Beneficijs Indiarum excluduntur, non data aliàs Apostolica dispensatione.

54 *Expulſi à Societate Ieſu poſt vltimam profeſsionem, ad Doctrinas Indorum non admittuntur.*

55 *Religioſi profeſsi, ſi expellantur à Religione, an admittantur ad Beneficia Eccleſiaſtica?*

56 *Martini Nauarri reſponſum de expulſis à Societate Ieſu, refertur.*

57 *Hi expulſi quando contrahant infamiam.*

58 *Poſtponuntur in petione Beneficij alijs ineptioribus, & indoctioribus, ſufficientibus tamen.*

56 *Regium Reſcriptum nouiſsimè in hoc expeditum, traditur.*

ARGVMENTVM.

REgulares Ordinarijs priſcis temporibus ſubijciebantur; hodie generaliter ſunt ab eorum iuriſdictione exempti; traditur huiuſmodi exemptionis origo; & quid circa electos à Religionibus, etiam de iure Indiarum, ſtabilitum ſit?

CAPVT LVII.

SVperiori Capite plenè oſtenſum eſt, qualiter Regulares animarum curam perſonarum ſæcularium exercentes, iure communi & Indiarum, Ordinariorum locorum ſubijciantur iuriſdictioni & poteſtati; in his, quę ad præfatam curam & adminiſtrationem ſpectant. Verum 1 cum ſint alij caſus, in quibus † Regulares omnes, etiam non Parochi, eiſdem ſubſint Ordinarijs, ſecundum iuris communis & aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum præſcriptum, non erit omnino à noſtro inſtituto alienum, eorum aliquos indicare atque in medium proferre.

Ad quod in primis advertere oportet, 2 quod licet olim omnes † Monachi & Monaſteria Epiſcopis & alijs Diœceſanis ſubijcerentur, *Cap. Monaſteria 17. cap. Abbatibus 18. 18. q. 2. cap. Omnes Baſilicæ 10. 16. quæſt. 7. per tot. cap. Cum Venerabilis 7. de Religioſ. domib. cap. Cum Epiſcopus 7. de offic. Ordinar. in 6. cap. Obitum 16. in fin. 61. diſtinct. cap. Qui verè 12. in fin. 16. quæſt. 1. gloſ. in cap. Quanto 7. verbo, Si Prælati, de offic. Ordinar.* Nauarr. *in cap. Non dicatis 11, num. 63. verſ. Addo ſecundo 42. quæſt. 1.* Balthaſar. Altamiran. *ad Cap. 3. Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de Reformat. ſeu in tractat. de Viſitat. verbo Propriam Diœceſim. num. fin. fol. 29.* Emman. Rodrig. *tom. 2. Regular. quæſt. 2. artic. 6. in princip. & quæſt. 63. art. 1. & 3.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. 1. part. cap. 20. in princ.* Homob. *de examin. Eccleſ. part. 3. tractat. 15. cap. 9. ſupp. 2.* P. Sanchez *Conſilior. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 8.* P. Auila *de cenſur. 2. part. cap. 3. diſput. vnic. dub. 5. concluſ. 3.* Farinac. *deciſ. 204. num. 7. p. 2. recent.* Ciarlin. *controuerſ. lib. 1. cap. 50. num. 16.* D. Valençuel. *conſil. 43. num. 23. & num. 11. 12. 16.* Petr. de Marc. *in concord. Sacerd. & Imper. lib. 3. cap. 16. §. 1.* Cabed. *diuerſor. iur. argum. lib. 3. cap. 18. num. 1.* Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. rubric. 12. cap. 13. à princip.* Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop. 3. part. allegat. 105. à num. 1.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 2. diſput. 15. quæſito 2. à num. 2. & tom. 3. diſput. 5. quæſt. 11. à princip.* D. Palafox *in defenſ. Canon. contra Patres Ieſuitas 2. part. num. 10.* Mendoça *ad Concil. Illiber. lib. 2. cap. 30. verſ. Illud.* D. D. Laurent. Matheu *de Regim. Valent. cap. 8. §. 8. num. 306. & ſeq.* D. Salced. *vbi infra.* Doctiſsimus Don Gabriel de Eſpinoſa Ribadeneyra inter primarios Magnę Matritenſis Curiæ celebris & diſſertus Aduocatus *in allegat. iuris por el Conuento de la Cartuja de Granada, con el ſeñor Piſcal del Conſejo de Hazienda, Arçobiſpo, y Cabildo de aquella Ciudad, ſobre diezmos, num. 72.* Samper *en ſu Monteſa Iluſtrada 2. p. n. 11. & 3. p. n. 2.*

His tamen temporibus omnes fere 3 Regulares † ſunt ab Ordinariorum iuriſdictione & poteſtate exempti; Apoſtoli-

licis priuilegijs in hoc obtentis, Nauarr. *tom. 1. tit. de Regularib. comment. 2. num. 63.* illic: *Omnes fere Regulares ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum, per priui-*
4 *legia conceſſa eis directè, vel indirectè † per participationem, & communicationem aliorum priuilegiorum, & conſequenter habet iuriſdictionem Abbas quaſi Epiſcopalem.* gloſſ. *in Clement. 1. verbo Monaſterij, de reb. Eccleſ. non alienand. & in cap. Non liceat, verbo Suæ Diœceſis de præſcript. cap. Cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil.* Marth. *de iuriſd. 4. part. cent. 2. caſ. 182. à num. 1.* Sayr. *de cenſur. lib. 4. num. 12.* Barboſ. *dict. allegat. 105. num. 3.* Paul. Fuſc. *de Viſit. lib. 2. cap. 15.* D. Larrea *vbi infr.* Ciarlin. *vbi proximè num. 16.* cum multis Carleual. *de iudic. tit. 1. num. 45.* D. Salgad. *de Reg. protect. 2. part. cap. 9. num. 73.* D. Caſtill. *de aliment. cap. 7. numer. 17.* Campanil. *vbi ſupra,* Tamburin. *dict. tom. 3. diſput. 5. quæſito 11. num. 3. & 9.* Farinac. *deciſ. 105. vol. 1. Conſilior.* Frat. Franciſc. Herrera Commiſſ. General. Ordin. Sanct. Franciſc. *in allegat. iur. pro exempt. Religion. fol. 13.* Lezan. *tom. 2. Regul. verbo Viſitator Regularis num. 17.* D. Matheu *vbi ſupra.* D. Salced. *de Leg. Politic. libr. 1. cap. 17. à princip. in nou. edit.*

Hanc Regularium ab Ordinariorum poteſtate & iuriſdictione exemptionem, omnium primus in Italia introducere cœpit Diuus Gregorius Magnus: Ergo
5 hic Summus Pontifex † prohibuit: *Epiſcopum Cathedram ſuam in Monaſterio collocare, vel quamlibet poteſtatem habere imperandi, vel aliquam ordinationem quamuis leuiſſimam faciendi, niſi ab Abbate loci fuerit rogatus, quatenus Monachi ſemper maneant in Abbatum ſuorum poteſtate. Nec vllus Epiſcoporum vltra præſumat de redditibus, vel rebus, vel chartis Monaſteriorum, vel de cellis quæ ad ea pertinent, quocumque modo, qualibet exquiſitione minuere, vel dolos, vel immiſſiones, aut violentias aliquas facere.* Quę omnia habentur *in cap. Quam ſit neceſſarium 5. Cap. Luminoſo 6. 18. quæſt. 2.* & notauit Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. q. 1. num. 4.* nouiſsimè poſt hæc ſcripta viſus, Samper *dict. num. 2.* Videndi tamen ſunt circa intelligentiam *dict. cap. Quam ſit neceſſarium*, ipſe Tamburin. *ibidem à num. 5.* & Barboſ. *d. allegat. 105. num. 11. & ſeqq.*

Cæterum licet verum ſit, Diuum Gregorium ante omnes in Italia præfatam Monachorum induxiſſe immunitatem; nihilominus apparet, per octoginta & vnum annos † ante ipſum, indultas fuiſ- 6
ſe alibi Monaſterijs aliquibus ſimiles exemptiones: Quare vt fere omnes Religionibus hucvſque conceſſæ melius ad oculum pateant, referam deſcriptionem de hac re factam ab Aſcanio Tamburin. *de iur. Abbat. dict. tom. 3. diſput. 5. quæſito 11. à num. 10. vſque 43.* quæ eſt plenior, ea, quam poſuit Barboſ. *dict. alleg. 105. ſub num. 12.* Hæc ſunt verba Tamburini.

Prima ergo † exemptio Monaſteriorum facta ab Ordinariorum iuriſdictione videtur illa, quæ à Diu. Germano Pariſienſi Epiſcopo Monaſterio S. Vincentij Ordinis S. Benedicti donata fuit anno 509. die 21. Auguſti, quam Diu. Gregorius Magnus Papa poſtea confirmauit & roborauit, teſte Aymoin rer. Franc. lib. 3. cap. 2. Renato Coppin. Monaſtic. lib. 1. tit. 2. n. 19. 7

Secunda exemptio Monaſteriorum facta fuit † anno 559. à Ioanne III. Summo Pontifice erga Monaſterium Sancti Medardi apud Sueſſones Ordinis S. Benedicti; vt habetur ex diplomate eiuſdem exemptionis apud eumdem Renatum Coppin. loco citato lib. 2. tit. 1. num. 4. 8

Tertia † exemptio facta fuit Abbatiæ Sanctor. Apoſtolorum Petri, & Pauli Ciuitatis Dorombernię anno circiter 604. vt conſtat ex Bulla Bonifacij IV. prædictam Abbatiam eximentis apud Clementem Rayner. de antiquit. Benedict. in Anglia §. 13. circa fin. 9

Quarta exemptio fuit Abbatiæ † Caſſinenſis à S. Zacharia Papa anno 7. ſui Pontificatus, vt conſtat ex Bulla eiuſdem apud Leon. Hoſtienſ. in fin. 4. lib. Chron. cap. Caſſinenſ. 10

Quinta exceptio eſt † Monaſterij Cluniacenſis, vt teſtatur Rodericus Vitalis Anglus lib. 11. Hiſtor. ſuor. tempor. Pro omnibus vero Monaſterijs Cluniacenſ. facta fuit à Clement. IV. ann. 1265. die 2. Nouembris Pontificatus ſui anno 1. ex Renato Coppino loco citato lib. 1. tit. 2. num. 29. Vbi refert tenorem priuilegij exemptionem omnium prædictorum Monaſteriorum Cluniacenſium continentis. Et licet aliquorum Monaſteriorum Cluniacenſium, ſicut etiam Caſſinenſium, & aliarum Congregationum Benedictinarum in ſpeciali facta fuerit à Summis Pontificibus, & præſertim à Diuo Gregorio Magno, & alijs Ordinis Sancti Benedicti; 11

dicti ; nihilominus totalis Monaſteriorum Cluniacenſium exemptio nulla alia reperitur , niſi ſuperior Clementis IV. recenſita;

12 *ſicut & Vniuerſalis Congregationis † Caſinenſium Monaſteriorum exemptio nulla extat ante Eugenium IV. vt patet ex eius Bulla ſub datum Bononiæ 1436. prid. Kalend. Iulij, Pontificatus ſui anno 6. quæ eſt conſtitutio 9. eiuſdem Pontificis apud Laertium Cherubin. tom. 1.*

13 *Quia Canonicorum Regularium † Lateranenſium exemptio in Monaſterijs quam pluribus , vt etiam in toto ordine eſt antiquiſsima non ita facilè initium illius oſtendi poterit , maximè cum in 1. 2. & 3. conſtitutionib. Paſchalis II. prædictis Lateranenſibus Canonicis conceſſæ , & relatæ in princ. lib. priuilegior. Canonicor. Lateranenſium Regularium talem ordinem exemptum præſupponant, & à Benedicto XII. Eugenio IV. Sixto IV. & alijs Summis Pontificibus poſtmodum prædictus Ordo gratijs , & priuilegijs & alijs exemptionibus locupletatus ſit.*

14 *Canaldulenſium Monaſteriorum † exemptio facta fuit à Leone X. ex conſtitut. quæ incipit : Et ſi à Summo , ſub datum Romæ 4. Non. Iulij 1513. Pontificatus ſui anno 1. quæ in Bullario nouo tom. 1. eſt 2. in ordine.*

Valliſumbroſæ Congregationis Monaſteria licet à Paſchali II. & ab alijs Summis Pontificibus ſub protectione Sedis Apoſtolicæ recepta fuerint ;

15 *omnimodam tamen † & plenariam omnium Monaſteriorum, locorum, & perſonarum exeptionem ab Innocentio IV. obtinuit , vt patet in eius Diplomate ſub datum Aßiſij 12. Kalend. Iulij indict. 11. anno 1253. Pontificatus ſui anno 10. quod Diploma habetur originaliter & authenticum in Archiuo Valliſumbroſæ.*

16 *Ciſtercienſis Ordinis Monaſteria † ab omni Imperio Diœceſanorum ſoluta fuerunt ab Alexandro III. Idib. Nouembr. 1161. Pontificatus ſui anno 3. cuius priuilegij tenor extat apud Renat. Choppin. de Sacra Policia forenſi tit. 3. num. 5. Huius exemptionis meminit Eraſmus Chochier. in tract. de iuriſdict. ordin. in exemptos part. 1. quæſt. 17. num. 1. Vbi ait , quod iure communi Ciſtercienſis ordo id priuilegij habet, vt niſi*

17 *facta † mentione Ordinis reſcriptum impetrari non poſſit text. in cap. Cum Ordinem, vbi DD. de reſcript. cap. Ne Dei, de Simon. Ioann. Andr. cap. 1. de ſupplend. negligPrælator. gloſſa in cap. Recipimus, de priuil. Felin. & Abb. dict. cap. Cum Ordinem, quod ipſum Hoſpitalarijs , & Templarijs , alijſque nonnullis conceſſum eſſe reperitur.*

Cœleſtinorum Monaſteriorum † exemptio facta fuit à Cœleſtino V. eius inſtitutore, anno Domini 1594. Kalend. Octobr. teſte Renato Choppino in Monaſtic. lib. 1. tit. 2. num. 13. Vbi extat tenor priuilegij eiuſdem exemptionis , quidquid dicat Dominus meus Auguſtinus Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 12. n. 31. 18

Congregationis Oliuetanæ Monaſteria plenariam † iuriſdictionem ſortita ſunt à Iulio II. ex eius conſtitut. 12. quæ incipit: Et ſi ad Vniuerſos prid. Kalend. Iunij 1505. Pontificatus ſui anno 4. de qua Laert. Cherubin. tom. 1. Bullar. 16

Sylueſtrinorum Monaſteria † ab Innoc. IV. exempta fuere anno 1247. Pontificatus ſui anno 5. vt patet in eius conſtitut. 5. apud Laertium Cherubin. tom. 1. 20

Montis Virginis Monachorum † Monaſteria , & præcipuè Monaſterium Montis Virginis , Caput totius Ordinis , ſub protectione Diu. Petri, & Sedis Apoſtolicæ receptum fuit à Cœleſtino III. anno 1197. Pontificatus ſui anno 7. die 4. Nouembr. Omnia vero Monaſteria à Sixto V. vt habetur in Diplomate eiuſdem Pontificis authentico Romæ in eorum Monaſterio Sanctæ Agathæ aſſeruato. 21

Præmonſtratenſium Monaſteria † à iuriſdictione Epiſcoporum exempta fuerunt per Alexandrum V. anno Domini 1419. ſub die 31. Iunij, ex Renato Choppino de Sacra Policia lib. 1. tit. 3. n. 7. 22

Carthuſienſium Monaſteria plenariam † exemptionem obtinuerunt à Bonifacio IX. vt habetur ex conſtitut. eius 3. 17. Martij anno 1391. Pontificatus ſui anno 2. habetur in Bullar. Laertij Cherubin. tom. 1. 23

Sancti Baſilij Congregationis † Monaſteria exempta fuerunt à Gregor. XIII. per conſtitut. eius 58. qua incipit: Benedictus Dominus Kalend. Nouembr. 1579. Pontificatus ſui anno 8. refertur à Laertio Cherubin. tom. 2. 24

Sancti Spiritus † in Saxia Ordinis Monaſteria à iuriſdictione omnium Prælatorum, & aliorum , præterquam Magiſtri Generalis , exempti fuerunt à Sixto IV. per eius conſtitut. quæ incip. Religionis zelus Idus Februarij 1483. apud Laertium Cherubin. in Bullar. tom. 1. 25

Sancti Antonij Viennenſis † Ordinis Monaſteria exempta fuere per multos Summos Pontifices , præſertim Vrban. IV. Gregor. X. Benedict. XI. Nicol. IV. Cœleſtin. III. 26

III. Martin. V. & Pium II. quorum exemptio poſtea confirmata fuit à Clement. VII. in eius conſtitut. 2. quæ incipit: Ratione congruit 6. Kalend. Decembr. 1523. in Bullar. Laert. Cherub. tom. 1.

27 *Fratrum Prædicatorum † Monaſteria à multis Summis Pontificibus exempta fuere, & præſertim à Gregor. XI. per eius conſtitut. 7. quæ incip. Virtute 2. Non. Martij 1374. in Bullar. Laertij Cherubin. tom. 1.*

Huius exemptionis mentionem facit Cochier, loco citato num. 4. in fin. vbi ait, quod Prædicatores citati coram Ordinario
28 *comparere non † tenentur ad allegandam exemptionem; eſt enim notoria Abb. in cap. Cum ordinem DD. de reſcript. & ita cenſet Fumus, verbo Exemptio num. 2. verbo Priuilegium num. 7.*

29 *Fratrum Minorum † Monaſteria ſimiliter à pluribus Summis Pontificibus fuerunt ab Imperio Epiſcoporum liberata, ſed præſertim à Clement. IV. teſte Rodriguez tom. 2. quæſt. Regular. quæſt. 61. art. 13. & Eraſmo Cochier, loco citato num. 6. vbi ait,*
30 *quod Minores † eodem anno 1215. cum Prædicatoribus à Sede Apoſtolica approbati ſunt. Ioann. Cald. cap. Nimis praua, vbi Abbas numer. 1. de exceſſib. Prælator. donatique poſtmodum à Clement. IV. exemptionibus tam ab Ordinarijs, quàm à Delegatis, ac etiam à conſtitutione Innocentij IV. in cap. Volentes, de priuileg. in 6. ac immediatè Sanctæ Sedi eorum Eccleſiæ, Oratoria, Domus, loca, libri, vtenſilia, mobilia & immobilia ſubiecta.*

31 *Cruciferorum Monaſteria † ſub protectione Sedis Apoſtolicæ recepta fuerunt ab Vrban. III. per ſuam conſtitut. 1. quæ incipit: Cum anteceſſor 7. Kalend. Aprilis 1187. in Bullar. Laertij Cherubin. tom. 1. & ab eodem Pontifice fuerunt ab Ordinariorum iuriſdictione exempta.*

32 *Carmelitarum † Monaſteria à iuriſdictione Ordinariorum & Legatorum à multis Summis Pontificibus exempta fuerunt, vt apparet in Bulla Sixti IV. anno Domini 1477. Kalend. Aprilis, Pontificatus ſui anno 6. quæ extat in Bullar. eiuſdem Religionis. De hac exemptione agit ſimiliter Cochier. loco citato num. 7. dum ait: Carmelitæ pariter à iuriſdictione Ordinariorum*
33 *& Legatorum prorſus † ſunt exempti adeò quod proceſſus aut ſententiæ contra eos latæ ſint nullius roboris.*

34 *Ordinis Eremitarum † Sancti Auguſtini Monaſteria exempta fuere per Alexand. IV. anno 1255. vt habetur in Bullar. eiuſdem Ordinis, nouiter Romæ impreſſo conſtit. 3. eiuſdem Pontificis.*

Carmelitanorum Deſcalceatorum † Mo- 35
naſteria per Clementem VIII. exempta fuerunt in conſtit. 22. eiuſdem, apud Laert. Cherub. tom. 2.

Seruorum B. Virginis † Monaſteria 36
exempta ſunt ab Vrban. VI. vt patet in eius conſtit. 2. apud Laertium Cherubin. tom. 1. Bullar.

Minimorum Monaſteria † à Sixto IV. 37
exempta ſunt ex conſtit. eius 5. apud Laert. Cherub. tom. 1. Bull.

Theatinorum Monaſteria † per Cle- 38
mentem VII. eximuntur, ex conſtit. eius 38. apud eumdem Laertium Cherubin. loco citato.

Clericorum Regularium † Sancti Pau- 39
li decollati Monaſteria à Paul. III. exempta ſunt per conſtitution. eius 3. in Bullar. tom. 1.

Societatis Ieſu Monaſteria † recepta 40
ſunt ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, & à iuriſdictione Ordinariorum exempta à Paulo III. 5. Kalend. Octobris 1540. vt patet in eius conſtitution. quæ incipit, Regimini apud Laert. Cherubin. tom. 1. Bullar. de hac exemptione Cochier. loco citato num. 16. & Hieronym. Sorbus in priuileg. omnium Ordin. verbo, Communicatio priuilegiorum.

Clericorum Regularium † de Somma- 41
ſcha Monaſteria exempta ſunt à Sixto V. per eius conſtit. 5. apud Laert. Cherub. in Bullar. tom. 2.

Clericorum Regularium † miniſtran- 42
tium infirmis Monaſteria exempta ſunt à Gregor. XIII. per eius conſtit. 17. in Bullar. Laertij Cherub. tom. 2.

Religionis † deuoti Patris Ioannis 43
Dei Monaſteria à Paulo V. exempta fuere, vt habetur in eius Bulla in 1. tom. huius operis appoſita in diſput. 15. quæſt. 4. num. 18. (De his Barboſ. *in collectan. Bullar. verbo, Fratres B. Ioannis Dei, & in Summ. deciſ. Apoſtol. collect. 385.*)

Clericorum Regularium † Pauperum 44
Matris Dei Scholarum piarum Monaſteria eximuntur ab Ordinariorum iuriſdictione à Gregor. XV. anno 1622. die 25. Octobris per Diploma relatum in 1. tom. huius operis diſput. 15. quæſit. 4. num. 29. Aliæ plures exemptiones Monaſteriorum Regularium videri poſſunt in diſput. 24. tom. 2. huius Operis, quæ breuitatis gratia omittuntur. Aliæ etiam plures exemptiones Monaſterio-

rum

rum ſæcularium & Eccleſiarum inveniuntur, quas breuitati ſtudens prætermitto, cum earundem exemptionum notitia temporis non mihi ſatis conſtat.

Imò ſi aliqua Religio de nouo fundetur, tunc facilè exemptionem obtineret à Sede Apoſtolica, vt ait Cochier. loco citato num. 31. Vbi citat pro hac re Mandoſium. Hucvſque Tamburin. Vide eundem *tom. 1. diſp. 15. quæſt. 4. per tot.*

Mercenariorum Ordinis B. Mariæ de
45 Mercede † Monaſteria ab Ordinariorum iuriſdictione eximit Nicolaus V. *in ſua Conſtitut.* incip. *Laudibus ann. 1448. 5. Idus Auguſti Pontificatus ſui anno 2.* refertur à Bullar. præfati Ordinis in eo Pontifice *Bulla 6. fol. 88.*

46 Nihilominus tamen pluribus † in caſibus, vt dixi, iure communi, Tridentino Concilio, & alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus Regulares Ordinarijs locorum ſubijci ſolent, quemadmodum notarunt, ipſorum aliquos recenſentes, Stephan. Quarant. *in Summ. Bullar.* verbo *Exemptio*, Vgolin. *dict. 1. part. cap. 20.* Ricc. *collectan. 503. 882. 1021. & in prax. rer. for. Eccleſiaſt. deciſ. 608. num. 2. deciſ. 736. & in prax. aurea reſol. 176.* Ciarlin. *dict. cap. 50. num. 19.* Barboſ. *dict. allegat. 105. à num. 13. cum ſeqq.* Eraſmus Cochier. *de iuriſdict. in exempt. p. 2. quæſt. 45.* Campanil. *dict. cap. 13. à num. 51.* D. Larr. *deciſ. 77. à num. 1.* Zeuall. *de cognit. per viam violent. 2. p. quæſt. 22.* Cened. *Canonic. quæſt. 26. à num. 6.* D. Solorzan. *dict. lib. 3. de Indiar. Gubernat. cap. 17. n. 50. & ſeqq.* Frat. Paulin. Bertus *dict. cap. 29. num. 46.* Fuſc. *de Viſitat. lib. 2. cap. 16.* Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt. 2. p. cap. 18. nu. 105.* Carleual. *de iudic. dict. tit. 1. num. 407.* Donat. Anton. de Marinis *reſolut. iur. lib. 2. cap. 181. n. 1.* Narbon. *in l. 59. tit. 4. lib. 2. Recop. gloſſ. 1. à n. 230.*

Extat apud Nos Regium Reſcriptum 28. *Octobris 1541. pag. 130. tom. 1. impreſſ.*
47 quo Indiarum † Epiſcopis iniungitur, vt contra Regulares vagos, ſine Superiore ſiniſtre, ac cum ſcandalo viuentes, procedant, eoſque ſecundum Canonicas Sanctiones corrigant, & puniant; conſonat aliud 29. *Iunij 1568. pag. 160. eod. tom.* ex quibus & alijs ſummata eſt *l. 20. tit. 10. lib. 1. Summ.* ſic: *Que los Obiſpos caſtiguen à los Religioſo, sque no tuuieren Caſas, ni Superiores en las Indias, y anduuieren diſcolos; y los Virreyes los embien à eſte Reyno viendo y examinando las licencias que tuuieren.* An autem hi Religioſi, in Indijs Prouincialem † non habentes, poſsint 48 in eis eſſe Parochi? tradunt Emman. Rodrig. *tom. 1. Regul. quæſt. 35. art. 1. & 3. P.* Auendañ. *in addit. ad tom. 2. Theſaur. Indic. n. 320.* D. Montenegr. *in ſuo Itiner. lib. 1. tract. 1. ſeſſ. fin. n. 7.*

Huc ſpectare videtur quod paſsim auctores nonnulli notant, nempè Regem † noſtrum Catholicum in Regnis ali- 49 quibus de exemptorum cauſis, in eis Iudicem & Superiorem non habentium, cognoſcere, quod qualiter & quando procedat, tradunt Gabriel Pereyr. *de man. Reg. tit. 2. cap. 22. effect. 1. num. 963.* D. Solorzan. *de Indiar. iur. lib. 3. cap. 1. ſub num. 75.* Franciſc. Molin. *in repertor.* verbo *Iuſtitia Aragonum* verſic. *Item Iuſtitia eſt Iudex*, & verſic. *Die vigeſimo.* Hieron. Portol. *in Schol. num. 16.* Iband. Bardaxi *tit. de offic. Iuſtitiæ Aragon. num. 5.* verſic. *Etiam*, Cened. *quæſt. practic. quæſt. 45. numer. 10.* Seſsè *de inhibition. cap. 8. §. 3. n. 136.* Hieronym. Blancas *in comment. Aragon. pag. 347.* Thom. Mieres *ad Conſtitut. Cathalon. in Cur. Barcinon. Petr. II. cap. 11.* Oliuan. *in vſat. Alium namque*, ſiue *de iure Fiſc. cap. 14. num. 3.* Cancer. *3. p. var. cap. 5. à num. 119.* Fontanell. *deciſ. 316. à num. 16.* vbi ait, hodie in Cathalonia rem aliter ſe habere, cum alijs relatis à D. D. Laurent. Matheu *de Regim. Valent. cap. 7. §. 1. n. 202.*

Vnum in hoc loco obſerva, à Religio- nibus eiectos Ordinariorum † locorum 50 ſtatim ſubeſſe iuriſdictioni, *ex Bulla Vrban. Papæ VIII.* incip. *Sacra Congregatio pag. 63. tom. 4. Bullar. §. 7.* illic: *Si vero eiecti quandiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarij loci iuriſdictioni & obedientiæ ſubſint, pro indeque Generales illicò expulſionis † ſen- 51 tentiam eidem Ordinario notificare teneantur.* Nauarr. *Conſil. 76. & 79. ſub tit. de Regular. & comment. 2. num. 34. de Regular.* Marta *de iuriſd. 4. p. centur. 2. caſ. 182. num. 8.* Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſc. Neapol. 95. à num. 1. p. 3.* Barboſ. *ad Tridentin. ſeſſ. 23. de Reformat. cap. 8. num. 20. & in Sum. deciſionum Apoſtolic. collectan. 276. & in collectan. Bullar.* verb. *Eiectus.* Tamburin. *dict. quæſito 11. à num. 97.* Frat. Bernab. Gallegos *in expoſit. Bullæ Sanctæ Cruciatæ cap. 9. dub. 132.* verſic. *Aduiertaſe fol. 128.* qui etiam docent, teneri expulſum † 52 hoc caſu ſe ſtatim præſentare coram Epiſcopo, vel Diœceſano loci,

Con-

Concilium autem Limense III. *action.* 3. *cap.* 10. hos electos seu expulsos † à
53 Doctrinis & Beneficijs Indorum omnino excludit, per hæc verba: *Regularia instituta qui professi sunt, deserentes, non sunt ab Ecclesiæ Præsulibus fouendi; ijs igitur neque Beneficium, aut Ecclesiasticum ministerium conferatur, neque vero Parochia Indorum; nisi ad id idoneam facultatem, à Sede Apostolica obtentam ostenderint.* D. Montenegr. *in suo Itinerar. lib.* 1. *tract.* 1. *sect. vltim. num.* 3. & 4. vbi meminit Regiæ Schedulæ 4. *Iunij* 1627. pro-
54 hibentis expulsum à Religione † Societatis Iesu, post vltimam illius professionem, ad Doctrinas Indorum admitti posse; tale est Regium Rescriptum.

EL REY. Por quanto por parte del Dean y Cabildo de la Iglesia Metropolitana de la Ciudad de los Reyes de las Prouincias del Perù se me ha hecho relacion, que de admitirse contra lo dispuesto por Derecho, y Sacros Canones para Dignidades y Prebendas de las Iglesias de mis Indias Occidentales, Beneficios y Curatos de Indios y Españoles en ellas, Religiosos que siendo pro-
55 *fessos † ayan sido expulsos de sus Ordenes, resultan grandes inconuenientes, y que teniendolo assi entendido el Rey mi Señor y Padre, que estè en gloria, à instancia de la Iglesia de Manila en las Islas Felipinas, por vna Real Cedula de 19. de Febrero de 1619. ordenò y mandò no se admitiessen; y por otra de primero de Iunio de 1623. firmada de mi mano, mandè, que en la Metropolitana de la Ciudad de Mexico se obseruasse lo mismo, suplicandome, que pues militan las mismas causas y razones para que en la dicha Ciudad de los Reyes se haga lo mismo, fuesse seruido de proueerlo y ordenarlo assi. Y visto por los de mi Consejo Real de las Indias, he tenido y tengo por bien de ordenar y mandar, como por la presente ordeno y mando à mi Virrey de las dichas Prouincias del Perù, que al presente, y adelante fuere y à la persona ò personas à cuyo cargo estuuiere su gouierno; y ruego y encargo al Muy Reuerendo en Christo Padre Arçobispo de la dicha Ciudad de los Reyes, que cada vno por lo que le tocare, no proponga, ni admita para Dignidades, ni Prebendas de la dicha Iglesia, ni para Curas, ni Doctrineros en sus Diocesis, ninguno de los Religiosos, que siendo professos conforme à sus ordenes y reglas, y los de la Compañia de Iesus de vltimo voto y profesion, ayan sido expulsos de ellas, que assi es mi voluntad, y conuiene al seruicio de nuestro Señor, quietud y buen gouierno. Fecha en Madrid à 4. de Iunio 1627. años.* retulit hanc Schedulam Regiam P. Anton. Quintanaduenas *tom.* 2. *singular. post quintum Ecclesiæ præceptum tract.* 14. *de suspension. censur. singul.* 18. *num.* 2.

Vbi *num.* 5. responsum datum Romę à doctiss. Martino Nauarro, circa posponendos à Societate electos, in Beneficijs & Dignitatibus Ecclesiasticis, refert in hunc modum: *Quæritur, vtrum dimissus † à Societate Iesu postponi queat in pe-* 56
titione Beneficij Ecclesiastici alijs indoctioribus, ob eam solum causam, quod deseruerit Societatem? Respondeo absque dubio, hunc dimissum † contrahere infamiam fa- 57
cti, quæ non est leuis pœna in iure. l. Verum 40. *de furt. propterea quod fuit verus Religiosus post biennium in Societate Iesu magnam incurrit notam, quod deseruerit castra Dei, ad quæ se voto & Sacramento obstringerat. Quod si constet, vel ipsa Societas reuelauit, hunc dimissum pastulasse & obtinuisse, vt ab obedientia quam vouit perpetua liberaretur; hic est infamis ipso iure, si non per authentica testimonia, subscriptione, & sigillo Prælatorum munita, conuincat, se ob honestam causam & inuitabilem, & quæ in singulari & expressis verbis declaretur, deseruisse Societatem. Hæc omnia si non adsint dimissus è Societate in omni petitione Beneficij vel Curæ Ecclesiasticæ, vel cuiuslibet Dignitatis, quæ eo no-* 58
mine gaudet in iure, posponendus † est indoctioribus & ineptioribus, si tamen sufficientes sint. Romæ anno Domini 1585. *Saluo meliori iudicio. Martinus de Azpilcueta Nauarr. Eidem sententiæ postea Romæ etiam,* 20. *Martij anno* 1586. *subscripsere Felicianus de Solis vir doctus, & noster Gabriel Vazquez.* Hæc Quintanaduenas.

Nouissimè Regia Schedula proximè † adducta obseruari iubetur in alia 10. 59
Iulij 1671. ita. *LA REYNA GOVERNADORA. Reuerendo en Christo Padre Obispo de la Iglesia Cathedral de la Prouincia de Santa Cruz de la Sierra, del Consejo del Rey mi hijo; El Conde de Lemos Virrey de las del Perù en carta de* 15. *de Enero del año passado de* 670. *representa los inconuenientes, que se siguen de que los expulsos de las Religiones obtengan Curatos y Beneficios; porque los que ordinariamente salian de ellas, eran sugetos relaxados, y de malas costumbres; y que reconociendo estos, que en el siglo auian de tener comodidades en Beneficios Curatos, y*

Dig-

Dignidades Eccleſiaſticas, ſolicitauan por todos medios dezir de nulidad de ſu Religion, y con ſu proceder dauan cauſa para que los Prelados hizieſſen lo miſmo, y diſcurre lo demàs que en eſta materia ſe le ofrece, concluyendo con dezir, ſeria muy conueniente ſe embiaſſe orden, para que los Prelados de eſſos Reynos, no propuſieſſen en las nominas de Curatos y Beneficios à los que huvieſſen ſido expulſos de las Religiones, aunque ayan probado nulidad de profeſsion, y que ſe ordene al Virrey, y Preſidentes de las Audiencias no los preſenten à ellos, ſin embargo de que los Prelados los nominen.

Y auiendoſe viſto en el Conſejo Real de las Indias, con lo que ſobre ello dixo, y pidiò el Fiſcal dèl, atendiendo à lo que importa que los Curas, y Doctrineros de eſſe Obiſpado ſean perſonas de exemplo y virtud, como lo pide ſu exercicio; os ruego, y encargo, que en orden à lo que propone el dicho Virrey obſerueis preciſa è inuiolablemente lo que eſtà diſpueſto por las Cedulas y Ordenes Reales, que tratan de eſte punto, ſin contrauenir à ellas, que aſsi es mi voluntad, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regularis extra clauſtra exiſtens, ſi delinquat, Ordinario loci ſubijcitur.*

2 *Ordinarius hoc caſu tanquam Apoſtolicus Delegatus procedit.*

3 *Religioſos Ordinis Hieroſolymitani hoc etiam comprehendit.*

4 *Conſtitutio Vrbani VIII. contra apoſtatas edita, Epiſcopo procedendi contra eos tribuens iuriſdictionem, expenditur. & n. 6.*

5 *Regulares Superiores tenentur fugitiuos & apoſtatas perquirere.*

7 *Epiſcopus in hac ſpecie tanquam Delegatus Apoſtolicus procedit.*

8 *Sixti V. Conſtitutio huc ſpectans adducitur & intelligitur.*

9 *Quid quando Regularis in Monaſterio degens, extra clauſtra delinquit?*

10 *Verba Concilij Tridentini referuntur.*

11 *Reſcriptum Regium ad materiam pertinens, traditur.*

12 *Modus procedendi Ordinarij in caſu relato proponitur.*

13 *Ordinarius poteſt de dilecto Regularis voce Superiorem monere.*

14 *Ordinarius debet in ſcriptis certiorari de pœna, Regulari delinquenti impoſita; non verbo.*

15 *Ordinarius poteſt Regularem delinquentem capere, & remittere ad ſuum Superiorem.*

16 *Regularis Superior non debet ſtare proceſſui, ab Ordinario facto, in caſu relato.*

17 *Quid agendum quando delinquit Monaſterij Superior?*

18 *Delinquens intra clauſtra, licet notoriè delinquat, non ſubijcitur Diœceſano.*

19 *Bulla Gregorij XV. contra delinquentes circa perſonas, intra Septa Monaſterij degentes, expenditur. & numer. 20.*

21 *Quid agendum quando Regularis delinquens aliò ſe transfert extra Diœceſim?*

22 *Pœna contra Regulares non reuocantes ſubditos delinquentes impoſita, refertur.*

23 *Regularis notoriè intra Eccleſiam delinquens, Ordinario ſubditur, ſi extra clauſtra degat.*

24 *Ordinarius quando procedere poſsit in ciuilibus contra Regulares.*

25 *Sacræ Congregationis declaratio in hoc adducitur.*

26 *Regularis intra clauſtra degens qualiter conueniatur in ciuilibus.*

27 *Ordinario ſubſunt Regulares ſine Superiore in aliqua domo viuentes, etiam pro erectione Monaſterij.*

28 *Hoc & ſimilibus caſibus non creduntur conuentualiter viuere.*

29 *Conſtitutio Vrbani VIII. Regulares infra numerum duodecim in aliquo Monaſterio exiſtentes, Ordinario ſubijciens, refertur.*

30 *Hæc conſtitutio etiam extra Italiam procedit.*

31 *Non dicitur Monaſterium, vbi duo, vel tres tantum habitant.*

32 *Conſtitutio præfata in Indijs locum habere non poteſt.*

33 *Rex Catholicus ſolet aliquas Regularium controuerſias extinguere, ſuſpenſis literis Superiorum, vel Apoſtolicis.*

34 *Conſeruatorum electio ceſſat, Epiſcopo pro-*

procedente ex Tridentino vel alijs Apostolicis Constitutionibus, Regulares ipsi subijcientibus.
55 *Noua Apostolica decisio in hoc adducitur.*
36 *Regulares quoad denuntianda interdicta, Ordinario subsunt.*
37 *Regulares an possint cogi festa & vigilias denuntiare? & n.* 38. 39.
40 *Regularis aliàs excommunicatus potest iussu Episcopi denuntiari, vt euitetur.*

ARGVMENTVM.

REgularis extra claustra degens, si delinquat, loci Ordinario, sicut in ciuilibus, subditur; vbi quod illius iurisdictionem non possit effugere, etiam Indico iure attento.

CAPVT LVIII.

PRæterea in materia *superiori Capite* proposita, assero, Regularem quemcumque † extra Monasterium degen-
1 tem, si delinquat, omnino Ordinariorum iurisdictioni & iudicio subesse, secundum Sancti Tridentini Concilij decisionem *sess. 6. de Reformation. cap.* 3. illic: *Et nemo sæcularis Clericus cuiusuis personalis, vel Regularis extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis priuilegij prætextu tutus censeatur, quominus si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super*
2 *hoc à Sede Apostolica † Delegato, secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.* fac. *cap.* 1. *de priuileg. in* 6. Hanc partem & conclusionem defendunt Nauarr. *consil.* 21. *de Regular. in antiq. & in nou. consil.* 12. P. Azor. *institut. Moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *quæst.* 3. Sayr. *in florib. decis.* 26. *titul. de Regularib.* Emman. Rodrig. *tom.* 2. *Regular. quæst.* 2. *artic.* 4. & *quæst.* 63. *artic.* 7. versic. *Quinto.* Hieronym. Rodrig. *in Compend. quæst. Regular. resolut.* 82. *num.* 11. Campanil. *in diuersor. iur. Canonic. rubric.* 12. *cap.* 13. *numer.* 22. Marcell. Vulpe *in prax. iudic. for. Ecclesiast. cap.* 42. *num.* 21. *cum seqq.* Hercul. Marescot. *lib.* 2. *variar. cap.* 35. *numer.* 126. Marc. Anton. Cuchus *institut. maior. libr.* 2. *titul.* 6. *num.* 163. Paul. Fusc. *libr.* 2. *de Visitat. cap.* 17. *à princip. & cap.* 20. *à num.* 7. Petr. Cened. *Canonicar. quæst.* 26. *num.* 33. Barbos. *de offic. & potestat. Episcop.* 3. *part. allegat.* 105. *numer.* 14. & *in cap. Quanto* 7. *num.* 5. *in fin. de offic. iudic. ordinar. & in dict. cap.* 3. *Concilij à num.* 1. Ricc. *in decisionib. Curiæ Archiepiscopal. Neapol. decis.* 231. *part.* 4. & *decis.* 100. *à num.* 1. *part.* 3. & *in prax. rer. for. Ecclesiast. decis.* 654. *numer.* 2. Beller. *disquisit. Clerical.* 2. *part. tit. de pœn. Clericor.* §. 24. *à num.* 29. Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regular. quæst.* 5. *num.* 2. & *quæst.* 6. versic. *Septimo fallit*, Bartholom. Gauant. *in Manual. Episcopor.* verbo *Regularium iura sub Episcopis num.* 66. Ioann. Baptist. Thor. *in Compend. decisionum Curiæ Archiepiscop. Neapolit.* verbo *Regulares in fin.* 1. *part. Compend. decisionum Regal.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 1. *disputat.* 15. *quæsit.* 7. *num.* 7. & *tom.* 3. *disput.* 5. *quæsit.* 11. *num.* 61. & 91. Lezan. *tom.* 1. *Regular. quæst. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. D. Villarroel. *en el Gouiern. Ecclesiastic.* 1. *part. quæst.* 6. *artic.* 1. *à numer.* 17. 24. & 25. P. Bauny *Theolog. Moral. lib.* 2. *quæst.* 12. versic. *Equidem.* Gabriel. à Sanct. Vincent. *de censur. disp.* 1. *n.* 379. D. Vrrutigoit. *de compet. quæstion.* 87. *numer.* 28.

Quæ dispositio & resolutio procedit similiter in Religiosis, & Militibus † mi-
3 litiæ Sancti Ioannis Hierosolymitani, quemadmodum consuluit Nauarr. *dict. consil.* 21. incip. *An Milites Sancti Ioannis*, Sayr. P. Azor. Rodrig. Barbos. Ricc. Tamburin. & alij *locis citatis* Ioann. Mar. Nouar. *de election. for. sect.* 2. *quæst.* 69. *n.* 11.

Neque Superioribus aduersatur Sacræ Cōgregationis Decretum, anno 1624. à Sanctissimo Vrbano VIII. approba-

tum in ſua Conſtitutione incip.*Sacra Congregatio pag.*63.*tom.*4.*Bullar.* quatenus
4 *in §.* 4. ſtatuit,Regulares fugitiuos † & apoſtatas ab Ordinarijs locorum in carceres conijci, & Superioribus ipſorum conſignari debere, ibi : *Rurſus ſtatuit, vt fugitiui & apoſtatæ, ſiue habitum Regularem deferant, ſiue non ; poſsint ac debeant ab Epiſcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres conijci, ac Superioribus Regularibus conſignari, ſecundum Regularia inſtituta puniendi ; vtque ipſi quo-*
5 *que † Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, vt apprehendantur ; ſalua tamen in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa, à Decreto Concilij Cap.* 3. *ſeſſ.* 6. Iunctis Nauarr. *commentar.* 3. *de Regular. numer.* 50. Mirand. *in Manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 51. *artic.* 3. P. Suar.*tom.* 4. *de Religion. tractat.* 8. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 17. Pat. Layman *lib.* 4.*tractat.* 5. *cap.* 13. *numer.* 7. Frat. Iacob. Ragg. *de Regimin. Regular. centur.* 1. *part.* 3. *dub.*84.

Non inquam refragatur, quoniam
6 hoc procedit, quoties Regularis † ex ſola vagatione & fuga carceri mancipatur ; non vero dum extra Monaſterium degeret, alia commiſsit crimina; quia tunc non eſt conſignandus Superioribus, ex dicta conſtitutione & declaratione Sacræ Congregationis, ſed puniendus erit ab Ordinario, tanquam Se-
7 dis † Apoſtolicæ Delegato,in vim *præfati cap.*3. Concilij Tridentini ; ita Alexander Sperell. *deciſ.*38.*num.* 22.*& fin.* Aſcanius Tamburin.*dict.tom.*1.*de iur. Abbat.diſput.*15.*quæſito* 7.*num.* 7. Vbi aliam Sixti V.Conſtitutionem intelligit, quæ
8 dum † aliquibus inibi Cardinalibus nominatis,cauſas Religioſorum extra clauſtra degentium committit, intelligenda eſt de vagantibus tantum Religioſis, & quod fuerit temporalis;Concilium vero loquitur de delictis poſt egreſſum à Monaſterio commiſsis ; non de eo ſolum quod perpetratur, egrediendo ab eo abſque licentia.

Sed quid dicendum quando Regularis delinquens extra Monaſterium & clauſtrum,in eo degit? Et eo caſu ſi notorium,
9 † & publicum fuerit commiſsum delictum,Regularem à ſuo Superiore,inſtante Epiſcopo,eſſe puniendum ; vel ab ipſo Epiſcopo, Superiore Regularis in mora conſtituto, decernit Sancta Tridentina Synodus *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.*14.præfatum præſcribens modum per hæc verba : *Regularis † non ſubditus Epiſcopo,* 10 *qui intra clauſtra Monaſterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendum ſeuere puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat ; ſin minus ipſe à ſuo item Superiore officio priuetur & delinquens ab Epiſcopo puniri poſsit.*Bulla Clemen.VIII. incip.*Suſcepti muneris pag.*53. *tom.*3.*§.*1. Bulla Leon.X.incip.*Regimini pagin.* 558. *tom.*1. *Bullar.* De qua re late agunt Frat. Paulin.Bertus *in prax.criminal. Regular. dict.tit.*4.*cap.*29.*num.*44.vbi literam dictę Bullæ Clement.tradit, & *tit.* 2. *cap.* 14. *num.fin.* Emman. Rodriguez *dict.tom.*2. *Regular. quæſt.*63.*art.* 11. Balthaſ. Altamiran. *de Viſitat.* verbo *Propriam Diœceſim num.* 45. *fol.* 22. (vbi dicit ad Epiſcopum pertinere ſubſidiariam Regularium correctionem, *ex cap.Quanto* 7.*de offic. Ordinar. cap.* 1. vbi gloſ. *de ſtatu Monach.* Abb. *in cap. Ea quæ num.* 1. *eodem titul.*) P. Sanchez *Conſilior. Moral. libr.* 6. *cap.* 9. *dub.* 1.*num.* 25.*ad medium.* Ioan. Baptiſt. Confectius *in Summar. priuilegior. titul. de for. competent. cap.* 2. Portell. *in dub. Regularib.* verbo *Epiſcopus à num.* 2. Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſiaſt. deciſ.* 650. *& in deciſionib. Curiæ Archiepiſcop.Neapolit. deciſ.* 202. *numer.* 6.*part.* 4. Laurent. Peyrin. *tom.* 1. *priuileg. Minor. Conſtitut.* 2. *Sixt. IV. num.*61. Ciarlin.*dict.cap.*50.*num.*1. 9. 10. 20.*&* 21. Nald. Piaſec. Villalob. & alij apud Dian. 3.*part.Moral.tractat.* 2. *reſol.* 132. & apud Barboſ.*in dict.cap.* 14. *Concilij,& dict. allegat.* 105. *num.* 18. *& in Summ. deciſionum Apoſtolicar. collect.* 297. *à num.* 7. Sperell.*dict. deciſ.*38.*num.* 4.*&* 12. Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt.* 1. *part. cap.* 8.*à numer.*13.Venero à Leyua *in examin. Epiſcop. lib.* 6. *cap.* 8. Gauant,*vbi ſupra à num.* 66. Gabriel. à Sanct.Vincent.*loco citato*, Tambur. *d. q.*7. *n.*11.*& tom.*3.*diſp.*5.*q.*11.*n.*62.D.Villarroel.*ſupr.n.* 22.

Apud Nos extat Regia Schedula *vltim. Octobris* 1624.quæ ita concludit : *Rogamos, y encargamos † à los Arçobiſpos, y* 11 *Obiſpos de las nueſtras Indias,que eſtèn muy atentos à las obligaciones de ſus Oficios, para que ſi los Superiores de las Religiones, auiendo ſido amoneſtados de delitos, y exceſſos de ſus Religioſos, no los caſti-*

ga-

garen, vſen en tal caſo de la juriſdicion què por derecho, y por el Santo Concilio de Trento les compete, para caſtigar, y poner remedio, como conuenga, exercitando ſu oficio Paſtoral con la prudencia que de ſus perſonas ſe confia; ex qua deſumpta eſt *l.* 21. *titul.* 10. *lib.* 1. *Summar.* ita: *Que los Arçobiſpos y Obiſpos procuren euitar los exceſſos que los Religioſos cometieren, vſando del derecho que el Concilio les permite.* D. Palafox *in allegat. iur. pro Clero Angelopolitano allegation.* 3. *numer.* 337. *fol.* 186.

Modum autem procedendi in hoc caſu præſcribit Barboſ. *dict. collect.* 297.
12 *à num.* 7. dicens, quod Epiſcopus † ſtatim habita notitia delicti Regularis, notoriè extra clauſtra delinquentis, informationem capiat ſummariam, illamque ad Superiorem Regularis remittat, vt nequeat de eo delicto ignorantiam præſumere;
13 ſufficietque quod viua † voce eumdem Superiorem Regularem moneat, vel literas eidem ſcribat, ipſique terminum ad puniendum ſubditum publicè cum ſcandalo delinquentem, præfigat; idque obſervauit ex Sacræ Congregationis Concilij declaratione *die* 19. *Septembris* 1625. facta; ad diuerſa dubia, ad ſupplicationem & propoſitionem Ioannis Cebicos, Theſaurarij Metropolitanæ Eccleſiæ de Manila in Inſulis Philippinis, quæ extat apud eumdem Barboſam *in cap. fin. num.* 8. *de ſtat. Monachor.* cuius ipſe etiam meminit *dict. num.* 7. *& in dict. cap.* 14. *Concilij num.* 3. Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Epiſcopus num.* 33. P. Sanchez *dict. n.* 25. *ad medium.* Piaſec. *in prax. Epiſcop.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 43. Hieronym. Rodriguez *in dict. compend. reſolut.* 62. *num.* 8. Fuſc. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 11. Ciarlin. *dict. cap.* 50. *n.* 2. Tamburin. *dict. tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 11. *n.* 66.

Nota tamen, Superiores Regulares qui ad præſcriptum Concilij Tridentini *in dict. cap.* 14. tenentur facere certiores Epiſcopos, de punitione Regularis extra clauſtra delinquentis notoriè, non
14 ſatisfacere † verbo huiuſmodi certiorationem faciendo; ſed in ſcriptis id facere debere, ita deciſum à Sacra Congregatione Concilij *in Lucana* 14. *Decembris anno* 1630. referunt Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 117. Gauant. *vbi ſupra in addition. n.* 16. Tambur. *dict. quæſito* 11. *num.* 64. D. Villarroel. *à n.* 23.

Poteſt etiam Epiſcopus Regularem delinquentem † capere, & remittere ad 15
ſuum competentem Iudicem, ſi fugæ periculum concurrat, vel quando proprij Iudicis auctoritas non poteſt ſufficere, vel expectari, Petr. Cened. *dict. quæſt.* 26. *num.* 31. *& quæſt.* 45. *num.* 10. Rodrig. *dict. quæſt.* 63. *art.* 7. verſ. *Tertio*, Flamin. Pariſ. *de reſignat. Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 12. cum alijs Barboſ. *dict. allegat.* 105. *num.* 64. Henriquez *in Summ. lib.* 7. *cap.* 25. *§.* 7. *in liter. Q.* Fuſc. *dict. lib.* 2. *cap.* 8. *numer.* 20. *& cap.* 20. *num.* 25. Gabant. *d.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis numer.* 62.

In his tamen caſibus Prælatus Regularis non tenetur proceſſui vel informationi à Diœceſano, vel Epiſcopo factæ, ſtare; itaque ſuum † ſubditum punire de- 16
bet per proceſſum & acta à ſe confecta, ſic ex Laurent. de Peyrin. *tom.* 1. *priuilegior. in Conſtit.* 4. *Sixti IV. n.* 32. docet P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 6. *num.* 11. Adde quæ tradidi *Cap.* 12. *n.* 51.

Quid autem dicendum vel agendum, ſi ita notoriè † & cum ſcandalo delinquens 17
ſit ipſe Monaſterij, vel Conventus ſuperior? Et eo caſu ab Epiſcopo loci, vel alio Ordinario in carcere detineri debere, nomine Prælati talis Superioris, donec idem Prælato ſcribatur, narrando factum; & eum requirendo, vt reſcribat, cui conſignandus ſit Superior carcere detentus, docet Ciarl. *d. cap.* 50. *n.* 12.

Non vero procedit præfati Concilij Decreti deciſio quando Regularis intra Monaſterij clauſtra ita delinquit, vt delictum extra clauſtrorum metas † exiens, 18
generet in populo ſcandalum; tunc enim Epiſcopus inſtare non poterit, vt delinquentem puniat Superior Regularis, neq; ipſe ob negligentiam illius Prælati delinquentem punire; cū eo caſu extra clauſtra non ſit commiſſum crimen, quod requirit dicti Decreti diſpoſitio, ita ex Cochier. *de conſeruat.* 2. *part. quæſt.* 102. *à numer.* 5. Laurent. de Peyrin. *in formul. Regul. lit. P. cap.* 7. *n.* 3. tradit Barboſ. *in dict. cap.* 14. *Concil. num.* 3. *in fin.* vbi *in princip.* advertit, Gregor. XV. *in ſua Conſtitut.* incip. *Inſcrutabili*, quam retuli *ſupra Cap.* 54. *n.* 2. *in fin. §.* 4. nouiſſimè conſtituere, quod tam Regulares, quàm † ſæculares huiuſ- 19
modi nullius priuilegijs, aut exēptionibus tueri ſe poſſint, quominus ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut

circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant; Quod de omnibus delictis, non
20 tantum † notorijs, & quæ ſcandalo populo eſſe ſolent, intelligi debere, aſſerit Melch. Loter. *de re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 24. à n. 66.*

Adverte item in hac materia, quod ſi
21 Regularis † delinquens pro cuius punitione inſtat Epiſcopus, aliò ſe transferat, extra ſcilicet Epiſcopi Diœceſim, vt eo medio delicti pœnam effugere tentet, eodem Ordinario potente & inſtante, delinquentis Superior Regularis tenetur eum reducere, vt iudicari valeat, ita ſtatuitur *in dict. Bull. Clem. VIII.* incip. *Suſcepti muneris. §. 3.* illic: *Cæterum ſi Superior in Regularem delinquentem non animaduerterit, quinimo ſi illum impunitum ad alia ſuorum Ordinum loca, extra Epiſcopi Diœceſim, vt præfertur, tranſmiſſerit, volumus, & ſimili motu atque auctoritate decernimus, vt ſuperior, inſtante Epiſcopo intra terminum ab Epiſcopo præfigendum, & ſub eiſdem*
22 † *indignationis noſtræ, ac priuationis dignitatum & officiorum obtentorum, necnon & ſub inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda; ac vlterius priuationis activæ, & paſsiuæ vocis, ad quas à nemine præterquam à Nobis, & à Romano Pontifice, pro tempore exiſtenti, reſtitui poſsit, ipſo facto ſimiliter incurrendis pœnis ipſum regularem delinquentem à loco, ad quem tranſmiſſus fuit, reuocare, & in quo deliquit conſtituere, ſeu ſiſtere teneatur.* D. Vega *in cap. Cæterum 5. de iudic. n. 39.* Gauant. *vbi ſupr. n. 67.*

Notoriè item & cum ſcandalo intra
23 Eccleſiam † Regularis delinquens, eo ipſo ſimiliter Ordinarij loci ſubijcitur iuriſdictioni & punitioni, ſi extra clauſtra degat, ſecundum Sacræ Congregationis Concilij declarationem, *ſub die 19. Septembris 1625.* de qua Hieronym. Rodriguez *vbi ſupr. reſolut. 62. ſub num. 8.* verſic. *Denique*, Barboſ. *in Summ. deciſionum Apoſtolicarum dict. collectan. 297. n. 8.* Gauant. *vbi proximè in addition. n. 17.* D. Villarroel. *vbi ſupr. n. 27.*

24 Rurſus in cauſis † ciuilibus Regularium extra clauſtra viuentium rectè procedit Epiſcopus; quando cauſæ illæ ad perſonas miſerabiles, & mercedum, vel ſalariorum ſolutionem, aut quid ſimile ſpectant, iuxta præſcriptum Sancti Tridentini Concilij *ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 14.* Sacra Congregatio Concilij ſuper hoc cap. ita reſoluit: *Conqueſtus † eſt Epiſcopus Mantuan. quod Regulares pro contractibus vel debitis non ſinerent ſe in prima inſtantia conueniri coram locorum Ordinarijs; Congregatio cenſuit, ſi hi Regulares extra clauſtra Monaſterij degunt, ſeruandum eſſe quod dicit ſeſſ. 7. cap. 14. Si intra Monaſteria † maneant, conueniendos eſſe coram Su-* 26 *perioribus vel conſeruatoribus eorum, non autem coram Ordinarijs, aut alibi; ſi quid vero deſideretur cum Concilium nihil vltra decreuerit, adeundam iterum eſſe Congregationem Concilij.* traditur à Narbon. *in l. 59. tit. 4. lib. 2. Recopil. gloſſ. 1. num. 230.* de qua re latè agunt Flamin. Pariſ. *de reſignat. Benefic. dict. lib. 3. quæſt. 11. num. 7.* verſ. *Tertio.* Emman. Rodrig. *tom. 1. Regular. quæſt. 65. art. 3. & 5. & tom. 2. dict. quæſt. 2. art. 8.* Petr. Cened. *dict. quæſt. 26. num. 33.* Franciſc. Leo *in Theſaur. dict. 1. part. cap. 3. num. 34.* Gutierr. *practicar. lib. 3. q. 10.* Hieronym. Zeuall. *commun. contra commun. quæſt. 897. ſub num. 813. & in tractat. de cognit. per viam violent. 2. part. quæſt. 71. num. 37.* P. Fragoſ. *de regim. Reipubl. 2. part. libr. 4. diſput. 12. num. 30. & ſeqq.* Fuſc. *dict. lib. 2. de viſitat. cap. 15. num. 44. & cap. 16. n. 34.* Campanil. *dict. cap. 13. à num. 29.* Thomas Treuiſan. *deciſ. 36. num. 2. lib. 1.* Caren. *reſol. forenſ. cap. 17. num. 17.* D. Villarroel. *dict. quæſt. 6. artic. 1. num. 16.* Tamburin. *dict. tom. 1. diſput. 15. quæſito 7. numer. 8. & ſeqq. & tom. 3. diſputat. 5. quæſito 11. num. 90.* Lezan. *dict. tom. 1. quæſt. Regular. part. 1. cap. 11. n. 10.* Vbi exponit, quæ dicantur miſerabiles perſonæ.

Epiſcopo præterea ſubſunt Regulares extra Monaſterium † exiſtentes, & ha- 27
bitantes in aliqua domo pro erectione Conventus, vel Monaſterij, ſi ibi delinquant, nec habeant in ea Superiorem, ſub quo Conventualiter viuant, ita declarauit Sacra Congregatio *die 24. Maij* 1588. per hæc verba: *Regularis manens extra clauſtrum de licentia ſui Superioris, in domo deputata ad erectionem Monaſterij, niſi in dicta domo ſit Regularis obſeruantia, vt ſaltem viuat ſub Superiore Conuentualiter, poteſt puniri ab Ordinario.* De hac declaratione agunt Genuenſ. *in prax. Archiepiſc. Neap. cap. 59. ſub n. 2. in fin.* Piaſec. *in prax. Epiſc. 3. p. cap. 3. de Viſitation. Regular. fol. 178.* Campanil. *dict. cap. 13. ſub n. 22.*

in

in fin. Rubeus *decis.* 15. Sperell. *decis.* 38. *num.* 21. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol.* 223. *num.* 5. *part.* 1. Tamburin. *dict. quæsit.* 7. *n.* 7. *in fin. prin.* D. Villorroel. *dict. art.* 1. *n.* 19. & 20.

28 Eo enim casu † & alijs similibus, non creduntur conventualiter viuere, nec habentur ac si essent in Monasterio, qui sub Superiore non viuunt, cui immediatè in ea domo, vel alibi subiecti sint Vincent. Marzil. *ad Concil. Tridentin. lib.* 4. *titul.* 7. *cap.* 1. Ioann. Sotteal. *ad idem Concil. sess.* 25. *de Regularib. in dict. cap.* 14. Barbos. *dict. allegat.* 105. *numer.* 16. Ciarlin. *dict. cap.* 50. *num.* 6. Ricc. *decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol.* 202. *part.* 4. & ex eo Ioann. Baptist. Thor. *in compend. decisionum Curiæ Archiep. Neapol.* verbo *Regularis. in* 4. *tom. compend. decis. Regal.* Peyrin. *tom.* 1. *priuileg. Constitut. Sixt. V. §.* 11. *num.* 22. Tamburin. *dict. quæsito* 7. *num.* 9. Gabr. à Sanct. Vincent. *de censur. disput.* 1. *n.* 379.

Denique hodie ex Noua Vrban. VIII. constitutione & declaratione, *anno* 1625.

29 facta, Regulares in aliquo † Conventu, Monasterio, Domo, aut Congregatione, post illam constitutionem structa, habitantes *infra* numerum duo decim, Episcopi subduntur iurisdictioni, ita statutum est *in Bulla* huius Pontificis incip. *Cum sæpè contingat pag.* 88. *tom.* 4. *Bullar. in §.* 14. ibi: *Deinceps vero Monasterium Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, vt supra, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti fœlicis recordat. Gregor. XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt supra, sustentari atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur.* Gauant. *dict.* verbo *Regularium iura sub Episcopis nu-*

30 *mer.* 8. & 9. ait, hoc decretum † valere etiam extra Italiam, secundum declarationem eiusdem Pontificis *anno sequenti* 1626. factam, de qua *ibi.* D. Palafox *in dict. allegationib. iuris allegat.* 4. *numer.* 216. Ergo ex hac noua declaratione, vbi

31 duo † vel tres tantum habitant Religiosi, non potest dici Monasterium vel Conventus, quidquid ex glos. *in cap. Nobis* 25. versic. *In Conuentuali, de iur. patron.* dicat Murga *in quæst. Pastoral. disquisit. Pastoral. Canonic. n.* 10.

In his tamen Indiarum Regnis & Prouincijs Constitutio hæc non obseruatur; passim enim videmus † Monasteria, 32
Conventus, & Domos Regulares, in quibus Religiosi vel Fratres infra eum numerum inhabitant, & perseuerant; qui nihilominus suis Regularibus Superioribus subduntur, exclusis omnino Episcopis, & alijs Ordinarijs Ecclesiasticis. Difficilè itaque foret hoc ad terminos præfatæ Bullæ in Indijs reducere; induceretque magnas quotidiè inter Episcopos & Regulares controuersias & rixas, quas Rex Catholicus Dominus noster maturè rem expendens, semper solet extinguere & repellere, suspensis interim aliquarum literarum † intimatio- 33
nibus & promulgationibus, vt in specie notauit Lezan. *tom.* 4. *consultat.* 40. *n.* 89. & 101. *in fin.*

Tandem in hac materia obserua, in his casibus & similibus ex Sacrosancto Tridentino Concilio, vel alijs Apostolicis Constitutionibus procedente Episcopo, in quibus ipsum Concilium vel Constitutiones Apostolicæ eius iurisdictioni & correctioni exemptos subijciunt; non posse Regulares ipsius effugere, aut declinare iurisdictionem, vel Iudicem † con- 34
seruatorem eligere, ipsiusq; vti potestate & imperio contra Ordinarium; vt constat expresè in noua Sacræ Congregationis declaratione, à Sanctissimo D. N. Innoc. Papa X. confirmata *anno* 1648. in causa Angelopolitana, cuius Bullam ad literam trado *infra Cap.* 81. *in §.* 4. *illic*:

An in † *casu quo Episcopus præcipiat decreta aliqua Concilij Tridentini à Regularibus obseruari, & executioni mandari, Regulares quicumque, etiam Societatis Iesu sub prætextu, quod huiusmodi præcepta infringant sua priuilegia, possint eligere Conseruatores? Congregatio respondit, si Episcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Iesu, vt decreta aliqua Concilij Tridentini obseruent ac exequantur, illis casibus, in quibus per ipsum Concilium vel Constitutiones Apostolicas Regulares exempti subijciuntur iurisdictioni & correctioni Episcoporum, minimè licere ipsis Regularibus ob eam causam Conseruatores eligere.* 35

Regulares denique Epiſcoporum
36 ſubſunt poteſtati, quoad denuntianda † interdicta ab illis promulgata, Sanct. Tridentin. Concil. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 12. *Cenſuræ*, inquit, *& interdicta ne dum à Sede Apoſtolica emanata; ſed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſijs publicentur atque ſeruentur.* vbi latè Barboſ. *& de offic. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 105. *num.* 43. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſito* 11. *numer.* 53. Enriquez *in Summ. lib.* 3. *cap.* 42. *§.* 3. *in fin.* Ioann. de la Cruz *de ſtatu Relig. lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 2. Zeuall. *de cognition. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 71. *numer.* 48. Cochier. *de iuriſdict. in exempt. quæſt.* 45. *num.* 46. Ricc. *in prax. aur. reſolut.* 210. Gabant. *in Manual. Epiſcop.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcop. num.* 42. Lauret. de Franch. *de controuerſ. inter Epiſcopum & Regular. quæſt.* 6. *verſic. Quinto fallit. & quæſt.* 20. Adde contenta *in Epiſtolis Eugen. Pap. III. ſup. Cap.* 55. *adductis à num.* 11. *Reg. Schedul.* 31. *Iulij* 1545. *pag.* 161. *tom.* 1. *impreſſ.* Ex qua deſumitur *l. fin. titul.* 8. *lib.* 1. *Summar.* ita: *Que los Religioſos dexen publicar en ſus Monaſterios las cenſuras de los Iuezes Eccleſiaſticos.*

Similiter, ait Rodriguez, poſſunt
37 ab Epiſcopo cogi Regulares feſta † & Vigilias in Offertorio Miſſarum Conuentualium, quæ Dominicis diebus celebrantur in Monaſterijs, denuntiare; ne horum feſtorum & ieiuniorum ignorantia, Eccleſiaſtica à fidelibus tranſgrediantur præcepta, *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 43. *art.* 7. *in fin.* vbi ait, ita ſe vidiſſe obſervari à quibuſdam Fratribus Mendicantium in Diœceſi Eborenſi in Luſitania, Laurent. Portell. *in dub. Regular. verbo Epiſcopus num.* 7. alter Rodr. *in compend. reſolut.* 25. *ſub num.* 5. Gauant. *loco proximè citato num.* 41. Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 2. *part. allegat.* 24. *num.* 21. *& de Paroch. cap.* 16. *num. fin.* Vbi refert, à Sacra Epiſcop. & Regular. Congregatione deciſum ita fuiſſe *die* 15. *Decembris* 1603. Exſe vero Regulares non poſſe hęc populo annuntiare.

Verum deinde *ſub die* 2. *Iulij* 1620. Sacra Concilij Congregatio declarauit, Regulares non prohiberi dies feſtos † 38
& ieiunia in ſuis Eccleſijs denuntiare, prout affertur à Peyrin. *tom.* 2. *priuileg. in Conſtitut.* 7. *Pij V. num.* 13. *verſic. Ad primum*, P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tractat.* 8. *cap.* 5. *num.* 90. Gauant. *vbi ſupra in addition. num.* 7. Lezan. *tom.* 1. *Regular. part.* 1. *cap.* 12. *numer.* 41. *verſic. Ad primum*, vbi refert ſingularem (talem appellat) Sacrę Congregationis Epiſcopor. & Regular. declaration. 9. *Maij* 1642. qua reſpondit: *Priorem cuiuſdam Conuentus ſiti in quadam terra, in qua non erat, niſi vna Eccleſia Parochialis, qui volebat celebrare, & celebrari facere in ſua Eccleſia antequam Parochus, cogendum † ad denuntiandum in-* 39
ter Miſſarum ſolemnia dies feſtos, vigilias, excommunicatos, matrimonia, &c. & alia, quæ illi Parochus intimaret; alioquin quod differret celebrare poſt Parochum; hæc Lezana; huius declarationis meminit Barboſ. *dict. cap.* 16. *in fin.* Pellizzar. tamen *loco citato* docet, minimè Regulares poſſe ad hoc compelli; ſed eius opinio ex ſupradictis facilè componitur.

Adverte (vbi de denuntiationibus ſermo ſe offert) Regularem aliàs excommunicatum, iuſſu Epiſcopi poſſe † 40
denuntiari, vt ab alijs euitetur, Cened. *Canonic. quæſt.* 26. *numer.* 30. Mar. Alter. *de cenſur. tom.* 1. *libr.* 3. *diſput.* 10. *cap.* 5. Ricc. *in prax. reſolut.* 210. *numer.* 4. Rodriguez *tom.* 2. *Regular. quæſt.* 63. *artic.* 11. Treuiſan. *deciſ.* 36. *num.* 2. *lib.* 1. Piaſec. *in prax. Epiſcop.* 2. *part. cap.* 3. *§.* 6. *num.* 59. P. Dian. 3. *part. Moral. tractat.* 2. *reſolut.* 35. D. Palafox *in defenſ. Canonic. contra Patres Societatis* 4. *part. num.* 8. & alij *infra Cap.* 62. *num.* 65. adducti.

(§†§)

(✠)

AR-

SVMMARIVM.

1 REgulares Ordinarijs quoad publicas proceßiones, ſubſunt. limita vt n.2.3.40. cum ſeqq.

3 Qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt, ad proceßiones non accedunt.

4 Regulares, qui tenentur ad proceßiones venire, an poßint ad id cenſuris Eccleſiaſticis compelli?

5 Quæ dicantur in hoc caſu publicæ proceßiones. & n.6.

7 Regulares, vt accedant ad proceſsiones, debent ab Ordinario præmoneri. & n.55.

8 Regulares aliàs exempti non poſſunt cogi ad proceſsiones, licet interim voluntariè pluries acceſſerint.

9 Voluntaria interuentio in hoc caſu nullum ius Ordinario tribuit.

10 Regulares accedentes ad proceſsiones, in eundo & redeundo, ad Matricem debent concurrere.

11 Controuerſiæ in proceſsionibus quoad præcedentiam inter Regulares ortæ, ab Ordinario decidantur. & n.56.

12 Hoc caſu ſummariè, appellatione remota, procedit.

13 Appellatio tamen datur quoad effectum deuolutiuum.

14 Bulla Gregorij XIII. circa præcedentiam Regularium in proceſsionibus edita, adducitur.

15 Qui in quaſi poſſeſsione præcedentiæ inuenitur, interim conſeruatur. & num. 24.

16 Ceſſante quaſi poſſeſsione præcedentiæ præcedit Monaſterium, quod primo in loco fundauit.

17 Gregorij conſtitutio nihil induxit, quoad præcedentiam, in alijs caſibus.

18 Clemens VIII. Prædicatoribus in proceſsionibus præcedentiam conceſsit, licet alij Fratres prius fundauerint. & n.19.

20 Hoc ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ pœna ſeruari iubetur.

21 Pius V. eandem præcedentiam Dominicanis primo conceſſerat.

22 Præcedentia à Gregorio XIII. ſtatuta ex Sacræ Congregationis Rituum declaratione, ſeruatur.

23 Gregorius XIII. non reuocauit Pij V. priuilegium.

24 Vrbani VIII. conſtitutio in materia refertur.

25 Regulares per ſe an poſsint proceſsiones facere? & n.27.57.

26 Iacobi de Graffis opinio reijcitur.

28 Vbi datur legitima conſuetudo, eidem quoad hoc ſtatur. & n.29.30.

31 Sacræ Congregationis Rituum declaratio, quæ modum in hoc ſeruandum præſcribit, traditur.

32 Hæc declaratio non procedit, vbi aliud ex priuilegio obſeruatur. & n.35.

33 Prædicatores habent priuilegium faciendi proceſsiones extra clauſtra, pro Sanctiſsimo Roſario, &c.

34 Roſarij proceſsio poteſt fieri per totam Ciuitatem, & in alijs B. Virginis feſtiuitatibus, ſi adeſt conſuetudo à decem annis retro.

36 Gregor. XIII. ſtatuit, licere omnibus proceſsionem facere, in quacumque die infra Octauam Sanctiſsimi Corporis Chriſti.

37 Regulares, ſine Ordinario, non poſsunt Euchariſtiam Sanctam publicè adorandam, exponere.

38 Priuate vero in tabernaculo & pyxide, modo non extrahatur, poſsunt.

39 Regularium priuilegia de non accedendo ad publicas proceſsiones, inſpicienda ſunt.

40 Religiones multæ habent priuilegium non accedendi ad proceſsiones.

41 Clerici Regulares miniſtrantes infirmis eo gaudent.

42 Item Clerici Regulares Sancti Pauli decollati.

43 Clerici Regulares Theatini.

44 Benedictini B. Mariæ Montis Oliueti.

45 Patres Societatis Ieſu.

46 Fratres Deſcalceati B. Mariæ de Monte Carmelo.

47 Fratres Pauperes Scholarum piarum.

48 Monachi Sancti Hieronymi Regnorum Hiſpaniæ.

49 Canonici Regulares Lateranenſes.

50 Monachi Caſſinenſes.

51 Monachi Sanctiſsimæ Trinitatis Cauen.

52 Fratres B. Ioannis Dei ex Bulla Gregorij XIV. ſed contrarium hodie ſeruatur.

53 Hi ex Bulla Pij V. & aliorum Ordinario ſubijciebantur; ſed ex Bulla

Vr-

Vrbani VIII. exempti ſunt.

54 *Regia Reſcripta adducuntur quoad proceſſiones, & controuerſias earum, quibus Tridentinum Concilium obſeruari iubetur.*

59 *Epiſcopis Indiarum impartitur Regium auxilium in materia proceſſionum & controuerſiarum illarum.*

ARGVMENTVM.

ALij caſus referuntur, in quibus Epiſcopi iuriſdictioni ſubijciuntur Regulares omnes in communi, præcipuè circa publicas proceſsiones, etiam de iure Indiarum.

CAPVT LIX.

PRæterea Regulares omnes, aliis non
1 exempti, quoad publicas † ſupplicationes & proceſsiones Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinarijs ſubiecti ſunt; poſſunt ſiquidem ab eiſdem compelli, vt accedant quoties opus fuerit, ad publicas poceſsiones, *Bulla* Leon. Pap. X. *quæ* incipit: *Dum intra mentis arcana pagin.* 586. *tom.* 1. *Bullar. §.* 5. *Ac ab eiſdem*, inquit Pontifex, *Prælatis ad proceſsiones ſolemnes pro tempore faciendas requiſiti*
2 *(dummodo eorum † loca ſuburbana, vltra vnum milliare à Ciuitatibus reſpectiuè non ſint remota) accedere.* Bulla Pij V. incip. *Et ſi Mendicantium pag.* 227. *§.* 3. Sanct. Tridentin. Concil. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 13. *in fin.* illic: *Exempti autem omnes tam Clerici ſæculares, quàm Regulares quicumque, etiam Monachi, ad publicas proceſsiones vocati, accedere compellantur; ijs tantum*
3 *exceptis, qui in ſtrictiori clauſura † perpetuo viuunt.* Declaratio Sacræ Congregationis apud Sorbum *in addit. ad compend. priuilegior. Mendicant.* verbo *Proceſsiones §. Ac tenentur.* Portell. *in reſponſ. Moral. tom.* 2. *caſ.* 107. Pariſ. *de reſign. Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 18. Cened. *Canonicar. quæſt.* 26. *num.* 15. *& ad decretum collectan.* 45. *num.* 3. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 3. *quæſt.* 36. *artic.* 1. Marc. Anton. Cuchus *inſtitut. maior. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 55. Zerol. *in prax. Epiſcop.* 1. *part.* verbo *Proceſsiones §.* 2. Mar. Antonin. *variar. lib.* 1. *reſolut.* 103. *num.* 16. Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 143. Eraſm. Cochier. *de iuriſdict. in exemptos. part.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 109. Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap.* 20. *§.* 2. *num.* 4. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capellan. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 14. Ioann. Garc. *de expenſ. & meliorat. cap.* 21. *num.* 38. Michael Aggia *de exhibend. auxilijs fundam.* 5. Paul. Fuſc. *de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 12. *& cap.* 15. *num.* 64. Stephan. Gratian. *deciſion. March.* 232. *à num.* 7. Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſiaſt. deciſ.* 362. *num.* 2. *&* 6. *& in deciſionib. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ.* 90. *num.* 3. *part.* 1. & ex eo Ioann. Baptiſt. Thor. *in compend. deciſion. Curiæ Archiepiſc. Neapol.* verbo *Regulares in* 1. *part. compend. deciſion. Regal.* D. Salgad. *de Reg. protection.* 2. *part. cap.* 9. *num.* 102. *& ſeqq.* D. Valençuel. *conſil.* 1. *à num.* 5. Zeuall. *in tractat. de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 71. *ſub num.* 47. Barboſ. *in dict. cap.* 13. *Conſil. à num.* 17. *& de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 78. *nu n.* 2. 8. *&* 11. *& de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 158. *& in Sum. deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 468. *num.* 10. *& in collectan. Bullar.* verbo *Mendicantes §.* 5. Lezan. *tom.* 1. *quæſt. Regular.* 1. *part. cap.* 9. *num.* 47. *&* 2. *part. cap.* 1. *à num.* 50. *& num.* 94. *& cap.* 2. *num.* 35. *& tom.* 2. verbo *Proceſsio quoad Regulares num.* 2. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſito* 7. *num.* 20. *& diſput.* 24. *quæſito* 8. *num.* 3. *& tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſito* 11. *num.* 55. Gauant. *in Manual. Epiſcop.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis num.* 37. & verbo *Proceſsio num.* 7. *& in addit. num.* 10. D. D. Didacus Ximenez Lobaton *in diſcurſ. iuriſdict. contra Archiepiſcop. Granatenſ. numer.* 26. *nota* 217. P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tract.* 5. *cap.* 11. *à num.* 1. *&* 6. *& tractat.* 8. *cap.* 6. *num.* 68. qui etiam diſputant, an † eo caſu valeant Regulares ab 4
Or-

Ordinarijs censuris Ecclesiasticis compelli? de quo Nos agimus *infra Cap.* 62. *à num.* 43.

5 Quæ autem in præsenti dicantur † publicæ processiones, & rogatiuę, vt ad eas accedere teneantur Regulares ? tradunt Barbos. *in Summ. decision. Apostolicar. collectan.* 605. *num.* 23. vbi meminit Sacrę Congregationis Concilij declarationis, quam sequitur Sacra Congregatio Rituum in Ferrarien. 27. *Iulij* 1609. quæ ab eodem refertur *de iur. Eccleſiaſt. dict. cap.* 43. *num.* 159. illic: *Et de hac re emanauit*
6 *declaratio prout sequitur; Sacra † Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum sæpiùs declarauit, publicas processiones, ad quas exempti ab Episcopis vocati, accedere tenentur ex decreto Cap.* 13. *sess.* 25. *eiusdem Concilij, esse intelligendas, quæ indictæ fuerint pro bono publico, vel publico honore; quam Congregationis Concilij declarationem Sacra Rituum Congregatio vbique seruandam esse censuit & declarauit, in vna Ferrarien.* 27. *Iulij* 1609. *& de offic. & potestat. Episcop.* 3. *part. dict. allegat.* 78. *num.* 2. *in fin.* Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſiaſt. decis.* 362. *num.* 7. *& in decision. Curiæ Archiepiscop. d. decis.* 90. *n.* 2. Lezan. *d. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 9. *n.* 47. *& p.* 2. *cap.* 1. *n.* 50.

In his ergo casibus omnino tenen-
7 tur Regulares ad processiones † & supplicationes accedere, vt vidimus; verum vt id adimplere ipsi valeant, debent ab Episcopis & Ordinarijs locorum pręmoneri, vt processionum notitiam habere possint; ita apertè statuunt dicta Bulla Leon. X. ibi; *requisiti* Tridentinum: *vocati*; & proximè relata declaratio Sacra, illic: *Ad quas exempti, ab Episcopis vocati.* notarunt in specie Peyrin. *tom.* 1. *priuilegior. Minimorum in constitut.* 2. *Sixt. IV.* §. 11. *num.* 57. Cespedes *de exemption. Regular. dub.* 208. D. Salgad. *dict. cap.* 9. *num.* 102. *& num.* 109. Gauant. *vbi supra*, verbo *Processio à num.* 7. Lezan. *dict. cap.* 9. *num.* 47. P. Pellizzar. *dict. tractat.* 5. *cap.* 11. *num.* 4. *& tractat.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. *ad med. & tractat.* 8. *cap.* 6. *num.* 68. *ad med.* fac. *l.* 1. §. *Magistratibus*, ibi: *Si moniti non dederint. ff. de Magist. conuen. l.* 4. §. *Hoc autem, l. Cum postulassem* 44. *ff. de damn. infect. l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recopil.* iunctis Azeued. *in l.* 22. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recopil. num.* 2. Bouadilla *in Polit. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 145. Mart. *de iurisdiction.* 4. *part. cas.* 146. *num.* 21. Berart. *in Specul. Visitat. cap.* 5. *à numer.* 91. *&* *cap.* 25. *à num.* 37. D. Ioseph Gonçalez *in defensa legal. pro exclusione criminum, in visitat. eidem obiector. n.* 549.

Non tamen Episcopi † & alij Præ- 8
lati poterunt compellere Regulares accedere ad has processiones, quando aliàs non tenentur ob aliquod priuilegium & exemptionem, vt postea dicam; quamvis pluries voluntariè ad eas accesserint; cum ex hac voluntaria † interventione nul- 9
lum Prelatis sit quæsitum ius, Vgolin. *de offic. Episcop. cap.* 20. §. 2. *n.* 5. Scip. de Rubeis *in aphorism. Episcop.* verbo *Priuilegium num.* 5. ex Calderin. *consil.* 8. *de Regular. seu priuileg.* Felin. *in cap. Dilectus numer.* 7. *in fin. de offic. iud. ordinar.* Quarant. *in Summ. Bullar.* verbo *Præcedentia*, versic. *An in casu.* Portell. *in dub. Regularib.* verbo *Processiones num.* 6. Barbos. *de iur. Eccleſiaſt. dict. cap.* 43. *num.* 176. Lezan. *dict.* 1. *part. cap.* 9. *num.* 47. *in fin. & tom.* 2. verbo *Processiones quoad Regulares num.* 3. Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verb. *Processiones n.* 19. Tamburin. *d. tom.* 1. *disp.* 24. *quæst.* 8. *n.* 6.

Regulares autem, qui ad publicas processiones accedere tenentur ex Decreto Concilij Tridentini, in eundo † & re- 10
deundo debent ad Cathedralem, vel Matricem Ecclesiam concurrere, aliàs compelluntur, ita Ricc. *decis. Curiæ Archiepiscopal. Neapol.* 379. *part.* 4. & ex eo Thor. *in compend. decision. eiusdem Curiæ* verbo *Regulares in tom.* 4. *compend. decision. Regal.* Gauant. *dict.* verbo *Processio numer.* 16.

Data vero inter Regulares vel alios aliqua controuersia circa præcedentiam & locum, in his processionibus & actibus, eam decidere † & resolvere debet 11
locorum Episcopus, aut Ordinarius, Tridentin. Concil. *dict. cap.* 13. *à princ.* Frat. Pauli n. Bertus *in prax. criminal. Regular. tit.* 4. *cap.* 29. *num.* 48. Rodrig. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 36. *art.* 3. Peyrin. *tom.* 1. *in dict. Constitut.* 2. *Sixti IV. num.* 58. Portell. *in dub. Regular. dict.* verbo *Processiones num.* 9. D. Valençuel. *dict. consil.* 1. *num.* 7. D. Villarroel. *en el Gouiern. Eccleſiaſtic. quæst.* 6. *art.* 13. *num.* 20. D. Salgad. *de Reg. protection.* 2. *part. cap.* 9. *num.* 100. Ricc. *in dict. decision. Curiæ Archiepiscop.* 90. *à num.* 1. Francisc. Leo *in Thesaur. for. Eccleſiaſt.* 1. *part. cap.* 8. *num.* 18. Fusc. *dict. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 65. Capell. Tholosan. *decision.* 483. *& seq.* Nauarr. *consil.* 8. *sub tit. de offic. Ordin.* Ann. *allegat.* 9. Gutierr. *lib.* 1. *practi-*

ſticar. quæſt. 12. Barboſ. *dict. cap.* 43. *num.* 177. & *dict. allegat.* 78. *num.* 26. Vbi, quod
12 procedat † Ordinarius, appellatione amota, ſine ſtrepitu iudicij ſummariè tantum, *ex dict. Decreto Concilij*, ita declaratum refert Campanil. *dict. cap.* 13. *numer.* 120. & *ſeq.* Franciſc. Leo *dict. cap.* 8. *num.* 18. Armendar. *in addit. ad Recopil. leg. Nauarr. lib.* 1. *tit.* 14. *l.* 24. §. 31. *de proceſſionib. num.* 10. Tambur. *dict. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſito* 7. *num.* 20. & *tom.* 3. *diſput.* 15. *quæſit.* 11. *num.* 81. Rota apud eumdem *dict. tom.* 3. *deciſ.* 115. *num.* 8. *vbi num.* 9. quod datur
13 appellatio quoad effectum † deuolutiuum, Lezan. *tom.* 2. verbo *Epiſcopus quoad Regulares n.* 23. & verbo *Proceſſio quoad Regulares num.* 5. P. Pellizzar. *dict. tractat.* 5. *cap.* 11. *num.* 15. & *tract.* 8. *cap.* 6. *à num.* 204.

Qualiter autem hæ precedentiarum in proceſſionibus controuerſiæ decidi & componi debeant, ſtatuerat Gregor. Papa XIII. *in ſua Bulla* incip. *Expoſcit pagin.* 467. *tom.* 2. *Bullar.* §. 3. per hæc verba: *De*
14 *nobis* † *attributæ poteſtatis plenitudine volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis Fratribus Mendicantibus inter ſe de præcedentia huiuſmodi contendentibus, aut confraternitatibus confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & cauſæ præmiſſorum occaſione ortæ iam ſint, ſeu oriri contigerit in futurum, qui in*
15 *quaſi poſſeſſione* † *præcedentiæ ac iuris præcedendi ſunt, ij (quibuſcumque reclamationibus, proteſtationibus, appellationibus & alijs ſubterfugijs prorſus remotis, & ceſſantibus, & poſtpoſitis) in proceſſionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant. Quãdo vero non probentur, aut nõ conſtet de quaſi poßeſſione præcedentiæ huiuſmodi; inter Fratres quidem Mendicantes ij,*
16 *qui antiquiores in loco* † *controuerſiæ; inter confratres vero inter ſe litigantes ij, qui prius faccis vſi ſunt, in proceſſionibus tam publicis, quàm priuatis, præcedere debeant; ita vt, ſi contigerit noua Monaſteria, aut domus alicuius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monaſteria, aut domus prius erecta, & inſtituta ſint, ille ordo qui prius Monaſterium ſeu domum in loco habuerit, præcedat.* Addit tamen *in* §. 4. hæc.

Præterea, quia inter prædictos ordines plurumque alia in proceſſionibus, & alia in Concilijs Generalibus, & alijs actibus publicis, ſiue priuatis ratio, circa modum præcedendi ſeruatur, nolumus per præſentes prærogatiuis dictorum Ordinum, quoad præcedentias huiuſmodi, quæ proprijs Ordinibus, præterquam † *in proceſſionibus prædictis de-* 17
bentur, aut Fratribus Capuccinis nuncupatis, quæ in proceßionibus publicis, ſub Conuentualium Sancti Franciſci aut Minorum de Obſeruantia Fratrum nuncupatorum, cruce, vt ſolent, incedere poſſint, aliquod præiudicium generari. Hanc Gregor. XIII. Conſtitutionem referunt, ac de ea agunt Confectius *in compend. priuileg. fol.* 250. Frat. Paulin. Bertus *in dict. prax. crimin. Regul. tit.* 4. *cap.* 29. *num.* 48. vbi alias Sacræ Congregationis declarationes adducit. P. Pellizzar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 6. *à numer.* 204.

Verum Sanctiſsimus Clemens Papa VIII. aliter † in hac materia decernit, 18
in ſua Bulla incip. *Inter cætera pag.* 15. *tom.* 3. Ergo in ea præcedentiam concedit Fratribus Dominicanis, ante alios Mendicantes, & non Mendicantes, poſt Canonicos & Clericos ſæculares, & antiquos Ordines Monachales. Itaq; pro Prouincijs & Regnis Coronę Aragoniæ decidens ita concludit Põtifex: *Quod in omnibus actibus & proceſſionibus tam publicis, quàm priuatis, poſt Canonicos & Clericos ſæculares, & antiquos Ordines Monachales, ſi qui inceſſerint, dicti Fratres Ordinis Prædicatorum primum, dignorem, & honorabilem locum obtineant, ita vt dicti Fratres Sancti Dominici immediatè poſt modo dictos, ſubſequantur; poſt quos omnes alij Regulares tam Mendicantes, quàm non Mendicantes cuiuſcumque Ordinis vel Religionis exiſtant, incedent & ſubſequentur, etiam ſi* † *Eccle-* 19
ſiæ, Capellæ, Conuentus, Domus, & loca Regularia dictorum Fratrum Prædicatorum in locis prædictis, primo inſtituta & fundata non fuerint; prout nos id de facto obſeruari volumus, & præcipimus. Diſtrictè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis † *maioris* 20
latæ ſententiæ, eo ipſo per contra facientes incurrendæ, pœna omnibus & ſingulis quorumcumque aliorum Ordinum pro tempore Religioſis, ſiue Regularibus inhibentes ne de cætero præmißorum occaſione Ordinum Fratrum Prædicatorum huiuſmodi, illiuſque Fratres pro tempore exiſtentes, moleſtare, inquietare, perturbare, aut quoquo modo impedire audeant vel præſumant.

Quod

Quod generaliter & absolutè, vt vbique præcederent Fratres Sancti Dominici cæteros Fratres cuiuscumque Ordinis Religiosorum Mendicantium statuerat † primo Sanctiss. Pius V. *in sua Bulla* incip. *Diuina disponente pag.* 266. *tom.* 2. *Bullar.* cuius meminere Angel. Cherubin. *in præfata Bulla Gregor. XIII.* Piasec. *in prax. Episcop. part.* 3. *cap.* 3. Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verb. *Præcedentia num.* 16. Scortia *in select. Summor. Pontific. Constitut. Epist.* 156. *theorem.* 293. Emman. Rodrig. *tom.* 3. *Regular. quæst.* 37. *art.* 1. Paul. Fusc. *de Visitat. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 66. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. verbo *Processiones §.* 4. Contelorius *de præcedentia à num.* 8. & 76. D. Salgad. *de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 9. *à num.* 26. facit Gama *decis.* 1. *num.* 7. Barbos. *de offic. & potestat. Episcop. dict. allegat.* 78. *num.* 30. & *in Summ. decis. Apostolic. collectan.* 590. *num.* 17. (Vbi *num.* 19. ait, servari præcedentiam inter Monachos † iuxta dictam Bullam Gregorij XIII. ex Sacrę Congregationis Rituum declaratione 19. *Maij* 1614. de qua Aldan. *in compend. Canonic. car. resolut. lib.* 3. *titul.* 6. *num.* 10.) idem Barbos. *in collectan. Bullar.* verbo *Bulla in princ.* & verbo *Controuersia.* Michael Ferro Manrique *de præced. quæst.* 45. *numer.* 3. vbi ex Contelorio *vbi proximè num.* 72. & Piasec. *loco citato* aduertit, Pij V. priuilegium & fauorem † non fuisse derogatum per Constitutionem relatam Gregor. XIII. P. Pellizzar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 6. *à num.* 203. vbi *num.* 205. *in fin.* affirmat, esse aliam † nouissimam Vrbani VIII. Constitutionem incip. *Nuper*, editam 18. *Decembris* 1637. (hanc non habemus in Bullario Magno) statuentem, vt Regulares, qui sunt in possessione præcedentiæ in processionibus, præcedant; & vbi non probatur aut non constat de possessione, præcedant ij, qui sunt antiquiores in loco controuersiæ.

21 22 23 24

Si autem quæras, † an valeant Regulares per se processiones facere? Respondeam, posse quidem, sed intra claustra tantum & terminos Monasterij; non vero extra absque legitima permissione & licentia, Zerol. *in prax. Episcop.* dict. verbo *Processiones* versic. *Ad quartum extra claustra*, Cened. *dict. quæst.* 26. *numer.* 18. Campanil. *dict. cap.* 13. *num.* 18. *ante fin.* explosa Iacobi de Graffis sententia † tenentis, licere Regularibus per triginta passus extra ambitum Monasterij, processiones facere, iuxta textum *in Cap. Sicut antiquitus* 17. *quæst.* 4. cui ipse Campanil. respondet, & Pellizzar. *vbi infra*, Ricc. *d. decis. Cur. Archiepiscopal.* 90. *num.* 3. D. Salgad. *dict. cap.* 9. *à num.* 72. Lezan. *dict. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 51. & 94. & *part.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. *in fin.* versic. *Ad octauum.* & *tom.* 2. verbo *Processio quoad Regulares. num.* 8. & 12. Barbos. *in dict. Summ. collectan.* 605. *num.* 25. 26. & 27. Vbi decisio à Sacra Congregatione sumpta, & *de Paroch. cap.* 12. *à num.* 13. & *dict. allegat.* 78. *num.* 7. & *in collectan. Bullar.* verbo *Eucharistia*, Sellius *in select. Canonic. cap.* 52. *n.* 9. Tamburin. *dict. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 7. *num.* 39. P. Pellizzar. *d. tract.* 5. *cap.* 11. *n.* 25. & *tract.* 8. *cap.* 5. *n.* 88. D. Villarroel. *q.* 6. *art.* 13. *à n.* 9.

25 26

In quod extat † Sacrę Congregationis Cōcilij declaratio 2. *Iulij* 1620. cuius meminere fere omnes proximè adducti P. Dian. 3. *part. Moral. tractat.* 2. *resolut.* 77. Laurent. de Peyrin. *tom.* 2. *priuileg. sui Ordin. in Constit.* 7. *Pij V. numer.* 13. Villalob. *in Summ. tom.* 2. *tractat.* 35. *diffic.* 5. *num.* 9. Portell. *in dub. Regul.* dict. verbo *Processiones num.* 8. qui asserit, in Lusitania Regulares † extra ambitum Ecclesiæ, absque licentia facere processiones; sed id intelligendum est ex consuetudine; vbi enim ad hoc datur consuetudo legitimè † introducta, benè admittitur, vt possit processio fieri extra Ecclesiam & Monasterium, ita proximè tradit, Hieronym. Rodriguez *in compend. quæstion. Regular. resolut.* 118. *num.* 10. quod † nouissimè declaratum est à Sacra Episcopor. & Regular. Congregatione 18. *Maij* 1640. & 14. *Februarij* 1642. decidente, Regulares habentes consuetudinem legitimam faciendi processiones extra proprium ambitum, posse illam continuare, sine licentia Ordinarij; de quibus Lezan. *dict.* verbo *Processio quoad Regulares n.* 8. *ante fin.*

27 28 29 30

Alia Sacræ Rituum Congregationis declaratio 26. *Februarij* 1628. extat in hunc modum. *Sacra Congregatio ad tollendas † difficultates, quæ quotidiè circa processiones fiendas, tam per Regulares, quàm per Confraternitates in Ecclesijs Regularium, inhærendo Decretis aliàs in similibus factis, & signanter in Cæsaraugustana* 17. *Martij* 1627. *censuit, processionibus fiendis tam per Regulares, quàm Confraternitates laicorum, ita in posterum seruari debere; vt in Ecclesijs habentium claustrum processio-*

31

nes

nes fieri non poſsint, niſi intra clauſtra, & non extra; In Eccleſijs vero carentibus clauſtris fieri poſsint intra ambitum; hoc eſt, propè muros Eccleſiæ, ſiue exeundo à ianua Eccleſiæ, & per aliam intrando, ſiue per eamdem, & propè muros Eccleſiæ; Extra verò ambitum Eccleſiæ non licere neque Confraternitatibus facere proceſsiones, niſi de licentia, conſenſu, aut cum Cruce Parochi; ex-
32 *ceptis* † *tamen illis Eccleſijs, quæ habeant in hoc ſpeciale priuilegium faciendi proceſſiones per alia loca, quibus per hoc Decretum Sacra Congregatio non intendit præiudicare.* Hanc referunt Ioann. Anton. Nouar. *in Summ. Bullar. titul. de proceſsionibus Regular.* Ioann. Mar. Nouar. eiuſdem frater, *in Lucern. Regular.* verbo *Proceſsiones*, Lezan. *dict.* verbo *Proceſsio quoad Regulares num.* 9. Gauant. verbo *Proceſsio à num.* 46.

33 Dominicana † autem familia ſpeciale habet priuilegium, vt extra clauſtra, abſque Parochi licentia, poſsit Sanctiſſimi Sacramenti, & Roſarij proceſsiones facere. P. Dian. *dict. reſolut. 77. in fin.* P. Pellizzar. *dict. tractat. 8. cap. 5. num. 88.* ex Barboſ. *de Paroch. cap. 12. num. 14.* Vbi Sacræ Rituum Congregationis declarationem refert 14. *Nouembris* 1613. quæ ad Sanctiſsimi Corporis Chriſti proceſsionem ſpectat; & aliam 15. *Maij* 1623. (hęc pro Limana Diœceſi edita fuit) & *dict. allegat. 78. num. 7. ad medium*, vbi ex Feſto *in Conſtitutionib. ſui Ordin. 1. part. cap. 23.* & Peyrin. *dict. tom. 2. Conſtitut. 7. Pij V. §. 10. num. 13.* ex declaratione Congregationis Tridentini ait, poſſe illam proceſſionem Roſarij Sanctiſsimi, fieri per to-
34 tam † Ciuitatem, ſi ita habeat à decem retro annis conſuetudo ſeruata, & in quatuor Feſtiuitatibus Puriſsimæ & Immaculatæ Virginis Marię; nimirum *Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Aſſumptionis*; & *in Summ. deciſ. Apoſtolicar. dict. collectan. 605. num. 22. & 28. in fin. & collectan. ſequenti num. 7.* Gauant. *vbi proximè in addition. num. fin.* Lezan. *dict. tom. 1. quæſt. Regular. part. 2. cap. 1. num. 51.* & *dict.* verbo *Proceſsio quoad Regulares num. 8. ad med.* Vbi id intelligit, ſecluſis par-
35 ticularibus † priuilegijs, vt etiam aduertit præfata Rituum declaratio, iunctis Nouar. *dict.* verbo *Proceſsiones.* Tamburin. *dict. quæſito 7. num. 39.* & alijs *ſupra.*

Nota tamen hodie *ex Bulla Gregorij XIII.* incip. *Cum interdum pag. 371. tom. 2. Bullar.* licere † omnibus proceſ- 36
ſionem ſolemnem facere in quacumque die infra Octauam Sanctiſsimi Corporis Chriſti Domini, in honorem tantę feſtiuitatis, licet antea id ſolum Dominicanis eſſet indultum, in Dominica infra Octauam; maximè hoc apparet *in §. 2.* illic: *Ex mera deliberatione & certa ſcientia noſtris vniuerſis & ſingulis Clero, & Clericis, ac perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm quorumvis Ordinum, Religionum, & Militarium Regularibus, vt literis Pij prædeceſſoris huiuſmodi non obſtantibus, liceat ipſis, tam die ipſa Dominica infra Octauas Corporis Chriſti, quàm alijs totius Octauæ prædictæ diebus, proceſsiones ſuas celebrare, nec ſuper eo, tam ab Ordinis Prædicatorum huiuſmodi, quàm alijs quibuſcumque perſonis, etiam prædictarum, aut quarumuis aliarum literarum, priuilegiorum, vel conceſſionum prætextu, ſeu aliàs quomodolibet moleſtari, inquietari, vel perturbari.* Gauant. *d.* verbo *Proceſsio num. 31.*

Euchariſtiam autem Sanctiſsimam Regulares publicè † adorandam, expo- 37
nere non poſſunt, ſine cauſa ab Ordinario approbanda; Sacra Congregatio Concilij *in Neapolit. 17. Auguſti* 1630. & Sacra Rituũ Congregatio *die 26. Februarij* 1626. decidũt de quibus Gauant. *in Manual. Epiſcop. dict.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis num.* 19. vbi Sacræ Congregationis Epiſcopor. 27. *Maij* 1603. declarationem tradit. & verbo *Euchariſtia n. 53.* Lezan. *dict. tom. 1. part. 2. cap. 1. num. 26. & tom. 2.* verbo *Euchariſtia quoad Regulares numer.* 24. Barboſ. *in Summ. deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 335. *num.* 6. Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Euchariſtia num.* 3. Priuatam vero cauſam † non appro- 38
bat Ordinarius, modo è tabernaculo non extrahatur, ſed in pyxide velata remaneat; ita vt nec Hoſtia videatur, Sacra Epiſcopor. Congregatio *die 27. Maij* 1603. apud Gauant. *dict.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis num. 20.* & *dict.* verbo *Euchariſtia num. 54.* Vbi aliam Sacræ Epiſcopor. Congregat. declarationem 7. *Septembris* 1598. adducit; videndi in hanc rem Ceſped. *de exemption. Regular. cap. 6. dub. 132. num. 2.* P. Pellizzar. *tractat. 8. cap. 5. n. 79.* P. Bordon. *reſol. 21. n. 30.* Barboſ. *in collectan. Bullar.* verbo *Regularis. 1. §. 14.* vbi refert aliam Sacræ Congreg. declarationem 14. *Aprilis* 1615. & §. 15. & verbo *Euchariſtia §. 3. & fin. & in Summ. deciſ. Apoſtol. collect. 634. n. 3.*

Cir-

Circa ſpecialia indulta pro proceſſionibus faciendis, adverte, quod docuit Zerol. *vbi ſupra §.* 4. nempè inſpicienda eſſe Regularium † priuilegia, 39 an habeant conceſsionem in ſpecie, quod poſsint proceſsionem facere extra clauſtra, abſque Ordinarij licentia, quod ait, ſe non credere illos habere, cum paſsim videat in proceſsionibus Roſarij, Conceptionis Sanctiſsimæ & huiuſmodi Neapoli, & alibi ſolum illos eas facere intra clauſtra & ambitum Monaſteriorum. Barboſ. *dict. allegat.* 78. *num.* 7.

Hucvſque tradita de obligatione Regularium accedendi ad publicas proceſsiones procedunt, niſi eos aliquod priuilegium Apoſtolicum ab illa eximat; 40 Multæ † enim ſunt Religiones indultum obtinentes, ne valeant ab Epiſcopis, & alijs Ordinarijs compelli proceſsionibus huiuſmodi intereſſe, vt aduertunt Lezan. *dict.* verbo *Proceſsio quoad Regulares num.* 3. *& dict. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. *numer.* 47. Barboſ. *in Summ. deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 607. *à numer.* 8. Gauant. *dict.* verbo *Proceſsio à num.* 11. Tamburin. *dict. diſp.* 24. *quæſito* 8. *num.* 5. Pellizzar. *dict. tractat.* 5. *cap.* 11. *num.* 5.

Hoc immunitatis priuilegio, vt nempe compelli non poſsint accedere 41 ad proceſsiones gaudent † Clerici Regulares miniſtrantes infirmis, vt patet in formula talis Congregationis, à Sanctiſsim. Gregor. Pap. XIV. approbata *in Bulla*, quæ incip. *Illius pagin.* 719. *tom.* 2. *Bullar. §.* 3. Fruuntur eodem 42 Clerici Regulares † Sancti Pauli decollati, *ex Bulla* Sixti V. incip. *Rationi congruit pagin.* 495. *§.* 1. *eodem tom.* & notant Barboſ. *de iur. Eccleſiaſtic. libr.* 1. *cap.* 43. *numer.* 171. *& dict. collectan.* 607. *num.* 8. Gauant. *vbi proximè in addit. num.* 9. Clerici Regu- 43 lares † Theatini *ex Bulla* Pij V. incipiente: *Ad immarceſsibilem pagin.* 214. *§.* 18. *eodem tom.* Gauant. *vbi proximè.* Be- 44 nedictini † Congregationis Monachorum B. Mariæ Montis Oliueti *ex Bull.* Iulij II. incip. *Et ſi ad vniuerſos pagin.* 496. *§.* 24. *tom.* 1. *Bullar.* & antea à Pio Papa II. *in Bulla*, incip. *Licet ex debito pagin.* 392. *§.* 7. *eod. tom.* Sacr. Rituum Congregat. apud Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Proceſsio num.* 11. Barboſ. *dict. collect.* 607. *numer.* 13. Patres † Societatis Ieſu *ex* 45 *Bull.* Gregor. XIII. incip. *Quæcumque pagin.* 203. *dict. tom.* 2. *§.* 1. Barboſ. *dict. cap.* 43. *numer.* 170. *& dict. collectan.* 607. *num.* 9. Gauant. *dict. num.* 9. Fratres Deſcalceati † Ordinis Bea- 46 tę Mariæ de Monte Carmelo *ex Bulla* Clement. VIII. incip. *Romanum Pontificem pagin.* 144. *§.* 4. *tom.* 3. & alia incip. *Religioſorum ann.* 1596. de qua Lezan. *dict.* 1. *part. cap.* 9. *num.* 47. Barboſ. *dict. collectan.* 607. *num.* 16. Pauperes † Scholarum Piarum. Barboſ. *d.* 47 *cap.* 43. *num.* 172. *& dict. collect.* 607. *num.* 10. Gauant. *dict. num.* 9. Quoad Monachos † Sancti Hieronymi Reg- 48 norum Hiſpanię, vt non teneantur accedere ad proceſsiones, extat Sacræ Congregationis declaratio *ann.* 1600. apud Barboſ. *dict. cap.* 43. *n.* 173. *& dict. collect.* 607. *n.* 14. Ioan. Mar. Nouar. *dict.* verbo *Proceſsio.*

Canonici Regulares Lateranenſes † Non tenentur accedere, ex Sacræ 49 Rituum Congregationis declaratione 30. *Iulij* 1619. apud Sellium *in ſelect. Canonic. Cap.* 52. *num.* 25. Barboſ. *dict. collectan.* 607. *num.* 11. Monachi Caſinenſes † non interſunt proceſsionibus, 50 niſi Sanctiſsimi Sacramenti; Sacra Congregatio Rituum 10. *Iunij* 1602. Tamburin. *tom.* 1. *de iur. Abbat. diſputat.* 24. *quæſito* 8. *numer.* 2. Carol. Marant. *reſponſor. tom.* 3. *reſponſ.* 29. *numer.* 46. in quod refert Bullam Vrban. VIII. 17. *Nouembris* 1638. Laurent. Peyrin. *tom.* 3. *priuileg. circa Conſtitution. huius Pontificis pagin.* 551. Barboſ. *dict. collectan.* 607. *num.* 12. Monachi Sanctiſsimæ † 51 Trinitatis Cauen. ex Sacra Congregationis Concilij declaratione 13. *Auguſti* 1579. Apud Sellium *dict. cap.* 52. *num.* 26. Barboſ. *dict. collectan.* 607. *numer.* 15.

Fratres S. Ioannis Dei non teneri † accedere ad proceſsiones *ex Bulla* 52 Gregor. XIV. *ann.* 1591. docuit Gauant. *dict.* verbo *Proceſsio numer.* 12. P. Pellizzar. *dict. tractat.* 5. *cap.* 11. *num.* 5. *in princip.* Ab hac tamen ſententia receſsit poſtea Gauant. *vbi proximè in addit. num.* 11. fundauitque ex Sacræ Congregationis Concilij declaratione 4. *Iulij* 1615. cuius ibi meminit, teneri omnino accedere ad proceſsiones,

& ita ſervatur in praxi ; meminit etiam Barboſ. *d. cap.* 43. *n.* 160.

53 Nota obiter , hos Fratres † *ex Bull.* Pij V. incip. *Licet ex debito, pagin.* 352. *tom.* 2. *Bullar.* §. 4. iunctis *Bullis* Pauli V. incip. *Inter alias pagin.* 242. & *Aliàs, pagin.* 243. *tom.* 3. & Clement. VIII. incip. *Romani Pontificis , pagin.* 58. *eodem tom.* nuper Ordinario ſubiectos fuiſſe ; eos tamen idem Paul. V. *in ſua Bulla* , incip. *Romanus Pontifex, pagin.* 365. *eodem tom.* 3. ab Ordinariorum iuriſdictione eximet ; & Mendicantium priuilegijs gaudere ſtatuit Vrban. VIII. *in ſua Conſtitut.* incip. *Sacroſanctum, pagin.* 54. *tom.* 4. *Bullar.* Vide aliam Conſtitutionem eiuſdem Pontificis , incip. *Commiſſis, pag.* 135. *eod. tom.* Barboſ. *collect.* 590. *n.* 27.

Denique quoad proceſsionum & illarum præcedentiæ, ac controuerſiarum materiam in his Indiarum Regnis , habemus ſpecialia Regia Reſcripta, Sancti Tridentini Concilij diſpoſitionem ſervari iubentia ; quæ ita ſe habent:

54 *EL REY. Preſidente y* † *Oidores de mi Audiencia Real de la Ciudad de Santiago de las Prouincias de Chile ; auiendoſeme repreſentado por parte de Don Fray Iuan Perez de Eſpinoſa , Obiſpo de la Igleſia Cathedral de eſſa Ciudad , que los Conuentos de ella le impedian la juriſdiccion; y ſe eſcuſauan de cumplir ſus ordenes , y mandamientos por medio de Iuezes Conſeruadores ; y ſuplicandome mandaſſe proueer en ello de remedio , por Cedula mia fecha en tres de Abril del año paſſado de* 1610. *mandè ſe guardaſſe , acerca de lo ſuſo dicho , lo diſpueſto por el Santo Concilio de Trento , como mas largamente lo entendereis por la dicha Cedula , que es del tenor ſiguiente.*

¶ *EL REY. Por quanto por parte de Don Fray Iuan Perez de Eſpinoſa, Obiſpo de la Ciudad de Santiago de Chile, me ha ſido hecha relacion , que los Conuentos de Religioſos de aquella Ciudad, eſtàn obligados à ir à las proceſſiones , quan-*

55 *do* † *el Obiſpo los llama , al qual toca el componer las competencias que tuuie-*

56 *ren* † *ſobre los lugares , y precidencias , y el mandar que no hagan proceſsiones fuera* † *de los Clauſtros , y angulos de ſus* 57 *Monaſterios , y pedirles quenta del cumplimiento de los teſtamentos , quando algunos difuntos los dexan por ſus albaceas; y que ſiendo eſto aſsi , los dichos Conuentos ſe eſcuſan de ir à las dichas proceſsiones , y le eſtoruan è impiden ſu juriſdicion en todos los dichos caſos , por medio de Iuezes Conſeruadores , ſin obedecer , nì cumplir ſus mandamientos ; ſuplicandome mandaſſe proueer de el remedio neceſſario, para que ceſſen los inconuenientes , y eſcandalos que de eſſo ſe ſiguen.*

Y auiendoſe viſto por los de mi Conſejo de las Indias , fue acordado que debia mandar dar eſta mi Cedula , por la qual os mando , que en los caſos , y coſas arriba referidas , ſe guarde y cumpla † *lo diſ-* 58 *pueſto por el Santo Concilio de Trento , y que contra ello no ſe vaya , ni paſſe en manera alguna. Fecha en Valladolid à tres de Abril de* 1610. *YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro Señor , Pedro de Ledeſma.*

Y aora por parte del dicho Obiſpo me ha ſido hecha relacion , que por no ir cometida la dicha Cedula à perſona , nì Iuez que la haga cumplir , ni executar , no reſulta de ella el efecto que conuiene ; Suplicandome mandaſſe , que la dicha Cedula hablaſſe con eſſa Audiencia , para que en todos los caſos , en que conforme al Santo Concilio de Trento, fueren obligados à cumplir ſus mandatos las Religiones de Frayles y Monjas , y demàs perſonas Eccleſiaſticas y ſeglares , y no lo hizieren , le dieſſedes el fauor y ayuda neceſſaria , para hazerlo cumplir. Y auiendoſe viſto por los de mi Conſejo de las Indias fue acordado, que debia mandar dar eſta mi Cedula , por la qual os mando veais la que arriba và incorporada , y deis al dicho Obiſpo † *el fauor y* 59 *ayuda neceſſaria , para ſu cumplimiento, que aſsi es mi voluntad. Fecha en Madrid à diez y ſiete de Febrero de mil ſeiſcientos y onze años.* Extant apud Dom. Villarroel *en el Gouiern. Eccleſiaſtic.* 1. *part. queſt.* 6. *articul.* 13. *ſub numer.* 20.

SVMMARIVM.

1 REgulares animarum curam exercentes, quoad eam, Diœcesani visitationi subijciuntur, etiam de iure Indiarum. & n. 3. 4. 41.

2 Doctores qui de hac materia agunt, referuntur.

5 Visitatio procedit licet cura sit Monasterio vnita. & n. 6.

7 Visitatio hæc pluries in anno fieri potest; cum vna procuratione.

8 Nullum certum tempus præscribitur ad visitationem concludendam; sed relinquitur Diœcesani arbitrio.

9 Episcopus negligens in visitanda sua Diœcesi, potest à Metropolitano compelli; vt visitet.

10 Metropolitanus à quo possit cogi, si sit negligens in visitando suam Diœcesim; vt illam visitet.

11 Visitatio procedit licet Monasteria prætendant habere spiritualem iurisdictionem immutabilem, in locis administrationis.

12 Item licet in Monasterio & Parochia habitet Generalis. & n. 13.

14 Parochiales Hieroſolymitanæ visitantur ab Ordinario; non vero alia Beneficia. & n. 16.

15 Visitatio debet gratis & sine impensa fieri.

17 Regiæ Capellæ curam habentes possunt ab Ordinario visitari. & n. 19.

18 Reseruatio exemptionis, de qua sess. 24. de Reformat. Cap. 21. qualiter intelligenda.

20 Monasteria, in quibus non habitant duodecim Religiosi, possunt visitari ab Ordinario.

21 Ordinarius quid visitare debeat in Parochia Regularium, & n. 23. 27. 29. 33. 35. 42.

22 Regia Rescripta circa hoc pro Indijs expedita, referuntur. & n. 23. cum seqq.

24 Personæ Regulares curam administrantes, etiam visitantur. & n. 43. 44. 45.

25 Regulares Doctrinarij in Indijs non ex voto charitatis, sed ex toto rigore iustitiæ administrant.

26 Regulares Doctrinarij non solum Indis; sed etiam Hispanis in Doctrina degentibus, tenentur Sacramenta administrare.

28 Monasteria & domus Regularium non visitantur. & n. 31.

30 Regiæ Cancellariæ Indiarum qualiter curare debeant, vt visitentur Doctrinarij Regulares.

32 Regium Rescriptum adducitur decidens, Regulari Visitatore eiusdem Ordinis vti debere Episcopum, ad Doctrinarios Regulares illius Ordinis visitandos.

34 Hoc Rescriptum non fuit executioni mandatum, & quare.

36 Prælatis Diœcesanis impertitur Regium auxilium, ad executionem Schedularum, de visitandis Doctrinarijs Regularibus, agentium.

37 Regulares Parochi, vim & violentiam allegantes contra Diœcesanum visitantem, non audiuntur.

38 Auxilium non conceditur Regularibus Indiarum in electionibus Prouincialium, &c. inconsulto Prorege.

39 Synodalis Constitutio Archiepiscopatus Regum ad præcedentia adducitur.

40 Doctrinarius idiomatis ignarus debet à Doctrina remoueri, licet sit Regularis.

45 Regularis Doctrinarius qui visitatur, in eo in quo visitatur & deliquit potest corrigi & puniri.

46 Episcopus non potest partem fructuum Parochi sequestrare pro reparanda Sacristia; bene tamen pro reparandis ad curam pertinentibus.

47 Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in iurisdictione visitandi Diœcesim; sed non in iurisdictione visitandi Ecclesias exemptas. & n. 48. 50.

49 Episcopus vicinior potest visitare Ecclesias exemptas.

51 Iurisdictio visitandi Ecclesias exemptas competit Episcopo, tanquam Delegato Apostolico.

52 Visitator in exigendis iuribus visitationis, & in dictis mulctis vti debet æquitate.

53 Episcopus vel alius visitans, an recusari possit.

54 Plura in visitationis materia in genere sumpta, qui tradant.

ARGVMENTVM.

ORdinariorum Viſitationi ſubſunt Regulares, curam animarum perſonarum ſæcularium exercentes; in his, quæ ad eam ſpectant, maximè in Indijs.

CAPVT LX.

PRæterea Viſitationi Epiſcoporum & aliorum Diœceſanorum ſubſunt Re-
1 gulares, † animarum perſonarum ſæcularium curæ incumbentes; in his ſcilicet, quæ ad dictam curam ſpectant, vt in ſæpè *relato* Tridentini Concilij *Decreto Cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus* ſtatuitur, illic: *Tam Regulares, quàm ſæculares huiuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè, in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent -- viſitationi Epiſcopi.* Leo Papa X. *in Bulla*, incip. *Dum intra pag.* 586. *tom.* 1. *Bullar.* §. 3. idem ſanxit, ibi: *Sacro approbante Concilio ſtatuimus, & ordinamus, quod Epiſcopi & eorum Superiores, & alij Prælati præfati, Parochiales Eccleſias ad eoſdem Fratres, ratione locorum ſuorum legitimè ſpectantes, quoad ea, quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conſeruationem, adminiſtrationemque pertinent (ſine tamen Viſitatorum inſolito grauamine) viſitare.*

2 Notant hoc, † & latè exornant materiam, Emman. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 36. *art.* 4. Paulin. Bertus *in prax. Criminal. Regular. titul.* 4. *cap.* 29. *numer.* 46. Nauarr. *conſil.* 4. *ſub titul. de tempore ordinat.* Sayr. *in florib. deciſ. titul. de temporib. ordinat. deciſ.* 5. Campanil. *in diuerſor. Canon. reſolut. rubric.* 12. *cap.* 13. *numer.* 51. Mar. Antonin. *variar. lib.* 1. *reſol.* 18. & 112. *caſ.* 10. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 25. *num.* 11. Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſiaſt. deciſ.* 608. *num.* 3. D. Vega *in cap. Cæterum* 5. *n.* 36. *de iudic.* D. Solorzan. *de Indiar. gubern. lib.* 3. *cap.* 17. *à n.* 46. vbi *ex cap. Cum Capella* 16. *de priuileg.* docet, iure † communi & Regio Indiarum, Regu- 3
lares Doctrinis inſeruientes, quoad earum exercitium, nó poſſe iudicium, & viſitationem Ordinariorum ſubterfugere, Meroll. *tom.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 5. *dub.* 13. Zeuall. *in tract. de cognit. per viam violentiæ* 2. *p. q.* 71. *n.* 36. & 45. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 8. *dub.* 166. *cum ſeqq.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc.* 3. *part. allegat.* 74. *n.* 18. & *de Paroch. cap.* 2. *n.* 152. & *in dict. cap.* 11. *Concilij à n.* 5. & *in Summ. deciſion. Apoſtolicar. collect.* 297. *à n.* 10. & *collect.* 300. *n.* 13. vbi ita deciſum à Sacra Congregatione Concilij *die* 10. *Martij* 1621. refert. & *in collect. Bullar.* verbo *Viſitare* 1. & 2. Pat. Dian. 11. *p. Moral. tract.* 2. *reſol.* 14. vbi reprobat Brunum *de priuileg. Regular.* 1. *p. tract.* 2. *propoſ.* 3. contrarium ſentientem; Gauant. *in Manual. Epiſcop.* verbo *Viſitatio Epiſcopi n.* 10. & verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis n.* 54. Paul. Squillante *de priuileg. Epiſcop.* 1. *p. cap.* 3. *n.* 13. Grillezon *conſ.* 18. *vol.* 1. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſit.* 11. *n.* 51. Rota *ibidem* poſt illum tractatum *deciſ.* 67. *n.* 3. & *deciſ.* 68. *num.* 5. & *de iur. Abbatiſſar. diſp.* 17. *quæſito* 3. *n.* 3. Lezan. *tom.* 1. *quæſt. Regular.* 1. *p. cap.* 11. *n.* 7. & 9. & *p.* 2. *cap.* 5. *n.* 49. & *cap.* 18. *n.* 27. & *tom.* 2. verbo *Viſitator Regularis n.* 17. *poſt princ.* P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 4. *n.* 116. & *cap.* 5. *n.* 73. Ioann. Anton. Nouar. *in Summ. Bullar.* 1. *p. de Regularib. curam animarum habentib.* Frances Vrrutig. *de Eccleſijs Cathedralib. cap.* 30. *n.* 149. D. Larrea *deciſ.* 98. *ſub num.* 64. Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Epiſcopus num.* 36. Aldan. *in Compend. Canonic. reſolut. lib.* 3. *titul.* 24. *numer.* 105. Gabriel. à Sanct. Vincent. *de cenſur. diſput.* 1. *num.* 379. Roa Albarracin. *Canonicar. qq. cap.* 4. Martin. Apellaniz *in allegat. iur. pro Eccleſ. Cathedral. Salmantin. cum Collegio Archiepiſcop. ſuper præcedent. num.* 11. & omnes fere adducti *Capitibus ſuperioribus* circa examen &

iu-

iurisdictionem Ordinariorum, quibus Regulares isti subsunt, siquidem † visitantur in his, in quibus subijciuntur, vt dicebat Cardin. Seraphin. *decis.* 378. *numer.* 4. *decis.* 417. *num.* 12. *& decis.* 433. *num.* 2. Peña *decis.* 590. *num.* 6. *& seq.* Francisc. Leo *in Thesaur. for. Ecclesiast. part.* 2. *cap.* 31. *n.* 3. Machad. *de perfect. Confess. tom.* 2. *lib.* 8. *part.* 6. *tractat.* 10. *document.* 5. *num.* 3. Leyua *in examin. Episcopor. lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 25. P. Auendañ. *in Thesaur. Indic. tit.* 17. *à num.* 43. *& tit.* 20. *num.* 75. Vbi etiam reprobat Brunum, D. Palafox *vbi infra* Frat. Franciscus de Herrera *in allegat. iur. pro exempt. Religion. fol.* 14.

5 Quod pariter procedit † ex alia Sancti Tridentini Concilij decisione, relata *sess.* 7. *de Reformat. cap.* 7. vbi decretum est; Beneficia omnia Curata, & Ecclesias etiam exemptas Monasterijs vnitas, ab Ordinario loci visitari debere, ibi: *Beneficia Ecclesiastica Curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seu alijs Ecclesijs vel Monasterijs, Beneficijs, seu Collegijs, aut pijs locis quibuscumque perpetuo vnita; & annexa reperiuntur, ab Ordinarijs locorum annis singulis visitentur; priuilegijs exceptionibus; minimè suffragantibus.* Vbi Barbos. ex Tusch. Math. Soar. Quarant. Cochier. Armendariz, Vazquez, Tamburin. id firmat *num.* 1. Rota apud Tamburin. *dict. decis.* 67. *num.* 3. D. Palafox *in allegat. iur. pro Clero Angelopolitan. allegat.* 4. *à num.* 39. *& 59. fol.* 225. *& seqq.* adde Sacræ Congregationis Concilij declarationem apud Murga *in quæst. Pastoral.* 1. *part. quæst.* 2. *diuis.* 1. *num.* 48. Vbi hoc ipsum docet ex Barbos. Sthephan. Daluin. *de Episcop. Abbat. & Abbatiss. potestat. cap.* 14. *num.* 1. *in fin.* Pat. Bauny *Theol. Moral. p.* 3. *lib.* 3. *q.* 33. vers. *Dico ergo, &* 1. *p. tract* 8. *q.* 18. *&* 19. Armendariz *in addit. ad Recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 6. *de Visitat. l.* 5. *§.* 2. *num.* 88. Data
6 enim quocumque modo † cura animarum personarum sæcularium, intrat eo ipso Ordinarij Diœcesani visitatio in personam administrantis, quoad curam tantum, P. Dian. *vbi supra* Barbos. *dict. allegat.* 74. *num.* 18. Tamburin. *dict. disput.* 17. *quæsito* 3. *num.* 3. versic. *Potest Episcopus.* Lezan. *dict. cap.* 18. *à num.* 9. P. Pellizzar. *dict. num.* 116. Murga *dict. diuis.* 1. *à num.* 7. Gauant. *vbi supra à num.* 10. *&* 25. vbi à Sacra Congregatione decisum adducit. Hieronym. Garcia *in Politic. Regular. tom.* 1. *tractat.* 8. *diffic.* 3. *dubit.* 2. *punct.* 3. *num.* 12.

Et licet Concilium Tridentinum *loco citato* singulis annis id exequi ab Ordinario præcipiat; certum est, eidem † licere has Ecclesias & Beneficia visitare toties, quoties; & pluries in anno; si hoc ipsi expedire visum fuerit, ita ex Sacræ Congregationis Concilij declaratione 24. *Ianuarij* 1602. quam refert Aldan. *vbi supra lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 1. docet Barbos. *in dict. Summ. decision. Apostolicar. collect.* 727. *num.* 10. *& ad Concil. Tridentin. sess.* 6. *de Reformat. cap.* 4. *num.* 2. Henric. Bohic. *in cap. Cum Apostolus in princip. de censib.* Balthas. Altamiran. *ad cap.* 3. *Concil. Tridentin. sess.* 24. *de Reformat.* seu *de Visitat.* verbo *Si quot annis num.* 25. *fol.* 50. D. Salcéd. *in l.* 43. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat. à num.* 22. *&* 26. P. Bauny *Theolog. Moral.* 1. *part. tractat.* 8. *quæst.* 17. Hoc casu vnica tantum procuratio debetur *l.* 2. *tit.* 22. *p.* 1. *in princip.* ibi: *Visitando los Obispos, ò los otros Prelados aquellos lugares que son tenudos de visitar, deuenles dar la procuracion en cada logar vna vegada en el año, è non mas.* Vbi D. Gregor. Lopez *gloss.* 1. *&* 4. iunctis *cap. Placuit* 1. *q.* 2. *cap. Ciuendum* 7. 10. *quæst.* 3. *cap. Visitandi* 28. 18. *q.* 2. *cap. Mandamus* 6. *de offic. Archidiacon.* Abb. *in cap. Venerabili, de censib.* Zabarell. *in cap. Cum nuper in fin. & in cap. Procurationes eod.* Altamiran. *supra* verbo *Pro temporis n.* 27. *fol.* 290. qui verbo *Quot annis n.* 24. *fol.* 50. limitat quando, vt Episcopus semel; & iterum, vt Legatus visitat; quia tunc duplex procuratio debetur *ex cap. Cum nuper* 25. *de censib.* vbi Zabarell. *& in cap. Cum olim, de sentent. & re iudic.*

Nullum tamen † certum tempus Epis- 8
copo præscriptum est, intra quod visitationem concludere teneatur; sed id eius arbitrio discreto & moderato relictum est; ita censuit Sacra Congregatio, vt refert Aloys. Ricc. *in d. prax. decis.* 717. *n.* 2. & hęc sunt Congregationis verba: *Dubitauit Episcopus Astoricens. an teneretur suam visitationem cõcludere intra certum tempus, iuxta latitudinem suæ Diœcesis. Congregatio censuit, Concilium nullũ tempus ad hoc præscripsisse, sed reliquisse arbitrio Episcopi, quod tamen debet esse moderatum & discretum.* Piasec. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 2. *in princip.* Armendariz *vbi supra titul.* 17. *l.* 7. *de Episcop. num.* 113. Barbos. *dict.* 3. *p. allegat.* 73. *num.* 39. Gauant. *vbi supra* verbo *Visitatio Episcopi num.* 3.

Si vero in visitanda † sua Diœcesi fuerit 9
negligens Episcopus, poterit à Me-

tropolitano per cenſuras cogi, eam viſitatare, ita Bellarmin. *ad Tridentin. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 3.* verbo *Quot annis*, Altamiran. *vbi ſupra* verbo *A Metropolitanis numer. 152. fol. 94.* vbi ad hoc expendit text. *in cap. de his 13. 12. diſtinct. cap. Quorumdam 1. 34. diſtinct.* Vrrutig. *vbi ſupra cap. 6. numer. 75.* Quid ſi Metropolitanus † non viſitet, ſitque in hoc valde negligens, erit ne compellendus, & à quo? huc refer, quę tradidi *Cap. 8. à num. 14. 36. & ſeqq.* ex Trident. *ſeſſ. 24. de Reform. cap. 11.*

10

Hæc Epiſcopi & Dioeceſani viſitatio quoad Eccleſias Regularium, animarum ſæcularium curam habentium, procedit ſimiliter, licet Monaſteria & domus prætendant † iuriſdictionem ſpiritualem immutabilem habere in locis & partibus, vbi illæ Eccleſiæ ſunt ſitæ; hac enim prætenſione interim inſuper habita, Ordinarij viſitationi locus fit, ita ex Sacræ Congregationis Concilij declaratione, relata ab Armendariz *dict. lib. 1. tit. 6. de Viſitat. l. 2. §. 2. num. 89.* docet Barboſ. *dict. collectan. 727. num. 3. & d. allegat. 74. n. 12. & ad Concil. Trident. d. ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 8. n. 13.*

11

Procedit etiam Epiſcopi viſitatio reſpectu Eccleſiæ Parochialis Monaſterio vnitæ; licet in eo habitet, habeatque † Ordinariam Sedem Ordinis Generalis; ita cenſuit eadem Sacra Concilij Congregatio 2. *Maij* 1595. teſtibus Armendariz *dict. tit. 6. l. 7. §. 2. num. 1.* Lezan. *dict. 1. tom. part. 2. cap. 3. num. fin.* Barboſ. *in dict. Summa collectan. 728. num. 6. & d. ſeß. 7. cap. 7. n. 2. & de iur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 14. numer. 21.*

12

Ex quibus addit Lezana *dict. num. fin. in fin.* temperatam, moderatam, & limitatam † eſſe doctrinam & declarationem Sacræ Congregationis, quam tradiderat, *eod. tom. 1. part. 1. cap. 11. num. 9.* ex Peyrin. *tom. 1. priuilegior. Minimor. in Conſtitut. 2. Sixti V. §. 11. n. 30.* quæ talis eſt: *In Monaſterio, in quo Generalis alicuius Regularium Sedem Ordinariam principalem habeat, licet perſonæ ſæculares ſint in eodem Monaſterio curam animarum exercentes, quantum ad ipſam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectat, nulli viſitationi ſeu iuriſdictioni Epiſcopi Ordinarij Dioeceſis, in qua ipſum Monaſterium ſitum eſt, ſubiectæ ſint*; ita intelligendus eſt Gauant. *dict.* verbo *Viſitatio Epiſcopi à num. 12. & in addit. numer. 2. & 4.* qui ſe refert ad Lezanam, Zerol. *in prax. part. 2.* verbo *Viſitatio*, Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſito 7. numer. 49.* Herrera *vbi ſupra dub. 1.*

13

Huic etiam Epiſcopi vel alterius Ordinarij Prælati, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati viſitationi ſubijciuntur Eccleſiæ Parochiales Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani; in † his tantum, quæ ad animarum exercitium & curam pertinent. *ex Bull.* Pij V. incip. *Expoſcit pagin. 344. §. 3. tom. 2. Bullar.* ibi: *Decernimus, declaramus, ſtatuimus, omnes & ſingulos locorum Epiſcopos vel alios Superiores, tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatos, omnes & quaſcumque Parochiales Eccleſias, cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica ſuarum Ciuitatum & Dioeceſ. quibus animarum cura imminet, ad dictam Religionem, eiuſque Milites, Capellanos, Miniſtros, Rectores quomodolibet pertinentia, etiam quod in eis Epiſcopalem, & temporalem iuriſdictionem Religio & Milites prædicti haberent, eorumque Eccleſias, Rectores, Vicarios & Miniſtros, quoſcumque (in his tamen dumtaxat, quæ animarum curam, illiuſque exercitium, & Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt) viſitare, omneſque actus viſitationem concernentes, exercere poſſe, & debere, ac Rectores, cateroſque huiuſmodi Miniſtros, curam animarum exercentes, minus idoneos repertos, ſiquidem ad nutum amouibiles ſint, ſtatim amouere, &c.* De hac re late agunt Alphonſ. Villadiego *in Specul. Viſitat. fol. 32. num. 6.* Eraſm. Cochier. *de iuriſdict. in exempt. part. 2. quæſt. 45. num. 11.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap. 20. §. 4. num. 2.* Paulin. Bertus *vbi ſupra dict. cap. 29. numer. 46.* Ricc. *in prax. aurea reſolut. 176.* Piaſec. *in prax. Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 46.* D. Solorzan. *dict. lib. 3. cap. 17. numer. 11. in fin.* Barboſ. *dict. allegat. 74. num. 26. & de Paroch. cap. 2. num. 19. & ad Tridentin. d. ſeſſ. 7. cap. 8. num. 21. & de iur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 14. num. 22. & cap. 43. num. 137. & in dict. Summ. collectan. 339. num. 8. collectan. 342. num. 2. & collectan. 728. à num. 1.* in in quibus locis referuntur Sacrę Congregationis declarationes 28. *April.* 1599. 11. *Ianuarij* 1603. 26. *Iunij* 1627. 26. *Auguſti* 1628. 14. *Decembris* 1630. 7. *Septembris eiuſdem anni* 4. *Decembris* 1631. Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. diſput. 5. quæſito 11. num. 49.* Scortia *in ſelect. Summor. Pontificum Conſtitut. cap. 117.* Sellius *in ſelectis Canonic. cap. 6. num. 3.* Ioann. Anton. Nouar. *in Summ. Bullar. tit. de viſitat. Milit. Sanct. Ioann. curam animarum habent. ſu-*

14

per

per Bullam Pij V. Gauant. *dict.* verbo *Visitatio Episcopi num.* 11. *& in addit. numer.* 5. Rota apud Tambur. *dict. tom.* 3. *decis.* 68. *n.* 5. Lezan. *d. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 5. *n.* 49. D. Palafox *vbi supra.*


Itaque Reſcriptum *anni* 1633. iam 61 relatum procedit tantum in duobus † caſibus in eo expreſsis; ſcilicet, quando Doctrinarius invenitur impeditus, vel omnino extra Doctrinam abſens eſt, vt patet, ibi: *Que en el nombramiento de los que han de ſuplir por los auſentes ò impedidos.* Hoc autem *anni* 1640. in alijs Interinarijs & ſupplentibus, quando Doctrina vacat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 QVid in Indorum Doctrinis prouiſum ſit, quando Doctrinæ vnus Parochus non ſufficit? & n.35.

2 Epiſcopus, an poſsit à Regularibus aliquot auferre populos?

3 Hieroſolymitana Religio habet priuilegium, alijs commune, vt non poſsit ab ea Epiſcopus populos auferre.

4 Epiſcopus poteſt Regularium populos diuidere, & ab illis auferre in Indijs, data Regis Catholici voluntate. & n.6. Vbi, quando Bulla Pij V. procedere poſsit.

5 Priuilegia Indijs Orientalibus conceſſa, in Occidentalibus procedunt.

6 Ordinarius qualiter Doctrinas ex Regio permiſſu diuidere poſsit. & numer.7.

8 Parochus eſt aſsignandus quibus poſsit ſufficere. & n.12.

9 Doctrinario cuique ſunt quadringenti Indi aſsignandi. & num.11.14.15.16.17.19.

10 Olim tercentum tantum concedi iubebatur.

13 Eccleſia non admittit, niſi quos commodè nutrire poſsit.

18 Optimum Regium Reſcriptum ad Superiora nouiter expeditum, aſſertur.

20 Doctrinarius tenetur infirmis Viaticum, in proprijs domibus miniſtrare.

21 Debet habere libros Baptiſmatis, defunctorum, &c.

22 Non poteſt Indos ad eleemoſynas obligare.

23 Oleo oliuarum coram Sanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento vti debet.

24 In celebratione matrimonij formam Tridentini ſeruare tenetur.

25 Miſſa Parochianis hora conſueta & competenti miniſtranda eſt.

26 Baptiſmatis Sacramentum conferendum, vbi adfuerit, qui illud petat.

27 Doctrinarius comitetur defunctorum corpora à proprijs domibus, vſque ad Eccleſiam.

28 Regius Patronatus in omnibus obſeruandus eſt.

29 Adiutores & ſocij Doctrinariorum quando abſque approbatione, examine, & inſtitutione non poſsint, curam exercere. & n.30.31.33.

32 Quid agendum, quando Diœceſanus inſtitutionem denegat, vel differt.

34 Doctrinarij Regularis amotio non fit à Regulari Superiore, niſi cauſa propoſita fuerit Proregi & Diœceſano.

35 Parochianorum numeroſitas ſufficiens eſt in Indijs, ad nouam Parochiam ædificandam.

36 Eccleſia nouiter erecta ex diſmembratione, eidem Religioni aſsignatur, cuius eſt Doctrina, à qua diſmembratur; & in defectum aſsignatur Clericis. & n.37.

38 Examinatur id, quod dictum eſt, de inſtitutione neceſsaria in adiutore Doctrinarij. & n.40.

39 Adiutores & ſocij Doctrinariorum requirunt examen, & approbationem Diœceſani. & n.33.

41 Collatio & inſtitutio eſt verus titulus Eccleſiaſticus.

42 Principis reſponſio, deciſio, & Decretum interpretatur à ſupplicatione, & petitione.

43 Tertuliani optima verba in hoc adducuntur.

44 Reſponſio debet accipi iuxta interrogationem.

45 Senſus verus non colligitur, niſi ſimul iunctis verbis diſpoſitionis.

46 Supplicatio Regi noſtro Catholico in caſu relato propoſita, refertur.

47 Adiutor & ſocius Doctrinarij non poteſt adminiſtrare Sacramenta, quibus non poteſt Doctrinarius. & num. 48.

49 Exemplum in hoc caſu affertur, nuper pro intellectu præfati Reſcripti, poſitum.

50 Tridentina Synodus non derogat Regijs Patronatibus.

51 In Indijs plura fiunt aliter, ac Tridentinum decreuit.

52 L.10. tit.4. lib.1. Summar. in idem expenditur.

AR-

ARGVMENTVM.

EAdem materia continuatur; traditur quid quoad Indorum Doctrinas, populo numerositatem continente, stabilitum sit. Doctrinariorum adiutores, seu socij, an & quando, præter examen (quod semper necessarium est) Ordinarij indigeant institutione? Concurrentibus in eadem specie Tridentino Concilio, & Regio Patronatus iure, vtrùm potiùs sit?

CAPVT LXIX.

VIdendum nunc est, quid apud Nos prouisum & resolutum sit, quando † 1
Doctrinæ & populi Indorum ita excreuerint, vt Doctrinarius deputatus commodè Sacramenta administrare non possit; ad tradita *superiori Cap. à num.* 19. P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tractat.* 8. *cap.* 4. *num.* 113. vers. *Quæri potest*; quærit, *an possint Episcopi auferre à Regularibus* † 2
populos aliquot Indorum, & partem Curæ ab Ecclesia Parochiali illorum? Et respondit: *Non posse auferre aliquot populos, neque dismembrare partem curæ, illam applicando alteri Ecclesiæ, ob numerositatem populi; cum Breue Pij V.* (quod retuli *supra Cap.* 53. *à num.* 2.) *prohibeat Episcopis, ne auferant à Regularibus populos, & ne aliquid innouent* 3
circa hoc; maximè † *stante priuilegio, quod habet commune cum alijs Religionibus, Ordo Hierosolymitanus in hac materia, de quo priuilegio Barbos. de Paroch. cap.* 23. *num.* 12. *in fin.* hęc Pellizzar. de eodem priuilegio agit iterum Barbos. *ad Tridentin. Concil. sess.* 21. *de Reformat. cap.* 4. *numer.* 5. ex Aldan. *in Compend. Canonic. resolut. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 18. Addendi sunt ad quæstionem Emman. Rodrig. *tom.* 1. *quæstion. Regul. quæst.* 35. *artic.* 2. Mirand. *in Manual. tom.* 1. *quæst.* 43. *artic.* 5. Hieronym. Rodr. *in Compend. resol.* 109. *à num.* 1. P. Thom. Hurtad. *de congrua sustent. Ecclesiast. lib.* 5. *sub num.* 623. *& seqq.* P. Auend. *in Thesaur. Indic. tit.* 17. *n.* 66.

Contrarium tamen dicendum & tenendum est, concurrente Regia voluntate; tum, quia † præfata Bulla Pij V. 4
non procedit in locis & partibus, vbi sunt institutæ Parochiæ & Diœceses, vt iam fundauimus *dict. Cap.* 53. *à num.* 32. ex eodem P. Pellizzar. *dict. tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 1. *ad med.* ibi: *Tum ex priuilegio Leon. X. Paul. III. & IV. ad hoc Regularibus concesso, vt inter Indos, ac infideles possint baptizare eos, qui ad fidem conuertuntur; ita Suarez tom.* 4. *de Religion. tractat.* 10. *libr.* 9. *cap.* 4. *num.* 3. 5. 6. *Monens, hæc locum habere solum, quandiu in dictis Regionibus non sunt fundatæ Ecclesiæ, in quibus adsint proprij Episcopi, aut Parochi; vbi enim Ecclesiæ hoc pacto sunt fundatæ, non possunt Regulares amplius vti præfatis priuilegijs; cum sic cesset ratio, ob quam ea concessa sunt; nempe conueniens Fidei propagatio in his Regionibus, ad quam sine dubio, non est necessarium nec conueniens, quod Regulares vsurpent ius Parochorum, quando his cura iam commissa est, cum id potiùs exitare lites, iurgia & dissentiones possit, vt patet.* Et ante ipsum, hoc idem docuerat Frat. Emman. Rodriguez *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 100. *artic.* 5. vers. *Circa quam*, per hæc verba: *Circa quam concessionem ibi*; Vbi non sint Episcopi, *nota quod in terris, vbi sunt Episcopi, iam ea non possunt, quoad omnia in ea contenta, frui dicti Religiosi; hoc enim ex præfatis verbis, secundum intentionem Papæ videtur dicendum,* Agit enim *ibi* Rodrig. de priuileg. à Nicol. V. Regularibus concessis, pro conuersione Indorum (Orientalium) ante quam esset notitia Noui Orbis, siquidem fuit *ann.* 1328. quæ deinde † priuilegia 5
in fauorem Indorum Occidentalium fuerunt confirmata per Leon. X. Adrian. VI. Clement. VII. & Paul. III. *vt ibidem* advertit Rodrig.

Tum maximè, quia † iura habemus 6
no-

nouiſsima docentia, Prælatos locorum Ordinarios, Patrono aſſentiente, ob numeroſitatem Indorum rectè poſſe, & debere Parochias diuidere, & nouos Parochos & Doctrinarios Eccleſijs nouiter erectis aſsignare. Primo, id in hoc Peruano Regno decernit Limenſe Concilium III. *anno* 1583. celebratum, *in action.* 3. *cap.* 11. *pag.* 155. per hæc verba: *Et antiquiſsima* † *iura, & nouiſsima Sacri Tridentini Concilij Decreta Epiſcopos magnopere admonent, ne plures Parochianos Rectori alicui committi patiantur, quam quibus poſsint* 7 *ſufficere,* † *ad Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtranda, & Diuinum Cultum peragendum. Quod maturè expendentes Patres, in hac ipſa Vrbe iam pridem ad Synodum Prouincialem congregati, ſimul etiam pernitioſum illum abuſum in hoc Nouo Orbe vigere conſiderantes, quo innumerabiles Indi interdum in locis, valde diſtantibus, vnius Parochi curæ traduntur, à quo, neque inſtrui in fide poſſunt, neque Sacramentis neceſſarijs imbui, neque prout opus eſt, regi; maximè cum ij, vtpote paruuli plurima, ac penè continua cura paſtoris indigeant, vt animas ſuas liberarent ſuper ſpeculam Domini conſtituti, clara voce pronuntiarunt, teſtatique ſunt, iudicare ſe, non poſſe vni Rectori plures Parochianos Indos, quam quadringentos,* 9 † *tuto committi; ſed neque ipſis adhuc quadringentis vnum ſufficere, certo ſe affirmare, interim tamen, id tollerandum eſſe.*

Hæc igitur Sancta Synodus eadem in Domino ſapiens, ne in diſtricto Dei iudicio cogatur animarum iacturam, ex defectu paſtorum ſuſtinere, ſerio admonet atque declarat, tam numeroſum Indorum populum, non poſſe, tuta conſcientia, paucis Rectoribus committi; ſi plures reperiantur idonei, (ſi enim deſint alia ratio eſt). Itaque cenſemus in quocumque populo Indo- 10 *rum, qui contineat Parochianos* † *trecentos, aut etiam ducentos, proprium Parochum debere conſtitui.*

Item Concilium Limenſe II. *anno* 1567. celebratum 1. *part. conſtitut.* 82. (cuius meminit Caput precedens) ita: *Que en los arrabales de pueblos de Eſpañoles, ſe pongan Paroquias de Indios, para los que mo-* 11 *ran entre Eſpañoles, y no ſe ſeñalen mas* † *de quatrocientos Paroquianos à vn Cura, ni aun con eſte numero, ſe debe tener por ſegura la conciencia, de los que tienen obligacion de proueerles doctrina.* & *part.* 2. *conſtitut.* 77. *Que à cada Parocho* (inquit) *no ſe le den, ni ſeñalen mas de quatrocientos Indios caſados, con los quales entren los demàs, que le pertenecen, como muchachos, viejos, huerfanos, forasteros, y no por eſſo los Encomenderos pienſen, que ſatisfacen enteramente à la obligacion de ſu conciencia, por encargarſe vn Cura del numero ſobre dicho, pues tienen neceſsidad de mas Miniſtros; y los Obiſpos tambien, no por eſſo dexen (ſi les pareciere conuenir) de dar menos Paroquianos à algun Cura.*

Per Regiam vero Schedulam 13. *Nouembris* 1537. *pag.* 103. *tom.* 1. *impreſſar.* ante hęc tempora, ſancitum erat, Parochos eos ſolum Parochianos habere poſſe & debere, quibus ipſi ſufficerent, in illis verbis: *De tal manera,* † *que ſolamente tengan aquello, que puedan ſeruir.* 12 & *in Regio executoriali* 9. *Auguſti* 1561. *pag.* 154. *eod. tom.* 1. illic: *Y quererſe ocupar y embarazar mas de lo que buenamente podian gouernar, y darſe buen recaudo los dichos Religioſos, era contra derecho*, in *alia Schedula* 16. *Septembris* 1586. Peruano Proregi miſſa, dicitur, quod ipſe prouideat, an Doctrinarius vnus aſsignandus ſit trecentis Indis, iuxta Memoriale Regi noſtro exhibitum à Magiſtro Almeyda, nomine Clericorum huius Prouincię Argentinę; hanc in noſtra Cancellaria habemus; facit etiam ad hoc Regia Schedula 13. *Decembris* 1620. Cancellariæ Goathemalenſi, miſſa, illic: *Y porque conuiene à mi ſeruicio remediar eſte daño, y que ſe reduzga el numero de los dichos Frayles à los que pueda ſuſtentar cada pueblo, y no mas.* Vnde *ex dict. cap.* 11. *Concilij Limenſis III.* præfatam ſententiam contra Pellizzar. merito adſtruit P. Auend. *in Theſaur. Ind. tit.* 17. *n.* 66. Innuit Reginald. *in prax. for. pœnitent. libr.* 30. *tract.* 3. *n.* 297. *in fin.* & Barboſ. *in cap. Auctoritate* 4. *n.* 2. *de inſtit.* aſſerens, Eccleſiam † admittere plures non debere, quam 13 commodè nutriri poſsint, & textus *ibidem.*

Deinde habemus † in ſpecie plures 14 Schedulas Regias decidentes, vni Parocho committi & aſsignari debere quadringentos tantum Indos adminiſtrandos & doctrinandos, non amplius; ita reſolutum fuit in vna 25. *Iulij* 1593. per hæc verba: *Porque conuiene ſeñalar el numero de Indios, que cada Doctrinero ha de tener à ſu cargo, para doctrinar, y enſeñar las coſas de nueſtra Santa Fè Catolica; es nueſtra voluntad, que los Arçobiſpos y Obiſpos, cada vno en ſu Dioceſis, con parecer de nueſtro Virrey*

ò

ò Gouernador de la Prouincia, taſſen, y mo-
deren en cada † vna, los Indios, que ſerà
15 *bien que tenga cada Doctrinero en ella, pro-*
curando que no paſſen de quatrocientos In-
dios, los que cada Doctrinero tuuiere à ſu
16 *cargo, ſino † es que la tierra, y diſpoſicion*
de los pueblos requiera, que en algunos ſean
mas, ò menos. Et hac ad literam inſerta, iterum hoc ipſum iuſſum eſt, in alia Regia Schedula 10. *Octobris* 1618. De quibus D. Palafox *in alleg. iur. pro Clero Angelopolitano, allegat. 2. punct. 5. numer. 8. in margin. num. 7. & alleg. 3. num. 207. fol.* 155. quod etiam tetigit D. Solorç. *de Indiar. gub. lib. 2. cap. 24. n.* 30. dict. *Conſtit.* 77. Concilij Limen II. tantum relata.

Eodem item *anno* 1593. *die* 5. *Octobris* Regia Schedula expedita fuit, Preſidi Goathemalenſi D. Licenciato Garciæ de Valuerde directa, qua fuit approbata quarumdam Doctrinarũ diſmembratio, ob Indorum numeroſitatem facta, hæc continet: *Aunque en cada vna dellas, ay mas † de*
17 *los* 400. *Indios, que eſtà mandado aya en vna viſita.* Deniq; quoad hoc habemus nouiſsimum Regium Reſcript. 6. *Febr.* 1660. antiquam relatam ſanctionem innouans, & alia vtilia continens, D. Epiſcopo Chiapenſi miſſum, cuius deciſio ſic ſe habet.

18 *Y auiendoſe † viſto por los de mi Conſejo de las Indias, con lo que pidiò mi Fiſcal en èl, y conſiderado los puntos que contienen eſtas noticias, y la grauedad, è importancia de ſu materia, y que la principal diligencia que conuiene hazer, para el remedio de lo mal que dezis, ſe adminiſtran à los naturales los Santos Sacramentos, debe ſer quitar el impedimento, que ſe conſidera ay en los Curas, y Doctrineros, que tienen muchos Indios à ſu cargo, ò los tienen en lugares tan diſtantes, que no pueden cuidar de ellos: y aſſi os ruego, y encargo, tengais particular cuidado, y deſvelo en hazer, que ſe executen, y cumplan las Cedulas, que diſponen, que cada Ordinario en ſu Dioceſis, con parecer del Virrey, ò Gouernador de aquella Prouincia, taſſe, y modere los Indios, que ha de tener cada Doctrinero, procurando que no paſ-*
19 *ſen † de quatrocientos, y que eſtèn en lugares, y partes, donde comodamente pueda aſsiſtirles ſu Doctrinero, y lo miſmo ordeno con particular aprieto à mi Audiencia de Goathemala, por Cedula de la fecha de eſta, por conſiderarſe eſte punto, como principio de que ha de depender forçoſamente la buena adminiſtracion de los Indios.*

Y aſsimiſmo diſpondreis, que ſe g

las Cedulas que eſtàn dadas, para que los Curas, y Doctrineros † lleuen el Viatico à
ſus caſas à los enfermos, y no los hagan traer 20
à la Igleſia, para que le reciban; y para que
tengan † libros de bautizados, y de difun-
tos, (Adde *Reg. Sched.* 19. *Aprilis* 1583. 21
pag. 105. *tom.* 2. *impreſ. Sched.* 27. *Martij* 1606. apud D. Palaf. *alleg.* 3. *num.* 306. P. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 15. *n.* 22.)
Y para que no compelan à los Indios, à que los ofrenden, y hagan † limoſnas, para que
ſe alumbre al Santiſsimo Sacramento con 22
azeyte ordinario † de oliuas, teniendo vos preſente, quan de vueſtro oficio, y obliga- 23
cion es, que en todo lo ſuſo dicho no aya falta, procurando por vueſtra parte, que los Doctrineros traten los Santos Oleos, con la decencia, y veneracion que ſe debe, ſin permitir los lleuen los Indios, ni otros Seglares; y que en la forma de adminiſtrar el Santo Sacramento del Matrimonio, guarden lo que †
eſtà ordenado, por el Concilio de Trento, y que 24
digan las Miſſas à hora que comodamente puedan † oirla los feligreſes, y que adminiſtren el Santo Sacramento del Bautiſmo, 25
ſiempre que aya quien † le reciba, ſin dilatarlo, por ſer vno ſolo el que aya de bautizarſe, y que acompañen † los cuerpos de los 26
difuntos deſde ſus caſas, procurando vos, 27
que en todos eſtos abuſos, y exceſſos, ſe ponga el remedio conueniente, aplicando en ello, por vueſtra parte, el mayor cuidado, y me dareis cuenta de auerlo executado aſsi.

Y reſpecto, que el punto, à que con mas cuidado ſe debe atender es, el de la † obſer-
uancia de mi Real Patronazgo, ſiendo tam- 28
bien materia de ſumo eſcrupulo, que los Religioſos exerçan los oficios de Curas, y Doctrineros, ſin colacion, ni inſtitucion Canonica del Ordinario, y que pongan Coadjutores, que ſirvan el dicho oficio ſeparadamente de los Doctrineros, ſin † aprobacion, y examen neceſſario, y ſin colacion del Ordinario, he man- 29
dado ſe os remita con eſta, la Cedula de 1. de Iunio de 1654. *en que ſe incluyen todas las que tocan à mi Real Patronazgo, para que en execucion dellas, no conſintais que los Religioſos ſiruan las Doctrinas, no † teniendo preſentacion del Preſidente de la Audiencia de* 30
Goathemala, y colacion, y Canonica † inſti- 31
tucion del Ordinario; y en caſo que † reuſare 32
darſela por algunos motiuos que para ello tenga, eſtà mandado por Cedula mia de 19. *de Septiembre de* 1580. (hanc ad literam retuli, *Cap.* 27. *à num.* 31. *& Cap.* 32. *num.* 39.) *acudan al Ordinario mas cercano, pa-*
que ſe la dè, ſin que ſe les permita que

puedan hazerlo en otra forma, aunque ſea con pretexto, de no querer darles el Ordinario la dicha colacion: y para que no pongan Coadjutores con nombre de Viſitadores, que exerçan † *ſeparadamente de los Doctrineros el oficio de Curas, ſin eſtar examinados,* 33 *y aprobados por el Ordinario.*

Y en el punto que toca, à que los Superiores Regulares de los Religioſos, no puedan † *remouer los que tuuieren Doctrinas, ſin* 34 *comunicar las cauſas, que para ello tuuieren con el Virrey, ò Gouernador que hiziere oficio de Vicepatron, y con el Prelado Eccleſiaſtico; y la Audiencia de Goathemala, en el auto que vltimamente proueyò, en 20. de Diziembre de 1657. altera eſto, en quanto al Prelado, he mandado à la dicha Audiencia, por cedula de la fecha deſta, obſerue la cedula referida de quinze de Iunio de 1654. en que eſtàn inſertas otras del año de 1574. y 1629. en que ſe manda, que las dichas cauſas de remocion, ſe comuniquen con el Prelado. Y en lo que toca al punto de que los Doctrineros no lleuen de los Indios coſa alguna, para el reparo de ſus caſas, y gaſto de ſu comida, por ſer carga de los Encomenderos la paga de ſus ſalarios, &c.*

Ante præfatas Regias Schedulas, proximè traditas, per aliam 13. *Februarij* 1541. *pag.* 112. *tom.* 1. *impreſſ.* quam adduxi *Cap.* 17. *a n.* 33. & *n.* 48. *cum ſeqq.* ſtatutum fuit, nouam Eccleſiam & Parochiam erigi debere in Ciuitate S. Dominici Inſulæ Hiſpaniolæ, propter Parochianorum † numeroſitatem & incrementum, 35 iuxta *Cap. præcipimus* 53. 16. *q.* 1. *ſuperiori Cap.* relatum *n.* 22. vt patet, ibi: *El Contador Aluaro Caualléro, en nombre de eſſa Ciudad de Santo Domingo, me ha hecho relacion, que la vezindad, y poblacion de los vezinos della, ha crecido, y crece cada dia, y que conuernia que huuieſſe dos Paroquias,* &c. *Porque vos mando, que luego que con ella fueredes requeridos, juntamente con la Iuſticia, y Regimiento de eſſa Ciudad, platiqueis donde conuernà hazerſe vna Paroquia, y aſsi platicado, en la parte mas comoda, que à todos pareciere, proueais que ſe haga, y dareis orden, que ſi no huuiere hecha Igleſia, ſe haga luego, en lugar conueniente de nueuo, &c.*

Aduertendum tamen eſt, quod quo- 36 ties diſmembratio prædicta † & noua erectio fit in Indijs, virtute præfatarum Schedularũ Regiarum, ob Indorum incrementum & numeroſitatem, ſi Doctrina, vbi illa noua adminiſtratio inſtituitur, Regularium curæ commiſſa eſt, & competit, debet nouæ Eccleſiæ, & Parochiæ Regularis Doctrinarius eiuſdem ordinis deputari, fac. Pat. Bauny *in Theolog. moral.* ſeu *in prax. benef.* 4. *p. diſp.* 8. *q.* 4. ſeruata ſemper Regij Patronatus forma; ſi autem ſit penuria & indiga copia miniſtrorum ex illa Religione, tunc eligi & aſsignari debet † Clericus Sæcularis, & 37 in Sæcularium defectum, Regularis ex alijs Ordinibus, ita mihi videtur inferri poſſe, ex Regia Schedula 1. *Iunij* 1654. tradita *Cap.* 63. *ſub num.* 117. illic: *Han de diſponer ſe pongan Clerigos Seculares, y en falta dellos, Religioſos de otras Ordenes, en las tales Doctrinas.*

Illud ſanè ſumme difficile eſt, quod in dicta Regia Schedula 6. *Februar.* 1660. deciditur, videlicèt, † Adiutores, ſeu 38 Coadiutores Doctrinariorum neceſſariò debere eſſe ab Ordinario approbatos & inſtitutos, ibi: *Siendo tambien materia de ſumo eſcrupulo, que pongan Coadjutores que ſiruan el dicho oficio ſeparadamente de los Doctrineros, ſin aprobacion, y examen neceſſario, y ſin colacion del Ordinario:* Et illic: *Y para que no pongan Coadjutores con nombre de Viſitadores, que exerçan ſeparadamente de los Doctrineros el oficio de Curas, ſin eſtar examinados, y aprobados por el Ordinario.*

Nam Coadiutores, & Doctrinariorum ſocios, aut interinarios ab Ordinario † loci, medio examine, debere eſſe pro- 39 batos, non eſt dubium *Trident. ſeſ.* 23. *de Reform. Cap.* 1. Poſſeu. *de offic. Curat. c.* 1. *à n.* 19. Peyrin. ex Fagund. *tom.* 3. *priuil. cap.* 4. *n.* 23. P. Pelliz. *in man. Regul. tract.* 8. *cap.* 4. *n.* 124. Garc. *de benef.* 3. *p. cap.* 2. *n.* 198. vbi Sacræ Congregationis declarationis meminit, Barboſ. *in ſumm. deciſ. Apoſt. collect.* 235. *n.* 6. Murg. *in quæſt. Paſtor.* 1. *p. q.* 2. *diuiſ.* 1. *n.* 16. & 2. *part. q.* 17. *n.* 6. D. Palaf. *ind. alleg.* 3. *n.* 136. Hi enim Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrant fidelibus Parochianis illius Doctrinæ, cuius ſunt adiutores, ergo neceſſario debent Prælati Ordinarij ſubire examen, ſine cuius approbatione & conſenſu, nullus ſanè poteſt ea Sacramenta exercere, vt latè tradidi *Cap.* 54. Regia Sched. 10. *Iunij* 1634. *d. Cap.* 63. *num.* 99. adducta, ibi: *Pues ninguno puede cuidar de eſta ocupacion Chriſtianamente ſin licencia ſuya.* Et probant Pat. Suarez *de pœnitent. diſput.* 28. *ſect.* 4. *num.* 1. P. Bauny *Theolog. moral.* 1. *p. tract.* 10. *q.* 10. & 21. P. Mendo

do *in ſtater. opinion. diſſert.* 1. *à num.* 75. Fagundez, Ioann. Sanchez, Caſpenſis, Martin de Sanct. Ioſeph. Dian. Petr. Fay. & alij, apud P. Moya *ſelectar. quæſtion. tract.* 3. *de Sacrament. Pœnit. diſp.* 7. *q.* 2. *num.* 23. *& à num.* 9. Dom. Peña Monteneg ro *in ſuo Itiner. lib.* 1. *tract.* 7. *ſect.* 1. *num.* 3. aſſerentes, Parochum non poſſe ſuis ſubditis aſsignare Sacerdotem non approbatum ab Ordinario, ad confeſsiones audiendas (illi enim competit huiuſmodi aſsignatio, dixi *Cap. Superiori, à num.* 19. *& infrà num.* 47.) reiecta opinione Petr. de Ledeſm. *in ſumm. tom.* 1. *de Sacrament. Pœnitent. concluſ.* 5. Ioan. de la Cruz *in director. part.* 2. *de Sacrament. Pœnit. quæſt.* 5. *dub.* 6. *concluſ.* 2. Leand. à Sacrament. *tom.* 1. *tract.* 5. *diſput.* 11. *quæſt.* 56. Soto *in* 4. *diſput.* 18. *quæſt.* 4. *artic.* 3. Thom. Hurtad. *tom.* 1. *variar. quæſt. reſolut. tractat.* 3. *cap.* 1. *reſol.* 12. contrarium tenentium. Maximè ſtante noua Pontificia declaratione, qua propoſitio hæc: *Qui Beneficium Curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem, non approbatum ab Ordinario*, damnata fuit ab Alexandro Papa VII. die 24. Septembris 1665. Ergo alijs aſsignare non poterit ſimplicem Sacerdotem non approbatum, alioquin poſſet & ſibi, vt ex doctrina Diui Thom. *in* 4. *diſtinct.* 21. *quæſt.* 1. *art.* 5. *quæſt.* 4. *ad* 1. docent Ioann. Martinez de Prado *tom.* 2. *quæſt. moral. cap.* 21. *§.* 6. *num.* 64. Pat. Moya *vbi proximè à num.* 12. Pat. Mendo *vbi ſupr. diſſertat.* 10. *à num.* 129. & *ad Bull. Cruciat. diſput.* 22. *num.* 16. Pat. Auendañ. *in Auctar. Indic.* 1. *part. num.* 364. *& ſeq. & part.* 2. *à num.* 196. *& 7. part. à num.* 135.

Aſt eoſdem ab Epiſcopo † inſti-
40 tuendos omninò eſſe, non videtur communi praxi & ratione conſonum; ſequeretur enim eiuſdem numero Doctrinæ, duos vel plures dari Doctrinarios, & Parochos, cum titulo legitimo; Doctrinarium nempè principalem, & adiutorem, ab eodem admiſſum, cum ſupponamus, hunc collationem habere Canonicam, ſecundum dictæ Schedulæ Regiæ deciſionem & ſententiam, ſiquidem collatio † eſt verus titulus Eccleſiaſticus
41 *Reg. Schedul.* 30 *Iulij* 1653. Regiæ Audientiæ Nouæ Galleciæ miſſa, in illis verbis: *Y à recibir la inſtitucion, y colacion Canonica, titulo Eccleſiaſtico, y deſpacho de poſſeſsion, &c.* quam retuli *Cap.* 32. *num.* 3. iunctis traditis *Cap.* 11. *a num.* 47. & *Cap.* 54. *num.* 18.

Hanc equidem difficultatem nuper diſputaui, in Regio Goathemalenſium Senatu, cum de ſupra traditæ Regiæ Schedulæ praxi & executione ageretur; tunc-que in lucem reſponſum edidi, ſex dierum ſpatio, pro viribus meis, elaboratum, premebat enim tempus proficiſcendi ad hoc Peruanum Regnum. Igitur in eo reſponſo, *artic.* 4. *a num.* 112. maximè *à num.* 123. intelligi, & interpretari oportere † Regium Reſcriptum, aſſerebam, ſecundum relationem & ſupplicationem, Regi Catholico D. N. exhibitam, iuxta communem ſententiam docentem, Decretum, & deciſionem Principis interpretandam & accipiendam, ſecundum ſupplicationis & relationis tenorem, *Cap. Inter dilectos* 6. *§. Cæterùm*, vbi gloſſ. verbo *Petitionis*, & Bald. *de fide inſtrumentorum, leg. Si defenſor.* 10. *§. Qui interrogatus, in fin. ff. de interrogat. action.* illic: *Hic enim magis eum puto, ad interrogatum reſpondiſſe, leg.* 1. *Cod. de diuerſ. Reſcript.* Doctores *in cap. Super literis, de Reſcript.* Abbas *in cap. vltim. num.* 2. *de treg. & pace*, idem Baldo *in leg.* 2. *num.* 42. *Cod. ſi contra ius vel vtilit. public.* Iaſ. *in dict. leg.* 1. *num.* 6. *Cod. de diuerſ. Reſcript.* Roman. *conſ.* 80. Paris de Puteo *de reintegrat. feud. cap.* 236. *num.* 11. Marin. Freccia *de ſubfeud. lib.* 2. verſic. *Vndecimo, num.* 9. *fol. mihi* 192. verſic. *Aſſenſus, & fol.* 182. *num.* 5. & 6. Decian. *conſ.* 86. *à num.* 51. *volumin.* 3. Camill. Gallin. *de verbor. ſignificat. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 29. Beſold. *conſil.* 199. *num.* 27. Petrus Surd. *conſ.* 281. *à num.* 27. & *deciſ.* 291. *num.* 29. Menochius *conſ.* 33. *num.* 14. *conſ.* 160. *n.* 32. *conſ.* 244. *num.* 3. *conſ.* 574. *num.* 6. *conſ.* 702. *num.* 5. *conſi.* 913. *numer.* 2. & *conſ.* 1194. *n.* 24. Honded. *conſ.* 94. *num.* 56. *vol.* 1. Medic. *conſ.* 1. *num.* 50. 58. & *ſeqq.* & *conſil.* 71. *num.* 51. Mar. Muta *ad Capita Regni Siciliæ Alphonſ. Reg. cap.* 457. *num.* 7. *tom.* 5. *fol.* 295. Oſaſc. *deciſ.* 88. *num.* 5. addit. *ad Menoch. conſ.* 156. *a num.* 1. Grammat. *deciſ.* 103. *n.* 203. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 109. *num.* 41. Franc. Merlin. *deciſ. Lucenſ.* 18. *num.* 2. Domin. Salgad. *de retent. Bullar.* 2. *part. cap.* 30. *§.* 1. *à num.* 23. Canc. 3. *p. variar. cap.* 3. *num.* 367. Padill. Meneſes *in dict. l.* 1. *C. de diuerſ. Reſcript. num.* 14. Fontan. *deciſ.* 370. *num.* 7. Capic. Latr. *conſult.*

141. *num.* 28. P. Auend. *vbi ſupr. tit.* 12. *num.* 390. D.D. Ioan. Muriel *in alleg. iur. pro Marchion. de Valdeunquillo, cum Comite de Fuenſalida, ſuper bonorum partitione, num.* 78. D. Ioſeph Gonçal. *in alleg. iur. pro Domna Maria del Barco, cum Comitiſſa de Caſarrubios, num.* 31.

Optimè Tertul. 4. *Mancio, Cap.* 38. quem ibi adduxi *num.* 115. Chriſtus Dominus interrogatus à Pilato: Tu es Rex Iudæorum? Reſpondit: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Dubitatur, de quo Regno interrogauit Pilatus, de temporali, an de ſpirituali? Et de temporali interrogaſſe affirmat Tertullianus, ex vi reſponſionis, per hæc verba: *Hæc fuit † materia quæſtionis, hæc ſubſtantia conſultationis, ad hoc reſpondiſſe Chriſtum, neceſ-*
43 *ſe eſt, cum igitur ſenſus reſponſionis, non ad aliud ſit dirigendus, quam ad propoſitum interrogationis, ſi hoc ſenſu reſponſionis, propoſitum abſoluitur interrogationis, non aliud reſponſio Domini ſapit, quam quo quæſtio abſoluitur.* Vbi etiam regulam præſcribit. *Iuſta* (inquit) *& digna præſcriptio eſt, in omni quæſtione, ad propoſitum interrogationis † debere pertinere ſenſum reſponſionis. Cæterùm aliud conſulenti aliud*
44 *reſponderi, dementis eſt: quo magis abſit à Chriſto, quod nec homini conuenit.* Et deinde, ibi: *Quod ſi ad ea facis, Chriſtum reſpondere, de quibus non eſt conſultus, negas eum, de quibus eſt interrogatus, reſpondere potuiſſe.* Polyb. *lib.* 6. *hiſtor.* illic: *Oportet eum, qui rectè ſit iudicaturus, non ſecundum oniſſa, ſed ſecundum dicta, iudicare.*

Non verò interpretatio facienda eſt, vt in caſu relato experiebamur, expenſis & obſeruatis † aliquibus Reſcripti verbis, cæteris interim omiſſis, quæ cum
45 alijs verùm & integrum ſuadebant, & componebant ſenſum: hoc enim à vera iuris interpretatione & diſciplina prorſus alienum eſt, vt animaduertere licèt, *in leg. Qui filiabus* 17. *in princip. leg. Si ſeruus plurium* 53. *§. fin.* illic: *Item earum, quæ præcedunt, vel quæ ſequuntur, l. Legatarius* 38. *ff. de legat.* 1. *l.* 4. *l. Grege* 6. *l. Si cui res* 58. *ff. de legat.* 2. *l.* 1. *ff. de acquir. hær. l. Gallus* 29. *§. Ille caſus*, vbi gloſſ. verb. *Induceret, ff. de liber. & poſth. l. Cum in teſtamento* 37. *§. fin. ff. de hæred. inſt. l. Mæuia* 44. ibi: *Neque contextum verborum totius ſcripturæ, ff. de manum. teſtam. l. Cum quæritur* 17. *ff. de admin. tut. l. Si ita ſtipulatio* 39. *in fin. ff. de oper. libert. l. Nam abſurdum* 7. *ff. de bon. libert. l. Vtrùm* 26. illic: *Et puto, ſequentem clauſulam Senatus-Conſulti ſequendam, ff. de petit. hæred. leg. Non eſt ferendus* 12. *ff. de tranſact. l. In ciuile* 24. *ff. de legib. l. Si teſtamentum* 8. *in fin. C. de inſtit. & ſubſtit. l. Si frater* 5. *in fin. C. de fideicom.* cum aliis, gloſſ. *in d. leg. In ciuile*, vbi Anton. Fab. *& in d. leg. Non eſt ferendus*, Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 51. Peregr. *de fideic. art.* 16. *numer.* 108. & *art.* 25. *num.* 29. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſ.* 28. *n.* 19. *& conſ.* 232. *n.* 20. Graſſ. *in §. Teſtamentum, q.* 76. Foller. *in prax. crim. part.* 2. verb. *Item quod commiſsit crimen læſæ Maieſtatis, n.* 25. D. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 29. idem Menoch. *conſ.* 115. *n.* 14. *& lib.* 4. *de præſ. præſ.* 71. *num.* 18. idem Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 13. *num.* 6. Barthol. *in l. Centurio, num.* 27. *ff. de vulg.* D. Caſtill. *controu. lib.* 4. *cap.* 50. *à num.* 17. Surdo *conſ.* 313. *num.* 88. *conſ.* 375. *n.* 28. & *conſ.* 475. *num.* 10. Gerard. Macol. *conſ.* 101. *n.* 80. Honded. *conſ.* 87. *n.* 104. *lib.* 2. D. Caſan. *conſ.* 17. *num.* 1. 3. *& 25. & conſ.* 47. *à n.* 36. *& conſ.* 44. *à n.* 7. *& conſ.* 56. *à num.* 78. Gutierr. *conſ.* 4. *n.* 4. Caputaq. *deciſ.* 206. *n.* 6. *p.* 1. *& deciſ.* 316. *num.* 3. *p.* 3. Put. *deciſ.* 357. *lib.* 3. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 21. *à n.* 16. Caualc. *deciſ.* 17. *n.* 24. *& deciſ.* 18. *n.* 118. *p.* 3. Raudenſ. *deciſ.* 31. *n.* 240. & *conſ.* 36. *n.* 52. D. Larr. *deciſ.* 53. *n.* 10. & *deciſ.* 54. *à n.* 8. D.D. Petr. Muriel Berroc. *in defenſ. Ducis de Hijar, n.* 19. D.D. Garc. de Porras & Silva *in allegat. iur. pro Marchion. de Cañete, cum Duce de Aueiro, ſuper Maioratu de Triuiño, num.* 258. optimè in re graue hoc rectè notauit, & aduertit, doctiſ. & Religioſiſ. D.D. Didac. Andr. Rocha in Limana Cancell. digniſ. Quæſtor, ſemper à me venerandus & colendus, *in addit. & frag. ad tract. de puriſ. Virgin. Concept., poſitis in fin. lib. quem de epithet. & laud. Diuin. Euchariſtiæ ſcripſit*, vbi Bandell. iuſtè increpat, vitium ſupra adductum, paſsim contra Virginis Conceptionem, componentem.

Supplicatio itaque † & relatio Regi noſtro facta, ex qua Reſcripti intellectum 46
deducebam, inuenitur in eodem, & in alio ipſomet die directo Cancellariæ Goathemalenſi, in hoc iſta referuntur verba, *Que para la adminiſtracion de los Santos Sacramentos ſe valen* (los Doctrineros) *de Ayudantes puestos por ellos, ò por ſus Prelados Regulares, que eſtos adminiſtran en lugares ſeparados, ſin examen, ni inſtitucion.* In illo

hæc:

hæc: *Que ſirue vno ſolo el oficio de Cura, en muchos lugares, que eſtàn en diſtancia de treinta, y quarenta leguas, y contienen mil, y mil y quinientos, y dos mil Indios tributarios.* Et deinde, ibi: *Con ocaſion de auer denegado la colacion, y Canonica inſtitucion à N. por ir pueſto èl ſolo para la adminiſtracion de lugares, que haſta entonces auian tenido quatro, ò cinco Doctrineros, y que no podia hazerſe por vno ſolo.* Regia Reſponſio eſt: *Que no pongan Coadjutores, que ſiruan dicho oficio ſeparadamente de los Doctrineros, ſin la aprobacion, y examen neceſſario, y ſin colacion de el Ordinario.*

Ex quibus apertè apparere aiebam, Regis Catholici mentem, & voluntatem eſſe, vt in partibus, populis, & Parochianis, vel Fidelibus, quorum Doctrinarius ipſe non eſt, nec poteſt eſſe legitimè Parochus, non valeat adiutor †
47 & ſocius eius, ab eodem, aut ſuo Regulari Superiore electus, animarum curam, & adminiſtrationem exercere, examine, approbatione, Regia præſentatione, & Canonica Ordinarij collatione deficientibus, Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 14. *de Sacram. pœnit. cap.* 7. *in princ.* ibi: *Nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem.* Coadiutor enim & Socius ea tantum exercere poteſt, quæ principalis, cuius eſt Socius & Coadiutor iuſtè, & rectè valet, vt ex Gonçalez *ad regul. octau. Cancellar. §. 9. gloſſ. 5. à num.* 3. & alijs docet Ioſeph. de Roſa *conſult.* 46. *num.* 5.

Quod autem Doctrinarius ipſe non ſit illorum, qui alijs in partibus populis, & Municipijs degunt, legitimus Parochus, in caſu relato, patet, quia, vt vidimus, nullus Doctrinarius poteſt ſibi habere ſupra quadringentos Parochianos, ſecundum Regium mandatum, vndè, ſi in Municipio, vbi degit, & cuius eſt inſtitutus Parochus, ſint Indi quadringenti, illorum reſpectu erit quidem legitimus Doctrinarius, verùm ſi præter hos, in alijs populis, & partibus ſeparatis, & diſtantibus ſint alij, imò mille & plures alij, vt in ſupplicatione refertur; meritò † non poterit Doctrinarius iſte eſſe legi-
48 timus illorum paſtor, ergo neque eius adiutor, & ſocius. Quare, vt optimè, & iuxtà Regis præſcriptum, procedat adminiſtratio, decernit & iubet dicta Regia Schedula, hos adiutores examine, approbatione, præſentatione, & Canonica indigere inſtitutione: quod eſt idem ac dicere & decidere, quod deputentur, & addantur legitimi Parochi in illis partibus, & populis ſeparatis, in quibus eſt Parochianorum ſufficiens numerus, & ita intelligi, & admitti debere illud *ſeparadamente* in Regia Sched. contentum, hoc exemplo explanabam, *in d. reſponſ. num.* 124. *& ſeq.* ibi:

L. Doctrina, y Partido de San Lucas Sacatepequez † tiene oy quatro pueblos, y 49
en ellos, ochocientos ſeſenta y tres tributarios, con vn Doctrinero, y vn Ayudante ſuprà n. 65. *conforme à la voluntad de vueſtra Real perſona tantas vezes declarada, no puede tener vn Doctrinero mas de* 400. *Indios tributarios, ſegun ella, el Cura de eſtos pueblos lo puede, y debe ſer del dicho numero de tributarios: y aſsi de vno de los quatro pueblos, verbi gratia, del de Santiago Sacatepequez, en que ay algunos tributarios mas de los* 400. *es preciſo, que el Coadjutor que tiene eſte Doctrinero, ſegun el eſtado preſente, aſsiſta en otro de dichos pueblos (ò en ſu compañia) para adminiſtrarlos: Dezia yo, ſi el Doctrinero principal no tiene, ni puede tener mas de los tributarios del pueblo de Santiago, porque dellos ſolamente puede ſer Doctrinero, ſegun el orden de vueſtra Real Perſona, à ellos ſolamente ſe eſtenderà ſu iuriſdicion: pues como podrà comunicarla à ſu Ayudante, para los demas pueblos, ſi èl no la tiene para ellos?*

Y aſsi, adminiſtrando oy, como debe creerſe adminiſtra el dicho Ayudante en otros pueblos, en que no puede tener iuriſdicion el Doctrinero, no baſtarà que eſtè examinado, y aprobado, para que legitimamente adminiſtre, ſi le falta la inſtitucion Canonica: con que ſe verifica, que eſte adminiſtra ſeparadamente, de todas maneras del Doctrinero principal, ſegun lo que haſta aqui ſe ha obſeruado, lo qual no quiere vueſtra Real Perſona ſe continùe, ſino que ſe ponga quien adminiſtre con titulo Eccleſiaſtico, que es lo miſmo que dezir, ſe añadan Miniſtros Doctrineros, y ſi eſtos tuuieren Ayudantes, ſea para lo miſmo, que ellos pueden adminiſtrar, y en que tienen iuriſdicion que delegar, y en eſte caſo no puede conſiderarſe ſeparacion entre ellos, y eslo, en que vienen à concluir las Doctrinas, y autoridades, de que el Cura puede delegar ſu iuriſdicion, eſto es, para todo aquello, en que èl la tiene; y ſi no la tiene mas que para quatrocientos, y aſsi limitada, no la podrà delegar para mas. El Cura

de San Sebaſtian, barrio de eſta Ciudad, la tiene para todo ſu Curato, podràla delegar para todo èl, pero no para el de los Remedios, porque èl no la tiene en aquel barrio, ni ſe eſtiende tanto la ſuya. Hæc ibi.

Deniq; ad Decretum Sacroſ. Trid. Concilij *Cap. ſuperiori, n.* 23. traditum, reſponderi poſſe arbitror, illud non procedere in hoc caſu; cum ex Regio Patronatu, & alijs Apoſtolicis priuilegijs, ante præfatum Concilium Tridentinum, à Sancta Romana Sede indultis, de quibus *Cap.* 25. *& alibi* dixi, aliud ſtatutum & decretum ſit à Catholicis Regibus: His
50 enim † iuribus, conceſsionibus, & gratijs non derogare Tridentinam Synodum ſanciuit ipſa *Cap.* 9. *ſeſ.* 25. *de Reformat.* ibi: *Exceptis Patronatibus, ſuper Cathedralibus Eccleſijs competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna poſsidentes, alioſque ſublimes ac Supremos Principes, iura Imperij in Dominijs ſuis, habentes, pertinent.* vbi Barboſ. *ſub num.* 71. Gonçal. *ad regul. octau. Cancell. gloſſ.* 24. *num.* 160. *& gloſſ.* 18. *num.* 19. Dom. Vega *in cap. Quanto,* 3. *de iudic. numer.* 18. Dom. Valenç. *conſ.* 58. *num.* 12. Garcia *de benef.* 5. *part. cap.* 9. *num.* 118. Dom. Salced. *in alleg. iur. con el Arçobiſpo de Seuilla, ſobre retencion de la taßacion, y reduccion de Miſſas,* quæ extat *lib.* 2. *de leg. politic. ſub cap.* 9. *num.* 223. *in nou. edit.* Emman. Rodrig. *tom.* 1. *Regul. quæſt.* 35. *art.* 1. *ante fin.* ibi: *Nam reſpondetur, quod iſta reuocatio non extenditur ad conceſsio-*
51 *nem in partibus Indiarum, in quibus † multa hodie contra Concilium Tridentinum, conceduntur pro conuerſione infidelium, & manutenentia conuerſorum,* & *tom.* 2. *quæſt.* 100. *art.* 5. refert plura priuilegia, fauore Indorum à Sancta Sede indulta. Ludouic. Miranda *in manual Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 43. *art.* 2. *poſt medium,* & *artic.* 5. verſic. *Secundo dico, in fine,* Dom. Epiſcop. Zapata *de iuſtit. diſtribut.* 2. *part. cap.* 14. *num.* 19.

Nec mireis, vt aliquando mirari vidi aliquos, etiam aduocatos, non ſatis peritos, & ab his principijs prorſus alienos, occaſione cuiuſdam litis, pro qua hæc in medium protuli, meo Fiſcali muneri cupiens ſatisfacere, in quod rectè expendi poteſt textus *in leg.* 10. *tit.* 4. *lib.* 1. *ſummar.* dicens: *Que en quanto † à la edad, y*
52 *calidades de los opoſitores, ſe guarde el Concilio de Trento; en lo demàs el Patronazgo Real.* Igitur in aliquo Regius Patronatus conſiderandus, & admittendus eſt, licèt à Tridentino Concilio deuiet.

SVMMARIVM.

1 *Regulares, vt Sæcularium perſonarum confeſsiones audiant, Ordinarij ſub ſunt approbationi, & examini, & num.* 4. 6. 27. *etiam de iure Indiarum, num.* 32. *limita, vt num.* 7.

2 *Presbyteri in ſua Ordinatione abſoluendi à peccatis poteſtatem accipiunt. Et num.* 11.

3 *Approbatio in hoc caſu gratis dari debet.*

4 *Hoc examen & approbationem habare debent Regulares, licèt ſint Magiſtri, & Lectores. Et num.* 5. 9.

8 *Prælati & Superiores Regularium etiam Ordinario ſubijciuntur in hoc caſu.*

10 *Cuius Ordinarij approbatio ſit neceſſaria, an pœnitentis, vel Confeſſoris?*

12 *Monachi Sacerdotes olim non poterant Sæcularium audire peccata.*

13 *Monachi ab initio Sæculares erant.*

14 *Epiſcoporum proprium munus erat, audire peccata.*

15 *Regulares aliqui poſtmodum ex indulto ſine Ordinario confeſsiones Sæcularium audiebant.*

16 *Hoc priuilegium communicabile cum alijs Religionibus, aliqui temere aſſerebant.*

17 *Præfatum priuilegium fuit conceſſum Fratribus Minimis.*

18 *Item Congregationi B. Mariæ Montis Olueti.*

19 *Congregationi Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati.*

20 *Fratribus Sancti Ambroſij ad Nemus Mediolan.*

21 *Patribus Societatis Ieſu.*

22 *Congregationi Clericorum Regularium Theatinorum.*

23 *Congregationi Clericorum Regularium Sancti Maioli.*

24 *Tempore tamen Paſchatis non procedebat indultum.*

25 *Hæc priuilegia nouiſsimis Conſtitutionibus Apoſtolicis reuocata ſunt.*

Vr-

26 *Vrbani VIII. conſtitutio ad hoc aſſertur.*

28 *Parochi licentia non ſufficit, vt Regulares, vel alius Sæcularium confeſsiones audiat.*

29 *Ordinarius non approbat, niſi quos Regularium ſuperior exponit.*

30 *Quali ter exponi debeant Regulares, vt approbentur ab Ordinario.*

31 *Clement. Dudum de ſepultur. quantum ad formam præſentandi prædicatores, non eſt ſublata per Tridentinum.*

33 *Regulares, vt poſsint ad Sacros Ordines promoueri, debent à ſuis Superioribus exponi. Et num. 37.*

34 *Clem. VIII. præſcripſit modum circa Regulares ordinandos. Et num. 35.*

36 *Literæ dimiſsoriæ ad Regulares ordinandos, quid continere debeant.*

38 *Diœceſanus Epiſcopus, vbi ordinandus degit, debet Regulares ordinare.*

39 *Monachi Sylueſtrini ad Ordinario tantum ordinantur.*

40 *Regularium ſuperior non poteſt Ordinandum in aliam Diœceſim tranſferre.*

41 *Regulares aliqui poſsunt ex priuilegio à quocumque Epiſcopo ordinari.*

42 *Patres Societatis Ieſu hoc priuilegio gaudent. Et num. 43.*

44 *Poſsunt ſimiliter extra tempora ordinari.*

45 *Fratres Deſcalceati Sancti Auguſtini in Indijs poſsunt etiam à quocumque Epiſcopi ordinari.*

46 *Hoc priuilegium communicatur alijs Religioſis, ibidem exiſtentibus.*

47 *Monachi Caſinenſes habent ſimile priuilegium.*

48 *Monachi item B. Mariæ Montis Oliueti.*

49 *Parochiale beneficium habens eo ipſo approbatus eſt, ad Sæcularium ſuæ Parochiæ confeſsiones audiendas. Et num. 51.*

50 *Hoc procedit reſpectu Parochi actualis.*

52 *Etiam extra propriam Parochiam, quoad ſuos Parochianos.*

53 *Aliqui tenent, etiam alibi aliorum peccata poſſe audire, ex licencia proprij Parochi.*

ARGVMENTVM

ORdinariorum examini ſubiacent Regulares omnes, pro Sæcularium perſonarum confeſsionibus audiendis, etiam iure Indiarum inſpecto; ad hoc, & ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, debent à ſuis Superioribus exponi.

CAP. LXX.

REgulares præterea cuiuſvis Ordinis locorum Ordinariorum ſubiacent examini, aut approbationi, quoties Sæcularium perſonarum confeſsiones cupiunt audire; nullus igitur poteſt legitimè huic † miniſterio accedere, niſi 1
priùs fuerit à Diœceſano approbatus, aut verè Parochiale beneficium obtinuerit, ita decreuit Sanctum Tridentinum Concilium, *ſeſ. 23. de Reformat. cap. 15. Quamvis* (inquit) *Presbyteri in ſua Ordinatione,* † *à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus,* 2
nullum etiam Regularem, poſſe confeſsiones Sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis † *detur, obtineat, priuilegijs, &* 3
conſuetudine quacumque, etiam immemoriabili non obſtantibus.

Quod deinde fuit à Sanctiſsimo Pio V. innouatum, & omninò † obſeruari mandatum, nullo Regularium, quan- 4
tumvis docto, & graduato, excepto, *in Bull.* incip. *Romani Pontificis prouidentia, pag. 343. §. 2. tom. 2. Bullar.* ibi: *Nos ſuperbis, pro debito Paſtoralis officij, prout tenemur, ſalubriter prouidere volentes, tenore præſentium, hac noſtra conſtitutione perpetua ſancimus & declaramus, Decretum*

tum Concilij Tridentini de approbatione Regularium audiendis confeſsionibus Sæcularium præpoſitorum, ab Epiſcopis facienda, obſeruari debere, etiam in omnibus Regularibus quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, etiam ſub regulari diſciplina viuentibus: etianſi † ſint lectores, aut in Theologia, etiam de Superiorum ſuorum licentia graduati, vel promoti, vel à ſuis Magiſtris Generalibus, vel Prouincialibus Miniſtris Sæcularium confeſsionibus audiendis expoſiti. Bullæ Gregor. XV. & Vrban. VIII. id ipſum continent, de quibus fit mentio *infr. n.* 25. & 26.

6 Hanc materiam † & concluſionem latè proſequuntur ac exornant Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.* 20. *à princ.* Piaſec. *in prax. Epiſc.* 2. *p. cap.* 1. *num.* 10. Ludou. Mirand. *in manual. Prælat. tom.* 1. *q.* 45. *art.* 8. *in fin.* Hieron. Rodrig. *in compend. quæſt. Regul. reſol.* 32. *à num.* 1. Graff. *in deciſion. aur. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 109. Paulin. Bertus *in prax. crimin. Regular. tit.* 4. *Cap.* 29. *num.* 46. verſic. *Regulares ijdem.* Torrebl. *de iur. ſpirit. lib.* 14. *cap.* 2. *à num.* 23. P. Suar. *vbi infr. ſect.* 7. Fagund. *in præc. Decalog. lib.* 7. *præcept.* 2. *cap.* 2. *a num.* 68. Cardin. Lug. *de Sacrament. Pœnitent. diſp.* 21. *ſect.* 2. *a num.* 3. Cardin. Tolet. *lib.* 3. *ſumm. cap.* 13. *n.* 6. P. Vazq. *tom.* 4. *in* 3. *part. q.* 93. *art.* 3. *dub.* 4. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 8. *n.* 132. Gutierr. *Canon. quæſt. cap.* 27. *à num.* 6. P. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 29. *a num.* 14. Campan. *in diuerſ. iur. Can. rubric.* 12. *cap.* 13. *a num.* 73. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop.* 2. *p. alleg.* 25. *per tot.* maximè *a num.* 45. vbi *a num.* 78. in caſu † neceſsitatis rectè limitat, & *ad Concil. Trid. in dict. cap.* 15. *a num.* 1. & *de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 204. & *in ſumm. decis. Apoſtol. collect.* 636. *a num.* 1. Hieron. Ceuall. *in tractat. de cogn. per viam violentiæ.* 2. *part. q.* 71. *ſub n.* 47. Ioann. Mar. Bellet. *diſquiſ. Cleric. part.* 2. *tit. de pœn. Cleric. §.* 31. *n.* 1. *in fin. & ſeqq.* & *part.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric. §.* 4. *num.* 42. Aſcan. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſito* 11. *n.* 75. P. Pelliz. *in manual. Regul. tract.* 8. *cap.* 3. *à num.* 9. Pat. Thom. Tamb. *in ſumm. mor. lib.* 5. *cap.* 5. *§.* 2. *a num.* 26. & 35. Reuerendiſ. noſter P. Mendo *in ſtater. opin. diſſert.* 1. *n.* 308. & *in Bull. Cruciat. diſp.* 22. *a num.* 30. Pat. Ioann. Dicaſtill. *de Sacram.* 2. *diſput.* 10. *dub.* 9. *a num.* 235. Pat. Bauny 1. *part. Theolog. moral. tract.* 4. *quæſt.* 6. & *ſeqq.* Pat. Moya *ſelect. quæſt. tract.* 3. *de Sacrament. Pœnit. diſp.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 27. & *quæſt.* 3. *num.* 7. Pat. Thom. Hurtad. *de congrua ſuſtent. Eccleſiaſtic. lib.* 5. *digreſ.* 2. *num.* 860. Domin. Palaf. *in defenſ. Canonic. contra Patres Ieſuitas,* 3. *p. num.* 14. Machad. *de perfect. confeſ. lib.* 4. *part.* 6. *tractat.* 10. *docum.* 10. *a princ.* Magiſt. Ioan. Baptiſt. Lezan. *tom.* 1. *quæſt. Regular. part.* 1. *cap.* 19. *à num.* 2. & 35. & *num. fin. & cap.* 18. *num.* 79. & *tom.* 3. *in Mari Magn. Eremit. Sanct. Auguſt. §.* 43. *num.* 136. & alij.

Aduertit etiam † Barboſa, & benè *in dict. cap.* 15. *Concilij. num.* 6. cum Patre Suar. *tom.* 4. *diſput.* 28. *ſect.* 4. *num.* 25. Emman. Rodrig. *in Bull. Cruciat. §.* 9. *dub.* 1. *num.* 4. Fagund. *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *numer.* 13. & 39. & Bartholom. à Sanct. Fauſt. *tom.* 3. *tract. de pœnit. lib.* 6. *q.* 51. ſub hoc decreto & prohibitione comprehendi ſimiliter, Prælatos, & Superiores Regulares, Manrique *contra Dian. part.* 2. *quæſt.* 118. Trullench. *de Sacram. lib.* 4. *cap.* 9. *dub.* 7. *num.* 4. Pat. Dian. 2. *part. moral. tract.* 16. *reſolut.* 44. Martin. de San Ioſeph *en ſus auiſos de Confeſſores, lib.* 1. *tract.* 24. *num.* 19. Pater Thom. Tamburin. *in ſumm. lib.* 7. *cap.* 8. *§.* 2. *num.* 13. licèt alij contrarium teneant, vt *ibidem* aduertit, quemadmodum † in eadem continentur Doctores, & Magiſtri in Theologia, Lectores, & alij graduati Religioſi, vt clarè exprimit adducta Pij V. conſtitutio, & notant Pater Suar. *dict. ſect.* 4. *à num.* 3. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib.* 1. *num.* 177. Coninch *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 8. *num.* 58. Miranda *quæſt.* 45. *art.* 9. *concluſ.* 1. Hieronym. Rodrig. *vbi ſupr. num.* 9. Pater Mendo *dict. diſſert.* 1. *num.* 310. & *diſſert.* 13. *num.* 295. & *in Bull. diſput.* 22. *num.* 23. & *ſeqq.* Barboſ. *dict. alleg.* 25. *num.* 26. vbi latè tractat cuius Ordinarij, in hoc caſu, † approbatio neceſsaria ſit. Dom. Palafox *vbi proximè num.* 51. & *ſequenti*, addendi Rodriguez *in explicat. Bullæ, §.* 9. *num.* 5. Gutierrez *Canon. lib.* 1. *cap.* 17. Villalob. *in ſumm. tom.* 1. *tractat.* 9. *difficultat.* 56. *num.* 3. Leand. *dict. tom.* 1. *tractat.* 5. *diſput.* 11. *quæſt.* 7. Ludouicus Lopez *in Bull. cap.* 8. Cardin. Lugo *de pœnit. diſp.* 21. *ſect.* 1. Mendez *in Bull. ſect.* 1. *num.* 79. P. Mendo *dict. num.* 295. & *dict. num.* 23. & *de iur. Academ. lib.* 2. *quæſt.* 7. Pat. Tambur. *in Bull.*

Bull. Cruciat. cap. 11. *§.* 1. *à num.* 6.

Licèt aliàs certum ſit, Presbyterum
11 quemcumque in ſua ordinatione † abſoluendi à peccatis poteſtatem accipere, vt conſtat *ex præfato* Tridentini Decreto, & *ſeſ.* 14. *de Sacram. Pœnit. Cap.* 6. docentque plures, ex iam citatis, quibus addendi ſunt Magiſt. Sot. *lib.* 4. *ſententiar. diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 1. Sayr. *de pœnit. cap.* 24. *à n.* 1. Onufr. *de ſigill. ſect.* 3. *q.* 1. *dub.* 5. verſ. *Prima concluſio*, Bonacin. *de Sacram. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 1. *propoſ.* 1. *à num.* 1. D. Palaf. *vbi ſupr. à num.* 2.

12 Obſeruandum tamen † obiter in præſenti eſt, olim Monachis Sacerdotibus (poſtquam ſacris Ordinibus inſigniri cæperunt, cum ab initio omnes † Sæculares
13 eſſent, vt tradidi *Cap.* 51. *num.* 9. adde doctum Don Gabriel. de Eſpinoſa Ribadeneira *in alleg. iur. por el Conuento de la Cartuxa de Granada, con el ſeñor Fiſcal del Conſejo de Hazienda, Arçobiſpo, y Cabildo de aquella Ciudad, ſobre diez nos, num.* 72. ſSæcularium confeſsiones audire fas non eſſe, Epiſcoporum enim proprium † erat
14 hoc munus, donec premente neceſsitate (adde tradita *Cap.* 73. *à num.* 2.) illis delegare incæpit miniſterium iſtud, ita apertè conſtat *in Concil. Pariſ. III. lib.* 1. *cap.* 46. ibi: *Illud nobis non videtur congruum, vt Clerici, & laici Epiſcoporum, & Presbyterorum, & Canonicorum iudicia declinantes, Monachorum Monaſteria expectant, vt ibi Monachis Sacerdotibus confeſsionem peccatorum ſuorum faciant, præſertim cum eiſdem Sacerdotibus Monachis id facere, fas non ſit, exceptis his duntaxat, qui ſub Monaſtico Ordine ſecum in Monaſterijs degunt.* Nicephor. Cartophilax in *Epiſtol. ad Theod.* quem refert Cardin. Baron. *annal. tom.* 1. *anno Domini* 56. *num.* 36. in illis verbis: *Certè non tantum publicè peccantes, ac pœnitentes, Eccleſiæ reconciliare, ſed & ſecreto confitentes audire, muneris fuiſſe Epiſcoporum, ſcribit Nicephorus Cartophylax, additque illos immenſi perteſos laboris, eandem functionem delegaſſe poſtea Monachis Sacerdotibus.* Diu. Clemens I. *Epiſtol.* 1. *ad Iacob. fratrem Domini. Quod ſi fortè*, inquit, *alicuius cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his, quæ ſuperiùs memorauimus, latenter irrepſerint, non erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit, confiteri Prælato, vt ab ipſo per verbum Dei, & conſilium ſalubre, curetur.* Hæc in puncto adduxit Domin. Palafox *vbi ſupra à numer.* 1. & 5.

Et quamvis Regularium † Congre- 51
gationibus, Communitatibus, & Ordinibus aliquibus, poſtquam confeſsionis Sæcularium facti ſunt capaces, iam pridem à Sancta Apoſtolica Sede fuerit priuilegium indultum, vt ſine Epiſcopo eorum Sacerdotes, à ſuis Superioribus Regularibus aſſignati, Sæcularium confeſsiones audire, & Sacramenta licitè adminiſtrare valerent, ſicut plenè refert Sanctiſs. Vrban. VIII. *in ſua conſtitut.* incip. *Cum ſicut accepimus pag.* 152. *tom.* 4. *Bullar.* per hæc verba: *Cum ſicut accepimus aliquibus Religioſis quorundam Ordinum, ſeu Congregationum, à Sede Apoſtolica indultum fuerit, vt Sacramentales perſonarum Sæcularium confeſsiones audire valeant, etiam ſi ab Epiſcopis Diœceſanis, ad id examinati, & approbati non fuerint, nec deſint qui temere † aſſererent, hoc ipſum priuilegium cæteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ex ampliſsimis priuilegiorum* communicationibus, *quas ab eadem Sede Apoſtolica obtinuerunt, &c.* 16

Maximè † conceſsum fuit tale priui- 17
legium Fratribus Minimis Sancti Franciſci de Paula, *in Bulla Iulij Papæ II.* incip. *Dudum pagin.* 486. *§.* 34. *& §.* 39. *tom.* 1. *Bullar.* Congregationi Monachorum B. Mariæ † Montis Oliueti, Ordi- 18
nis Benedictini, *in Bulla eiuſdem Pontificis*, quæ incip. *Etſi pagin.* 496. *§.* 32. *eodem tomo*, illic: *Et cum ſæpè contingat, quod ob ſingularem deuotionem, quam nonnullæ perſonæ ad Monachos huiuſmodi Congregationis habent, ad eoſdem Monachos, pro earum ſalute animarum, recurrant, eiuſdem Congregationis Prælatis ſiue Monachis, à ſuis Superioribus, ad audiendum huiuſmodi perſonarum confeſsiones, deputatis, quod perſonis ipſas accedentes audirent, ac perſonæ ipſæ eis abſque alia ſuorum Superiorum licentia confiteri, &c.*

Congregationi † Clericorum Re- 19
gularium Sancti Pauli Decollati, *in Bulla Paul. III.* incip. *Dudum, pag.* 702. *§.* 7. *eodem tom.* Fratribus † Sancti Ambroſij 20
ad Nemus Mediolanenſ. *in Bulla Eugen. IV.* incip. *Regimini, pag.* 360. *§.* 8. *& 9. eodem tom.* Patribus † Societatis Ieſu, 21
in Bull. Paul. III. incip. *Licèt debitum, pag.* 774. *§.* 28. *eod.* per hæc verba: *Præterea, cum intellexerimus populos Ciuitatum, terrarum, & locorum, apud quæ habitationem ijdem ſocij habent, vel vbi eoſdem verſari, aut tranſire contingit, exemplo alie-*

allectos & inductos Religioſæ vitæ, quam, Domino concedente, ducunt, libenter, ad confitendum eiſdem, & Sacratiſsimam Communionem de manibus eorum accipiendam, confluere, vt illis ſic confluentibus ſatisfacere valeant, vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, vt cuilibet de Societate prædicta confiteri poſsint, Rectoris ſui licentia minimè requiſita, cui non teneantur eadem peccata, de quibus confeſsi & abſoluti fuerint, rurſus confiteri.

22 Congregationi † Clericorum Regularium Theatinorum, *in Bulla* Pij V. incip. *Ad immarceſsibilem, pag.* 214. §. 17. *tom.* 2. *Bullar.* illic: *Et tàm Præpoſiti, quàm cæteri omnes Clerici Romæ, Venetijs, Neapoli, ac aliàs vbique locorum degentes, Congregationis huiuſmodi, nunc, & pro tempore exiſtentes, qui tamen Presbyteri, fuerint, Euchariſtiæ, etiam pro Viatico, ac etiam conſtitutis in articulo mortis, ac Extremæ Vnctionis, cæteris Clericis, & Fratribus Congregationis huiuſmodi, ac etiam mercenarijs, famulis, operarijs, & ſeruis eorumdem Congregationis, ac quibuſvis hoſpitibus, etiam Sæcularibus, & extraneis, quos in locis, vel habitationibus Congregationis huiuſmodi, tunc reperiri contigerit, etiam in mortis articulo, & quoties de illo dubitari contigerit, etiam Diœceſan. locorum & Sacerdotum Curatorum quorumcumque, etiam in quorum Ciuitatibus & Diœceſibus, ac Eccleſiarum Parochis reſpectiuè Eccleſiæ, & loca ipſorum Congregationis nunc, & pro tempore fuerint, aut aliorum quorumcumque licentia minimè petita, nec obtenta, & in caſum, quo non daretur ſpatium petendi talem licentiam, propter repentinam neceſsitatem, etiam quibuſcumque alijs perſonis, quæ in huiuſmodi neceſsitate intra Eccleſias, Collegia, domos, & habitationes Congregationis prædictorum, reperiri contigerit, ac extra illa, alijs quibuſvis infirmis, etiam in mortis articulo conſtitutis, vbique in cauſa neceſsitatis ſupradictæ, etiam nulla ad hoc per eos petita, nec eis conceſſa licentia cuiuſvis Sacerdotis Curati, Pœnitentiæ Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare poſsint.*

23 Congregationi † Clericorum Regularium Sancti Maioli, aliàs de Somaſcha, *in Bull.* Sixt. V. incip. *Æquum reputauimus, §. 2. pagin.* 493. *eodem tom.* 2. in illis verbis: *Necnon, quod omnes, & ſinguli ipſius Congregationis Presbyteri Regulares, à ſuis Superioribus, ad id ſpecialiter approbati, eorumque licentia, vel conſenſu deſuper requiſito & obtento, poſsint in Eccleſijs propriis ipſius Congregationis, vel in alijs etiam quibuſcumque, de licentia illorum Superiorum, Miſſas celebrare, confeſſiones quorumcumque Chriſti fidelium, etiam alienæ Parochiæ ſubditorum, audire, & Sanctum Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare, quibuſcumque feſtiuis, ac non feſtiuis, ac Dominicis diebus, & omnibus temporibus, Paſchatis † dumtaxat exceptis, &c.* 24 & alijs multis.

Nouiſsimis † tamen Apoſtolicis 25
Conſtitutionibus, hæc & ſimilia indulta ac priuilegia reuocata ſunt, reſolutumque tandem & ſancitum, vt nullus Regularis cuiuſcumque Ordinis, & Congregationis, ac ſocietatis, Sæcularium perſonarum valeat confeſsiones audire, niſi priùs à locorum Ordinarijs fuerit examinatus & approbatus, iuxta præfatum Sancti Tridentini Concilij Decretum, vt præter iam traditam Pij V. Bullam, determinant ac decidunt Bullæ Greg. XV. incip. *Inſcrutabili, §. 1. & 5. pag.* 402. *tom.* 3. & Vrban. VIII. incip. *Cum ſicut accepimus, ſupr. citat. §.* 1. per hæc verba:

Nos huic malo opportunè prouidere † 26 *volentes, de Venerab. Fratrum noſtrorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotijs Regularium Præpoſitorum, Conſilio, omnia & ſingula indulta huiuſmodi, audiendi Sæcularium confeſsiones, abſque Ordinarij examine & approbatione, quibuſvis Collegijs, Capitulis, Religionibus, Societatibus, & etiam Societati Ieſu Congregationibus, & Ordinibus, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, necnon Monachorum quorumcumque, etiam Sancti Benedicti. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, annullamus, viribuſque & effectu euacuamus, ac reuocata, caſſa, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque & effectu vacua eſſe, & forè, nec Religionibus Societatibus, etiam Societati Ieſu, Congregationibus, Ordinibus, ac Militijs, & Eccleſijs, Monaſterijſque prædictis, eorumque Superioribus, & perſonis quibuſcumque in poſterum, vllo modo ſuffragari, minuſque illos, & illos etiam, ſi de ijs ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, mentio habenda foret, indultis huiuſmodi, vti poſſe.*

Hoc ipſum † ita in ſpecie, conceſ- 27
ſum fuit nuper à Clement. VIII. Clericis Sæcularibus in communi viuentibus, ſub inuocatione B. Mariæ *in Bull.* incip.

Ex

Ex quo, §. 5. pag. 169. tom. 3. Bullarij, ibi: *Quodque Confessores dictæ Congregationis, qui ab Ordinario approbati fuerint, confessiones quorumcumque ad eos accedentium, quocumque anni tempore, audire & debitam illis pœnitentiam, pro modo culpæ iniungere,* & etiam Fratribus Iesuatis Sancti Hieronymi, à Gregorio XV. *in Bull.* incip. *Ex iniuncto, pag. 433. §. 1. eod. tom. 3.*

Itaque hodie Regulares, vt valeant Sæcularium personarum confessiones audire, debent Ordinariorum examen subire, & illorum obtinere approbationem, vt dictum est (nec sufficit Parochi licentia,
28 aut approbatio, † cum Concilium requirat Episcopi examen & approbationem, Bonacin. *de Sacram. Pœnit. disp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. num. 12.* Villalob. *tom. 1. tract. 9. difficult. 49. num. 1.* P. Vazquez *disp. 93. artic. 3. dub. 4. num. 5.* P. Hurtad. *disp. 10. dif. 16.* Cardin. Lugo *disp. 21. n. 6.* Fr. Martin. de S. Ioseph. *vbi supr. num. 5.* Ioan. Sanch. *select. disp. 48. n. 51.* P. Dian. *10. p. moral. tract. 16. resol. 75.* Vbi ex Suarez, Fagundez, Sanchez, & alijs docet, contrariam esse improbabilem, Magist. Lezan. *tom. 1. quæst. Regular. p. 1. cap. 19. num. 2. in fin.* Sed aliquo casu posse Doctrinarium licentiam concedere viro alias docto, vt confessiones audiat Indorum, trado *infra Cap. 72. num. 38* (ad quod à suis Superioribus Episcopo, vel Ordinario exhiberi & præ-
29 sentari solent & debent, neque † alios assueuit Ordinarius probare, nisi quos eorum Superiores & Prælati exponunt verè, vel interpretatiuè, *Clement. Dudum, §. Statuimus, de sepultur. extrauag. super Cathedram 2. §. Statuimus, eod.* Bull. Leon. X. incip. *Dum intra, §. 6. pag. 586. tom. 1. Bullar. d.* Bulla Pij V. incip. *Romani Pontificis prouidentia, §. 2. in fin.* facit Bulla Clem. VIII. incip. *Nullus omninò, pag. 79. tom. 3. Bullar. §. 53.* in illis verbis: *Neque aliquis ad confessiones audiendas, antequam præsentetur Ordinario, minor triginta annis à Generali, admittatur, & qui priùs rigoroso † examine circa doctrinam, mores,*
30 *& disciplinam à Prouinciali, & duobus Magistris, onerata ipsorum conscientia, non fuerit approbatus.* De hac re latè agunt Henriquez *lib. 5. de pœnit. cap. 6. §. 6.* Trullenc. *in expos. Bullæ Sanct. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 5. num. 4.* P. Suarez *tom. 4. de Religion. tract. 10. lib. 9. cap. 2. à n. 1.* Fagundez *dict. lib. 7. cap. 2. num. 33.* Stephan. Daluin. *de potest. Episcop. cap. 35. num. 2.* Barbos. *eod. tract. 2. part. dict. allegat. 25. sub num. 45. & in addit. ad eam numerum post 3. p. & ad Concil. Tridentin. dict. cap. 15. num. 7.* (vbi ex Emman. Rodrig. *tom. 1. quæst. Regular. quæst. 59. artic. 2. & in addit. ad explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 30.* altero Rodrig. *dict. resol. 32. num. 3.* Ludou. Mirand. *d. quæst. 45. art. 6.* & Bartholom. à Sanct. Faust. *d. tract. de pœnit. lib. 6. quæst. 100.* docet, præfatam † Clementinam *Dudum*, quan- 31
tum ad formam præsentandi Prædicatores, non esse sublatam per Decretum Tridentini iam traditum: adde adducta *Cap. Sequenti, num. 13.*) *& in summ. decis. Apostolic. collectan. 602. num. 6.* Peyrin. *tom. 3. priuileg. in addit. cap. 12.* Cardin. Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 21. num. 29.* Bellet. *dict. tit. de pœn. Clericor. §. 31. à num. 1.* P. Pellizzar. *dict. cap. 3. à num. 9. & 13.* Lezan. *dict. cap. 19. num. 2. & tom. 4. consult. 40. num. 97. & seqq.* Dom. Palafox *d. 3. part. num. 8. cum seqq. & num. 72.* vbi latè.

De iure † Indiarum, quod *supra* ad- 32
ductum & fundatum est, decisum & sancitum habemus, per Regiam Schedulam 22. *Martij* 1577. ex qua formatur *l. 45. tit. 10. lib. 1. summar.* per hæc verba: *Que los Religiosos, que huuieren de ser Confessores, sean examinados por el Ordinario,* D. Palafox *in defens. Canonic.* nouiter edita *ann.* 1652. *Sobre no auer querido pedir los Padres de la Compañia las licencias para predicar, y confessar en el Obispado de la Puebla, fol. 3. B.* vbi ait, id iussum fuisse, per *Concil. Mexic. III. sub tit. de pœnit. & remis. lib. 5. §. 1. obseruari mandatum, por Cedula de su Magestad de 23. de Setiembre de 1623. despachada en contradictorio juizio obedecida, y mandada guardar por el Real Acuerdo de este Reyno, en 27. de Mayo de* 1627. & repetit *fol. 41. B.*

Regulares item, vt valeant à loco- 33
rum Ordinarijs ad Sacros † Ordines promoueri, debent à suis Superioribus exponi, nec aliter ordinantur, ita prouisum est *in Bulla* iam adducta Leon. X. incip. *Dum intra, §. 2.* Tridentin. Concil. *sess. 14. de Reformat. cap. 1. & in Bulla* citata Clem. VIII. incip. *Nullus omninò, §. 24.*
quæ † etiam præscripsit modum, à Re- 34
gularium Superioribus seruandum in personas ordinandorum, in verbis relatis *infrà Cap. 73. num. 22.* Decretumque ibidem à Sanctissimo seruari iussum, traditur à Lauret. de Franch. *in controuers. inter*

ter Epiſcop. & Regular. pag. 71. Barboſ. *d.* 2. *p. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 7. *num.* 18. Marcell. Vulp. *in prax. iudic. cap.* 7. *num.* 11. Pat. Bauny 2. *p. Theolog. moral. tract.* 8. *quæſt.* 17. verſicul. *Sexto*, P. Dian. 1. *part. moral. tract.* 16. *reſolut.* 13. & à Lezan. *d. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 14. *numer.* 12. & tale eſt.

De mandato S. D. N. Clementis, Diuina † *prouidentia, Papæ VIII. tenore* 35 *præſentium, mandatur omnibus & ſingulis quorumcumque Regularium Superioribus, vt de cætero obſeruent, & obſeruari faciant ea, quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilij Tridentini continentur, cuius tenor eſt talis: Congregatio Concilij cenſuit, Superiores Regulares poſſe ſuo ſubdito item Regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis, Ordines ſuſcipere voluerit, literas dimiſſorias* † 36 *concedere, ad Epiſcopum tamen Diœceſanum, nempè illius Monaſterij, in cuius familia ab his, ad quos pertinet, is Regularis poſitus fuerit, etſi Diœceſanus abfuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes, vel Sedes Epiſcopalis vacauerit* (vt quidam adiungunt, Peyrin. *tom.* 1. *priuileg. Minimor. conſtit.* 2. *Sixt. IV. §.* 11. *num.* 33.) *ad quemcumque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad Doctrinam, & dum ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria, conceſsionem dimiſſoriarum, in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus, vel abfuturus, vt nullas habiturus eſſet ordinationes, verùm cum à Superioribus Regularibus, Epiſcopo Diœceſano abſente, vel ordinationes non habente, literæ dimiſſoriæ dabuntur, in eis vtique huiuſmodi cauſam abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationem ab eo non habendarum, exponendam eſſe, quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuæ & paſsiuæ priuationis, ac aliàs arbitrio eiuſdem S. D. N. Papæ reſeruatas pœnas incurrent.*

Ad hanc † totam materiam, plura 37 differentes, videndi ſunt Ancharran. *in cap. Cum nullus, de temporib. ordinat. in* 6. *num.* 3. Sylueſt. *in ſumm.* verbo *Ordo* 3. *num.* 3. & verbo *Religioſus*, Rebuff. *in prax. benefic. tit. de Clericis, a quibus & quomodo creentur, num.* 22. Rodrig. *tom.* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 24. *artic.* 8. Quarant. *in ſumm. Bullar.* verbo *Ordo, pagin.* 292. Miranda *dict. tom.* 1. *quæſt.* 38. *artic.* 2. Nald. *in ſumm.* verbo *Ordo, num.* 26. Maiol. *de irregular. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 2. Vgolin. *de poteſtat. Epiſcop. cap.* 26. *§.* 18. *num.* 2. verſic. *Tertiò excipiuntur Regulares, & §.* 20. *num.* 8. Petr. Ledeſm. *in ſumm. tom.* 1. *de Sacram. Ordin. cap.* 8. *concluſ.* 10. Iul. Cæſ. Madius *de Sacris Ordinibus, cap.* 10. *numer.* 8. Capuccin. *in addit. ad compend.* verbo *Ordinis Sacri, §.* 1. *in fine*, Campanil. *in diuerſor. iur. Canon. rubric.* 9. *cap.* 3. *& rubric.* 12. *cap.* 13. *à num.* 33. Barboſa *dict.* 2. *part. allegat.* 4. *num.* 60. Molfeſ. *in ſumm. tom.* 1. *tractat.* 2. *cap.* 2. *à num.* 23. Piaſec. *in prax. Epiſcop.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 10. verſicul. *Quartò extende*, Franciſc. Leo. *in Theſaur. for. Eccleſiaſt.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 36. Gauant. *in manual. Epiſcop.* verb. *Regularium iura ſub Epiſcopis, numer.* 23. Pat. Sanchez *conſilior. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *numer.* 44. Sayr. *in floribus deciſionum, deciſ.* 24. *ſub tit. de tempor. ordinat.* Thom. Valaſc. *alleg.* 5. *a num.* 48. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſito* 7. *num.* 14. *& tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſit.* 11. *num.* 73. Pat. Pelliz. *dict. tract.* 8. *cap.* 2. *num.* 169. Gabr. à Sanct. Vincent. *de cenſur. diſp.* 6. *num.* 100.

Vnum † neceſſario obſeruandum 38 eſt, ex dicta Sacræ Congregationis declaratione, videlicèt, Regulares ad Ordines promouendos, eſſe ordinandos ab Epiſcopo Diœceſano loci, in quo ordinandi degunt, quod & à Sacro Tridentino Concilio decretum eſt, *ſeſ.* 23. *de Reformat. cap.* 8. illic: *Vnuſquiſque autem à proprio Epiſcopo ordinetur*, in hoc videndi ſunt Nauarr. *conſil.* 22. *de temporib. ordinat.* aliàs *conſ.* 36. *eodem tit. in nou.* Hieronym. Rodrig. *in compend. quæſt. Regular. reſolut.* 106. *num.* 15. Barboſ. *in dict. cap.* 8. *Concilij*, *num.* 28. cum alijs iam relatis. Ita Monachi Sylveſtrini † ab 39 Ordinario tantum Diœceſano ordinantur, ex Bull. Innocent. Papæ IV. incip. *Religioſum, pagin.* 114. *§.* 8. *& in Bulla eiuſdem Pontificis*, incip. *Inter opera, §.* 14. *pagin.* 85. *tom.* 1. *Bullar.* Quando † autem Regularis ſuperior incidat in pœnam, à Clem. Papa VIII. in 40 ſuo Decreto *ſupra* adducto, impoſitam, transferendo ordinandum in aliam Diœceſim, tradit Ricc. *deciſ. Curiæ Archiep. Neapol.* 159. *part.* 3.

Aliqui tamen † ordines aut Regulares ad hæc non tenentur, ex eo quod 41 habeant ſpeciale priuilegium Apoſtolicum, vt valeant à quolibet ordinari Epiſcopo, tali gaudent Religioſi † So- 42 cie-

cietatis IESV, *per Bullam* Gregor. XIII. incip. *Pium & vtile*, *pag.* 459. *tom.* 2. *Ballar.* & notant Piasec. *dict. num.* 10. Rodrig. *tom.* 1. *Regular. quæst.* 18. *artic.* 6. alter Rodrig. *in compend. resolution.* 106. *num.* 7. Mauric. Alced. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 28. Ricc. *vbi proximè decis.* 93. *num.* 7. Barbos. *in dict. cap.* 8. *n.* 6. *& dict. allegat.* 4. *num.* 60. *in fin.* P. Pellizzar. *dict. cap.* 2. *num.* 168. versic. *Hoc tamen*, vbi ex Tiberio *in instruction. cap.* 7.

43 *quæst.* 49. refert, dictum priuilegium † non esse reuocatum per Decretum Sacræ Congregationis, *iam citatum*, affirmat etiam *ibidem*, alijs quibuscumque Religiosis esse incommunicabile; in eo similiter indulgetur Iesuitis,

44 vt extra † tempora possint ordinari. Adde Marchin. *de Sacrament. Ordin. tractat.* 1. *part.* 7. *cap.* 7. *num.* 4. & tradita *Cap.* 77. *n.* 57.

Simile priuilegium, vt valeant à quo-

45 libet Episcopo † ordinari, obtinent Fratres Descalceati Sancti Augustini in Indijs Occidentalibus, Insulis Philipinis, &c. *ex Bulla* Vrbani Papæ VIII. incip. *Cum sicut*, *pag.* 192. *tom.* 4. *Bullar.* vt notat P. Pellizzar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 4. *num.* 97. vbi advertit, illud alijs

46 Religiosis † communicari, in partibus præfatis commorantibus, si aliàs de prædictorum Fratrum priuilegijs par-

47 ticipant. Monachi Casinenses † simile habent priuilegium, vt constat *ex Bulla* Eugen. IV. incip. *Regularem*, *pag.* 343. *§.* 5. & Monachi B. Mariæ Mon-

48 tis † Oliueti, *ex Bulla* Iulij II. incip. *Etsi ad vniuersos*, *pag.* 496. *§.* 30. *tom.* 1. *Bullar.*

49 Nota tandem † ex adducto Sancti Tridentini Decreto, ibi: *Aut Parochiale Beneficium.* Ecclesiam Parochialem obtinentem, eo ipso approbatum & capacem intelligi, ad sæcularium confessiones illius Parochiæ audiendas, nec indigere alio examine, aut approbatione, quod etiam apparet *in Bulla* Gregor. XV. incip. *Inscrutabili*, relata *supra Cap.* 54. *à num.* 2. *in §.* 1. *&* 5. docent Floron. *de casib. reseruat.* 1. *part. cap.* 4. *§.* 12. *num.* 2. Boss. *de triplici Iubilæi priuileg. sect.* 3. *cas.* 2. *num.* 49. Daluin. *de potestat. Episcop. & Abbat. cap.* 23. Homobon. *de examin. Eccles. tractat.* 5. *cap.* 3. *quæst.* 15. Fernandez *in examin. Theolog. Moral. part.* 3. *cap.* 9. *§.* 8. *num.* 2. Pat. Thom. Tamburin. *in Summ. libr.* 5. *cap.* 5. *§.* 3. Barbos. *in dict. cap.* 15. *Concilij à numer.* 17. *& de offic. & potestat. Episc. dict. allegat.* 25. *numer.* 18. vbi tradit, ita decisum fuisse à Sacra Concilij Congregatione; Piasec. *vbi supra* 2. *part. cap.* 1. *num.* 10. Torreblanc. *dict. libr.* 14. *cap.* 2. *num.* 19. Cespedes *de exempt. Regular. cap.* 8. *dub.* 171. *num.* 4. P. Pellizar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 4. *num.* 131. Dom. Palafox *in allegationib. iur. pro Clero Angelopolitano super Doctrinis, Regularibus commendatis, allegat.* 4. *n.* 69. *fol.* 229.

Tom. II.

Intellige tamen hoc procedere, † 50 respectu Doctrinarij, Rectoris, vel Beneficiati, actu Beneficium Parochiale possidentis, non vero erit sufficiens, illud obtinuisse & possedisse, Pat. Suarez *tom.* 4. *de pœnitent. disputat.* 28. *sect.* 4. *num.* 20. Henriquez *libr.* 3. *de pœnitent. cap.* 6. *§.* 3. *in fin.* Fagundez *dict. præcept.* 2. *libr.* 7. *cap.* 2. *num.* 38. Barbos. *in dict. cap.* 15. *sub num.* 17. Torreblanc. *vbi proximè à num.* 18.

Quod omne † locum habebit in Be- 51 neficiato & Parocho respectu suorum subditorum, non vero quoad aliorum subditos, ita P. Suarez *dict. sect.* 4. *à num.* 15. Pat. Valent. *tom.* 4. *disputat.* 7. *quæst.* 10. *punct.* 2. Gutierr. *lib.* 1. *Canonicar. quæst. cap.* 27. *num.* 21. Barbos. *d. alleg.* 25. *n.* 18. vbi adhoc Sacræ Congregationes declarationem adducit; Illud autem quod dictum est de Parocho & Doctrinario actuali, intelligi procedere, etiam extra propriam Parochiam, quoad illius Parochianos, cum vbique valeat Parochus illorum † audire confessiones, Syl- 52 uest. *in Summ.* verbo *Confessor.* 1. *quæst.* 14. Victor. *eod.* verbo *num.* 151. Sot. *in* 4. *sentent. distinct.* 18. *quæst.* 4. *art.* 3. P. Suarez *vbi proximè disput.* 25. *num.* 17. Hostiens. *in Summa titul. de pœnit. & remiss. §. Cui confitendum*, versic. *Et nunquid extra territorium*, Gonçalez *ad Regul. octau. Cancellar. gloss.* 62. *num.* 9. Torreblanc. *num.* 20. Barbos. *numer.* 18. 36. *&* 38. *locis vbi proximè*, Pax Iordan. *de re Sacra, vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 117. *&* 133. plures apud Murga *in quæst. Pastoral.* 3. *part. quæst.* 2. *num.* 7 Dom. Montenegr. *in Itinerar. libr.* 1. *tractat.* 7. *sect.* 1. *à num.* 1. *cum seqq.* Immo in vniuerso † mundo posse Parochum 53 indistinctè audire confessiones sæcularium, loci Parochi habita licentia; docet Frat. Martin. de San Ioseph

vbi ſupra num. 7. cùm P. Suarez *dict. diſput.* 28. *ſect.* 4. *num* 18. P. Vazquez *dict. diſput.* 93. *art.* 3. *dub.* 5. *num.* 2. Ludouic. de S. Ioann. *in Summ.* 1. *part. tractat. de pœnitent. quæſt.* 6. *art.* 2. *diffic.* 13. Ioann. Sanchez *diſput.* 54. *num.* 28. Ochagau. *de Sacrament. tractat.* 2. *quæſt.* 40. *num.* 3. Fagundez *præcept.* 2. *libr.* 7. *cap.* 3. *num.* 35. P. Bauny *Theolog. Mor.* 1. *part. tract.* 10. *q.* 17.

SVMMARIVM.

1 *REgularis ad ſæcularium confeſſiones audiendas ſemel approbatus, an, & quando valeat iterum approbari ab eodem, vel ſucceſſore Epiſcopo. & n.* 2. 3.

4 *Licentia ab Epiſcopo data ad ſæcularium confeſſiones audiendas, morte illius non expirat.*

5 *Epiſcopus, qui ſine examine licentiam dedit, poteſt illam reuocare.*

6 *Approbatus ſemel, ſine cauſa reprobari non poteſt.*

7 *Cauſa concurrente, ad confeſſiones ſpectante, rectè reuocatur facultas, etiam examine conceſſa. & n.* 8. 20. 23.

9 *Bulla Pij V. de reexaminandis Regularibus, reuoca fuit à Gregorio XIII. quoad ea, quæ Tridentino contraria erant. & n.* 10.

11 *Licentia ad ſæcularium confeſſiones audiendas, regulariter debet ſine temporis præfinitione concedi. & numer.* 14.

12 *Hæc licentia ex cauſa poteſt limitate dari.*

13 *Clement. Dudum de ſepultur. non eſt reuocata pet Tridentinum.*

15 *Regulares in domibus laicorum confeſſiones infirmorum audientes, tenentur de eis Parochum admonere. & n.* 28.

16 *Licentia poteſt ad beneplacitum Epiſcopi concedi, & eo volente, reuocari, etiam ſine cauſa. & n.* 12. 17.

18 *Regularis ab Ordinario ad confeſſiones approbatus, poteſt à ſuo Superiore ſuſpendi & reprobari.*

19 *Regulares omnes vnius Monaſterij, an poſſint à confeſſionibus ſuſpendi? & n.* 22. 25. 26.

21 *Regularis poteſt ſuſpendi à confeſſionibus, ob non ſeruatum interdictum, ab Ordinario poſitum.*

24 *Quæ cauſæ dicantur ad confeſſiones pertinere?*

27 *Regulares abſolutè ad confeſſiones ſæcularium approbati, non intelliguntur approbati ad confeſſiones Monialium.*

28 *Regulares approbati qualiter ſæcularium infirmorum in illorum domibus confeſſiones audiant. & n.* 15.

29 *Regularis approbatus, an poſſit abſoluere, à caſibus reſeruatis?*

30 *Regularis nullus poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ, ex Sacræ Congregationis declaratione.*

31 *Neque à caſibus ab Ordinario reſeruatis. & n.* 34.

32 *Aliter abſolutiones & confeſſiones factæ, ſunt nullæ. & n.* 36.

33 *Sacræ Congregationis declaratio adducta, etiam extra Italiam procedit.*

35 *Abſoluentes à reſeruatis in Bulla Cœnæ, quas pœnas incurrant.*

37 *Regulares ita abſoluentes Ordinario ſubijciuntur.*

38 *Fratres Deſcalceati Sanctiſsimæ Trinitatis, in partibus Turcarum, à reſeruatis in Bulla Cœnæ abſoluunt, ex priuilegio.*

39 *Regulares in mortis articulo à reſeruatis in dicta Bulla abſoluunt, ex Conſtitutione Vrbani VIII.*

40 *Epiſcopi Indiarum, an poſſint Indos à reſeruatis in Bulla abſoluere.*

41 *Epiſcopi Indiarum poſſunt Indos ab hæreſis, & Idolatriæ criminibus abſoluere.*

42 *Clericus in minoribus conſtitutus, an poſſit in mortis articulo à cenſuris reſeruatis abſoluere? Et quid dicendum de omnino laico?*

AR-

ARGVMENTVM.

SEmel ad præfatas confeſsiones audiendas approbatus, an, & quando poſsit iterum examinari? An totum vnum Monaſterium valeat, ab audiendis ſæcularium confeſsionibus, ſuſpendi? Et quid in hoc, quoad Indias, ſit à Sancta Romana Sede deciſum?

CAPVT LXXI.

1 RVrſus in materia *ſuperioriCapite* tradita, quęri poteſt, an Regularis † ad ſæcularium perſonarum confeſsiones audiẽdas, ſemel ab Epiſcopo approbatus, valeat iterum examinari? Sanè ab eodem Epiſcopo iterum examinari non debere; poſſe vero à ſucceſſore, ſanciuit Sanct. Pius Papa V. *in Conſtit.* incip. *Romani Pontificis prouidentia, §. 2. in fin. pag.* 343. *tom.* 2. *Bullar.* ibi: *Volumus tamen eos, qui ſemel ab Epiſcopo, in Ciuitate & Diœceſibus ſuis, præuio examine, approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterum non examinari. Ab Epiſcopo autem ſucceſſore, pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete, examinari de nouo poterunt.* Iunctis Breuibus Vrban. Papæ. VIII. Dom. Cardinal. Sandoual, Epiſcopo Giennenſ. & Epiſcopo Cordouen. miſsis quę *Cap. ſequenti à n.* 12. refero *& n.* 23.

2 In quod ſunt etiam plures † Sacræ Congreg. Epiſcopor. & Regular. & Concilij declarationes 23. *Nouemb.* 1629. in Liman. Indiar. 19. *Septembr.* 1625. *&* 7. *Ianuar.* 1630. quarum meminere Sell. *in ſelect. Canon. cap.* 21. *n.* 77. *& cap.* 13. *n.* 2. Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regul.* verbo *Approbatio, n.* 13. Quarant. *in Summ. Bullar.* verbo *Confeſſor, pag.* 197. vbi vnam adduxit, ita: *Congregatio Concilij cenſuit, Regulares ad audiendas in Ciuitate & Diœceſi ſæcularių confeſsiones, ſemel ab Epiſcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodẽ Epiſcopo non eſſe examinãdos. Cæterũ à ſucceſſore poſſe vtiq; examinari, iuxta conſtitutionem ſanctæ mem. Pij V. datam* 8. *Idus Auguſti Pontificatus illius anno* 6. *quæ à fel. rec. Gregor. XIII. non eſt reuocata, per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini. A. Card. Caraffa.* latè de hac re Laurent. Peyrin. *de priuil. Regul. in conſtit.* 2. *Sixt. IV. §.* 2. *n.* 41. Lezan. *tom.* 1. *q. Regular.* 1. *p. cap.* 19. *n.* 7. *& tom.* 4. *conſult.* 40. *à n.* 34. vbi aliam Sacræ Congregationis declarationem refert ex Caſpenſi *tom.* 2. *Curſ. Theolog. tract.* 24. *de Pœnit. diſp.* 5. *ſect.* 9. quæ talis eſt.

Plebanus ſemel examinatus ad confeſsiones audiendas, non ſubeſt amplius examini Epiſcopi; neque Regulares ſemel examinati & approbati ſubſunt amplius examini Epiſcopi. Vbi affirmat, approbatam & confirmatam fuiſſe ab Vrban. Papa VIII. *& num.* 31. 58. *& 76. ad medium.* Addendi item † ſunt Emm. Rodr. *in Bull. Cruciatæ, §.* 9. *n.* 32. *& tom.* 1. *Regular. quæſt.* 59. *art.* 4. *ad medium.* Villalob. *in Summ. tom.* 1. *tract.* 9. *difficult.* 53. *n.* 5. P. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. diſputat.* 28. *ſection.* 8. Zanard. *in Director. Theolog. part.* 1. *de Sacrament. Pœnitent. cap.* 24. *§.* 4. Coriolan. *de caſibus reſeruat.* 1. *part. ſect.* 2. *artical.* 3. *num.* 11. Trullench. *in expoſit. Bullæ, lib.* 1. *§.* 7. *cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 10. Ledeſm. *in Summ.* 1. *part. cap.* 13. *§. A eſta duda*, Ludou. à Cruce *in expoſit. Bullæ, diſputat.* 1. *cap.* 2. *dub.* 9. *numer.* 2. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcept. præcept.* 2. *libr.* 7. *cap.* 2. *numer.* 20. *&* 25. Ioann. Sanchez *in ſelect. diſputat.* 48. *à princip.* Torreblanc. *vbi infra*, Henriquez *in Summ. libr.* 6. *cap.* 6. *§.* 6. Philibert. Marchin. *de tempor. peſtilent. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 8. *& ſeqq.* Farinac. *ad Tridentin. ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 15. Confect. *in Sumnar. tit.* 17. *cap.* 1. Boſsius *de triplici Iubilæi priuileg. ſect.* 13.

13. *caſ.* 2. *num.* 39. Mirand. *in Manual. Prælator. tom.* 1. *q.* 45. *art.* 7. P. Dian. 4. *p. Moral. tract.* 4. *reſ.* 200. *in fin.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc.* 2. *p. alleg.* 25. *à n.* 48. *& in Summ. deciſ. Apoſt. collect.* 38. *n.* 6. *collect.* 202. *n.* 21. *collect.* 339. *in fin. collect.* 636. *à n.* 4. *& in collect. Bullar.* verbo *Examen*, §. 30. P. Pellizz. *in Manual. Regul. tract.* 8. *cap.* 3. *n.* 42. P. Thom. Tamburin. *in Summ. lib.* 5. *cap.* 5. §. 4. *n.* 49. Ioann. Mar. Bellet. *vbi infra*, *n.* 3. Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 12. *n.* 8. D. Villarroel *en el Gouierno Eccleſiaſt.* 1. *p. q.* 6. *art.* 12. *in fin.* Vbi Sacræ Congregationis declarationem in cauſ. Indiar. adducit; Machad. *de perfect. Confeſſ. lib.* 4. *p.* 6. *tract.* 10. *docum.* 10. *n.* 5. Cardin. Lugo *reſp. Moral. libr.* 1. *dub.* 18. *& de pœnitent. diſp.* 21. *ſect.* 3. *à n.* 61. D. Palafox *in defenſ. Canon. contra Patres Ieſuitas*, 3. *p. à n.* 26. *vſque ad* 36. Gallegos *in Bull. Cruciat. cap.* 9. *dub.* 102. *fol.* 87. Sim. Barboſ. *in repertor.* verbo *Regulares*, §. 2. P. Thom. Hurtad. *de congrua ſuſtent. Eccleſiaſt. lib.* 5. *digreſſ.* 2. *à n.* 798. Fr. Martin. de San Ioſeph *en ſus Auiſos de Confeſſores*, *libr.* 1. *tractat.* 24. *num.* 1. qui ideò docet, facultatem ab Epiſcopo data 4 tam † ad audiendum ſæcularium confeſſiones, morte ipſius Epiſcopi non expirare, add. Emman. Saa *in Summ.* verbo *Gratia*, *n.* 4. P. Suar. *diſput.* 26. *ſect.* 3. *num.* 7. P. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 21. *n.* 6. P. Vazquez *quæſt.* 93. *art.* 3. *n.* 2. P. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 28. *num.* 75. Reginald. *in prax. pœnitent. lib.* 1. *numer.* 95. P. Tamburin. *in Summ. lib.* 8. *tractat.* 2. *cap.* 14. *n.* 9. & 21. Reuerendiſſ. noſter P. Mendo *in Stater. opin. diſſert.* 13. *n.* 298. *& ſeq.*

5 Si autem Epiſcopi approbatio, † nullo procedente examine, data fuerit Regularibus, non impeditur idem Epiſcopus illam reuocare, & examen per agere & exercere, ex mente & ſententia ſupradictarum deciſionum Apoſtolicarum, & Decreti Sancti Concilij Tridentini, *Capite ſuperiori* relati *num.* 2. *in fin.* quæ expreſsè loquuntur, quando Regulares, præuio examine, fuerunt approbati; non vero quando ſine examine conceſſa fuit licentia; ita ex Suarez *dict. ſect.* 8. Henriquez *dict. cap.* 6. *num.* 6. Fagundez *dict. cap.* 2. *à num.* 26. docet P. Pellizz. *dict. cap.* 3. *n.* 42. Boſſ. Magal. Barboſ. & alij, apud P. Dianam 7. *part. Moral. tractat.* 11. *reſolut.* 33. Bordon. *in conſil. Regular. reſolut.* 56. *quæſt.* 2. *num.* 9. contrarium tamen docet Fr. Martin. de S. Ioſeph *vbi proximè*, *num.* 18. quem videas, maximè cum † ſemel approbatus amplius repro- 6
bari non poſsit, ſine cauſa, *l. Sed & reprobari* 7. vbi marginal addit. *ff. de excuſat. tutor. l. Liceat* 12. *C. de Aſſeſſor. l. Si vxor.* 13. §. *fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. Pomponius* 10. & ibi gloſſ. *ff. de negot. geſt.*

Limitatur tamen ſupra adducta ſententia, quando noua ſupervenit cauſa, eaque ad ipſas confeſsiones Sacramentales pertinens; tunc enim licentia & approbatio, etiam præuio examine † data, po- 7
teſt reuocari, ita Sacra Congregatio Epiſcopor. & Regular. cenſuit, *ſub die* 20. *Nouembris* 1615. cuius verba *infra num.* 19. refero. Iterum eadem Congregatio hoc ipſum declarauit, *in Oriolenſ.* 30. *Auguſti* 1630. cuius declarationis meminerunt Ioann. Mar. Nouar. *dict.* verbo *Approbatio*, *num.* 5. Aldan. *vbi ſupra lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 11. Barboſ. *dict. allegat.* 25. *ſub n.* 50. *& dict. collectan.* 38. *n.* 16. *& 18. & collectan.* 297. *n.* 13. *& de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 43. *à num.* 206. Peyrin. *num.* 45. Marchion. *n.* 9. Boſſ. *n.* 40. D. Palafox *n.* 58. & Gallegos *locis vbi ſup.* Lezan. *dict. cap.* 19. *à num.* 7. *& d. conſult.* 40. *num.* 5. & 44. P. Dian. *vbi ſupra*, *& 3. p. tract.* 2. *reſol.* 22. *& 27. & 6. p. tract.* 7. *reſol.* 72. P. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 34. *num.* 1. *poſt princip.* P. Bauny 1. *part. Theolog. Moral. tract.* 4. *quæſt.* 10. *& ſeq.* Torreblanc. *de iur. ſpiritual. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 28. *in fin. & n.* 30. *& cap.* 3. *per tot.* maximè *num.* 24. vbi Breue ab Vrban. VIII. Cordubenſi Epiſcopo datum, refert, quod videas, & *n.* 5. meminit declarationis Sacr. Congr. *anni* 1614. Gauant. *in manual. Epiſc.* verbo *Confeſſarius*, *n.* 23. *& ſeq.* quod nouiſsimè à Sacra † Congregatione declaratum, & à 8
Sanctiſſ. Innoc. Papa X. confirmatum habemus, *in cauſa & Bulla Angelopolitana*, adducta *infr. Cap.* 81. *ſub. n.* 37. *dub.* 11.

Sed advertendum eſt, ſupra traditam Pij V. conſtitutionem, de reexaminandis Regularib⁹ † Confeſſoribus à ſucceſſore Epiſ- 9
copo editam, inſtante & ſupplicante Rege Catholico D.D. Philippo II. D. N. reuocatam fuiſſe à Greg. Papa XIII. *in ſua conſt.* incip. *In tanta*, *pag.* 370. *tom.* 2. *Bull.* vt notarunt D. Salg. *de ſupplic. ad Sanctiſſ.* 1. *p. cap.* 2. *n.* 161. *& cap.* 4. *n.* 40. ex Ioann. Mar. Nouar. *in practic. concluſ. noui iuris Pontific. titul. de Confeſſ. Sacrament. abſque loci Ordinar. approbat. non audiend. concl.* 2. aliàs *reſpectu operis*, *concluſ.* 69. Barboſ. *d. alleg.* 25. *n.* 45. *in fin.* D. Salced.

de

de Leg. Polit. lib. 2. cap. 5. n. 23. Lezan. *d. conſult. 40. n. 76.* P. Thom. Hurtad. *de congruâ ſuſtent. Eccleſiaſt. lib. 5. n. 671.*

10 Quàm tamen † reuocationem intelligere procedere, quantum ad ea, in quibus Decretis Concilij Tridentini apparebat contraria Pij V. conſtitutio; non vero in alijs ibidem contentis, ita deciſum à Sacra Congregatione patet *ſupr. hoc Capite num. 2.* & obſervant P. Suar. Zerol. Marcill. Sanchez & alij apud Torreblanc. *d. cap. 3. n. 7.* & 9. Hieronym. Sorb. *in annot. ad compend. priuileg. Mendicant.* verbo *Priuilegia Fratrum, §. Et licet Gregor. XIII.* Rodrig. *dict. tom. 1. Regular. quæſt. 8. artic. 9.* & *quæſt. 39. art. 2.* & *quæſt. 43. artic. 7.* Barboſ. *dict. alleg. 25. n. 48.* & *3. part. allegat. 86. ſub num. 19.* Molfeſ. *in Summ. 2. p. tractat. 13. cap. 9. num. 30.* Villalob. *in Summ. tom. 2. tractat. 9. difficult. 53.* P. Caſtrus Palaus *in oper. Moral. tract. 23. part. 6. punct. 18. n. 13.* Ioan. Præpoſit. *in 3. part. de Sacrament. Pœnit. quæſt. 8. dub. 3. n. 17.* Lezan. *d. conſult. 40. n. 33.* & *d. tom. 1. p. 2. cap. 1. n. 16.* Rota *in Licien. Quartæ funeral. apud Barboſ. d. n. 19.* & alij ex iam citatis.

11 Licentias autem † audiendi ſæcularium confeſsiones tenetur Epiſcopus Regularibus abſolutè, & ſine temporis præfinitione, vt plurimum, concedere; non ad tempus & cum limitationibus; vel omnino expoſitos & preſentatos à Superioribus reprobare, ſi idonei non fuerint; ita Sacra Concilij Congregatio cenſuit, *die 2. Septembris* 1603. quam declarationem notant Aldan. *vbi ſupra lib. 2. titul. 18. n. 64.* Barboſ. *d. collect. 297. n. fin.* Gallegos *d. dub. 102.* & Gauant. *vbi ſupra*, verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis, n. 16.* Machad. *vbi ſupr. à n. 3.*

12 Nihilominus tamen † interueniente & data cauſa, rectè limitatas poteſt Epiſcopus approbationes & licentias concedere, Portell. *in dub. Regular.* verbo *Confeſſor n. 3.* Rodrig. *d. tom. 1. q. 59. art. 4.* Nauarr. *in Manual. cap. 4. n. 4.* P. Suarez *dict. diſput. 28. ſect. 7. dub. 6.* qui id ex *Clement. Dudum, de ſepultur.* probant, aſſerentes †

13 per Tridentinum non eſſe reuocatam. Adde *Cap. præced.* tradita *n. 31.* Confect. *vbi ſupr. tit. 17. cap. 4.* Cened. *quæſt. Canon. q. 38. à n. 20.* Homobon. *de examin. Eccleſ. tract. 8. cap. 2. q. 7.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 27. à n. 18.* Fagund. *d. c. 2. n. 17.* Villalob. *d. diffic. 53. n. 2.* Hieron. Rodr. *reſol. 32. n. 7.* Vgolin. *de offic. Epiſc. cap. 20. n. 6.* Garc. *de Benef. 5. p. cap. 8. n. 87.* Barboſ. *d. alleg. 25. n. 51.* Bellet. *vbi infr. n. 4.* P. Dian. *d. 3. p. tractat. 2. reſol. 25.* Lezan. *d. tom. 1. p. 1. cap. 19. n. 8.* Torreblanc. *d. cap. 3. n. 3.* & 16. P. Pellizz. *d. tract. 8. cap. 3. n. 28. in princ.* D. Palafox *d. 3. p. n. 62.* ad quod optimè expendi poſſunt verba Regij Reſcripti, 10. *Iunij* 1634. tradita *ſupr. Cap. 63. n. 105.* ibi: *Enque ſe les huuiere dado y diere la aprobacion, como à tales Curas, ſin limitacion alguna.*

Adducuntque in ſpecie † Sacræ Con- 14
gregationis declarationem *die 2. Iulij* 1587. factam, quæ talis eſt: *Regulares, quî ad audiendas confeſsiones idonei generaliter ab Ordinarijs, eorumque examinatoribus reperti, & approbati fuerint, generaliter quoque & indiſtinctè abſque vlla limitatione temporis, certorumve locorum, aut generis perſonarum, admittantur in propria Diœceſi. De cæteris verò, quî non adeò idonei reperiuntur, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinarijs magis expedire videbitur, probare & admittere.* Hoc ipſum continet Noua Clem. Papæ X. Conſtitutio, de qua *infra n. 24.* tradita à P. Auend. *in Auctar. Indic. 8. p. n. 656.*

Qui autem † in domibus laicorum 15
confeſsiones, ex cauſa, audierint, ſtatim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ confeſsionis pro Medico aduenientè, relinquere; Conſonat alia Congregationis reſponſio, ſupplicante Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, *anno* 1625. data, en verba conſultationis, cum Sacræ Congregationis Epiſcopor. & Regular. Decreto: *Dominus Archiepiſcopus pro ſuæ animæ quiete ſupplicat, ab hac Sacra Congregatione declarari, an ipſe Dominus Archiepiſcopus poſsit dictas licentias limitare pro hominibus tantum, & ad certum tempus, concedere? Sacra Congregatio Cardinalium, negotijs Epiſcoporum præpoſita cenſuit, Confeſſarijs præfatis minimè licere pœnitentium confeſsiones audire, vltra facultatem ipſis, ab Ordinario conceſſam. Romæ die 7. Sept.* 1625. traditur à Torreblanc. *d. cap. 3. n. 17.* Adde Nou. Conſtitut. Clem. Papæ X. de qua P. Auend. *d. 8. p. n. 657.*

Similiter poteſt † ab beneplacitum Epiſ- 16
copi licentia concedi, quo in caſu, valebit reuocari, quoties ipſe dixerit & declarauerit, *cap. Si gratioſè 5. de Reſcript. in 6.* docent Gonçalez *ad Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 12. in princ.* & *in proem. §. 1. à num. 9.* Campan. *in diuerſor. iur. Canon. rubr. 12.*

cap. 13. *num.*64. Aldan. *vbi ſupra, libr.* 1. *tit.* 13. *num.* 11. Sell. *cap.* 31. *num.* 32. Barboſ. *dict. collectan.* 38. *num.* 17. Torreblanc. *dict. cap.* 3. *num.* 10. Neque obſtat Laurent. Peyrin. contrarium innuens, *in dict. conſtit.* 2. *Sixt. IV. §.* 2. *num.* 44. qui merito impugnatur ad omnibus, vt notant P. Dian. *dict.* 3. *part. tractat.* 2. *reſol.* 26. Martin. de S. Ioſeph. *vbi ſupr. num.* 18. *ad fin.* D. Palafox *dict.* 3. *part. numer.* 63.

17 Tuncque non requiritur † cauſa, ſed voluntatis mutatio, qualitercumque explicita erit ſufficiens, P. Suarez *vbi ſupr. diſput.* 26. *ſect.* 7. *num.* 7. Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 6. *§.* 6. Fagundez *dict. cap.* 2. *num.* 61. *& ſeqq.* Torreblanc. *vbi ſupr. n.* 11. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 12. *num.* 8. iunctis adductis *Cap.* 66. *à n.* 17.

Regularis vero ab Epiſcopo approbatus ad ſæcularium confeſsiones audiendas, à ſuo Regulari Superiori poterit re-

18 ctè † ſuſpendi, reprobari, vel non admitti; item licentia data reſtringi, & limitari, ita ex P. Claud. *in compend. Societatis*, verbo *Gratiæ*, *§.* 2. & Stephan. Daluin. *de poteſtat. Epiſcop. cap.* 35. *num.* 3. notat Barboſ. *in addit. ad num.* 54. *in fin. dict. allegat.* 25. quæ additiones reperiuntur poſt 3. *part. de offic. & poteſtat. Epiſcop.*

19 Confeſſarijs autem † omnibus vnius Monaſterij, vel Conuentus, non poteſt Epiſcopus audiendi ſæcularium confeſsiones adimere licentias, quemadmodum reſolutum & deciſum eſt, à Sacra Epiſcopor. Et Regular. Congregatione *die* 20. *Nouembris* 1615. per hæc verba: *Cum Sacræ Congregationi negotijs Epiſcoporum & Regularium Præpoſitorum innotuerit, Confeſſarios Regulares grauiter conqueri, quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinarijs, ab audiendis confeſsionibus quauis de cauſa indiſcriminatim ſuſpendantur, & propterea ſæpè contingere; vt ab eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinarijs, omnibus ſimul vnius Conuentus Confeſſarijs, confeſsiones audiendi facultas adimatur. Illuſtriſsimi eiuſdem Congregationis Patres rati, vix fieri poſſe, vt hæc ſine ſcandalo, magnaque animarum pernicie contingant, re maturè perpenſa, ad omnem ſcandali materiam ſummouendam, & quo magis ſpirituali piarum mentium conſolationi conſulatur, ſtatuunt & decernunt, Archiepiſcopis, Epiſcopis, alijſque locorum Ordinarijs, ad quos Confeſſarios approbandi ius ſpectat, Confeſſarios Regulares, aliàs ab ipſis liberè approbatos, ab audiendis confeſsionibus ſuſpendere poſthac minimè licere, niſi ex noua † cauſa, eaq;* 20 *ad confeſsiones ipſas pertinente; aut ob non ſeruatum † interdictum, ab ipſis Ordina-* 21 *rijs poſitum; ſtatuerunt inſuper, eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios, confeſsiones audiendi facultatem, omnibus ſimul vnius Conuentus Regularis confeſſarijs, eadem Sacra Congregatione inconſulta, nullo pacto adimere poſſe. Quod quidem Decretum, vt ijdem Illuſtriſsimi Patres opportunum & neceſsarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obſeruari. Romæ* 20. *Nouembris* 1615. *Marc. Epiſcop. Hoſtienſ. Cardin. Gallus V. Theatin. Secret.*

Hoc Sacræ Congregationis Decretum referunt D. Salgad. *dict. cap.* 4. *num.* 42. Barboſ. *dict. allegat.* 25. *ſub num.* 50. *& in Summ. deciſ. Apoſtolicar. collectan.* 204. *num.* 14. Lezan. *dict. cap.* 19. *ſub num.* 9. vbi ait, eſſe † ſimilem Sacræ Congrega- 22 tionis eiuſdem declarationem *de anno* 1647. *ſub* 14. *Iunij, & tom.* 4. *dict. conſult.* 40. *num.* 6. vbi meminit declarationis 21. *Februarij* 1642. *& num.* 12. refert aliam 16. *Ianuarij* 1606. in qua declarabatur: *Dominos Ordinarios non poſſe facultatem audiendi confeſsiones, omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus, eadem Sacra Congregatione inconſulta, adimere.* Marcell. Vulpe *in prax. cap.* 35. *num.* 26. Sell. *vbi ſupra cap.* 14. *num.* 84. Ioan. Mar. Nouar. *dict. concluſ.* 69. Alphonſ. Leo *in fin.* 2. *part. de indulgent.* Peyrin. *in dict. conſtitut.* 2. *Sixt. IV. numer.* 45. Ludouic. Caſpenſ. *vbi ſupr. tractat.* 24. *de pœnitent. diſp.* 5. *ſect.* 9. Franciſc. Ceſpedes *de exemption. Regular. dub.* 110. idem Barboſ. *in Summ. deciſ. Apoſtolic. collectan.* 202. *num. fin. & de iur. Eccleſiaſt. dict. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 206. P. Bauny 1. *part. Theolog. Moral. tractat.* 4. *quæſt.* 19. P. Thom. Hurt. *de congrua ſuſtent. Eccleſtaſt. lib.* 5. *digreſſ.* 2. *num.* 795. Bellet. *diſquiſit. Clerical.* 2. *p. tit. de pœnis Clericor. §.* 31. *num.* 5. Gallegos *dict. dub.* 102. *fol.* 87. Cardinal. Lug. *reſponſ. Moral. lib.* 1. *dub.* 18. Tamburin. *vbi ſupra tom.* 2. *diſputat.* 6. *quæſit.* 12. *num.* 7. D. Palafox *vbi proximè num.* 56.

Stantibus autem Superius adductis Sacræ Congregat. declarationib⁹, ſupplicauit eamdem Epiſcopus Oriolens; vt declarare dignaretur dubium hoc; ſcilicet: *An Epiſcopus, † qui Regulares ad con-* 23

feſ-

feſsiones perſonarum ſæcularium audiendas approbauit, poſsit eoſdem ex noua cauſa, ab eiſdem confeſsionibus audiendis ſuſpendere, aut licentias illis conceſſas, reuocare, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, in fauorem quarumcumque perſonarum, atq; Ordinum, & qualis huiuſmodi cauſa eſſe debeat Sacr. Congr. S. R. E. Cardinalium, negotijs & conſultationibus Epiſcoporum, ac Regularium præpoſita, cenſuit, Epiſcopum, quamuis ſimpliciter, & abſque vlla temporis præfinitione, approbauerit Regulares, ad confeſsiones perſonarum ſæcularium audiendas, poſſe tamen eoſdem, ſi noua cauſa ſuperueniat, ſuſpendere, ac licentias illis conceſſas, reuocare, dummodo huiuſmodi cauſa confeſsiones ipſas concernat.

24 *Cæterum, ſi Regulares* † *cum ſcandalo, aut alias inhoneſtè viuant, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Epiſcopi iudicio videantur, à confeſsionibus ſuſpendendi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam voluit eſſe oneratam, cum præcipua Miniſtri qualitas ſit integritas vitæ, aut morum honeſtas, vtique eam cauſam adminiſterium confeſsionis pertinere, ac proinde nihil obſtare, quo minus ob eam poſsit Epiſcopus Regulares, vtcumque à ſemetipſo approbatos, ſuſpendere, aut repellere à confeſsionibus audiendis. Datum Romæ die* 30. *Auguſti* 1630. refert hanc declarationem Barboſ. *dict. cap.* 43. *num.* 209. & poſt eum, Tamburin. *dict. quæſit.* 12. *poſt num.* 9. Hanc vltimam partem ad literam confirmauit, & innouauit Sanctiſsimus Clem. P. X. in Conſtitutione nouiter edita *ann.* 1670. extat apud ſapientiſsim. P. Auend. *in Auctar. Indic.* 8. *p. ſect.* 52. *n.* 659.

Nouiſsima vero Sacræ Congregationis declaratione, à Sanctiſsimo Innoc. Papa X. approbata, *in cauſa Angelopolitana*, ſancitum & deciſum eſt, poſſe Indiarum Epiſcopos, † omnibus ſimul vnius 25
Monaſterij, Conventus, vel Collegij confeſſarijs, facultatem audiendi ſæcularium confeſsiones adimere, grauiſsima exiſtente cauſa; neque ad Indias porrigi & extendi, prefatum *anni* 1615. Decretum, ita in Bulla iam dicti Pontificis, incip. *Cum ſicut accepimus, pag.* 286. *tom.* 4. *Bullar.* tradita *infra Cap.* 81. *à num.* 35. continetur, *in reſpõſ. ad* 1. *dub.* pro parte Religioſorum Societatis Ieſu propoſitum, hoc modo.

An Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint ex integro, totum vnum Monaſterium vel Collegium, ab audiendis confeſsionibus ſuſpendere? Reſpondit, Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul vnius Monaſterij, vel Collegij Confeſſarijs, adimere facultatem audiendi confeſsiones perſonarum ſæcularium, etiam inconſulta Sacra Congregatione, Epiſcoporum & Regularium negotijs præpoſita; cum Decretum ab ea editum ſub die 20. *Nouembris* 1615. *ex intentionis defectu & conuenientia morali, non extendatur ad Regiones illas, tam longè ab Vrbe diſsitas; Verum ab hac generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo & animarum pernitie, contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis, niſi grauiſsima ſubſiſtente cauſa, ſuper quo Sacra Congregatio illorum conſcientias grauiter voluit eſſe oneratas.* Bullam hanc etiam referunt Gabr à S. Vincent. *de cenſur. diſput.* 3, *numer.* 261. (Vbi ait, hoc ſolum procedere in partibus † Indiarum, non in alijs, 26
non ita diſtantibus, inconſulta Sacra Congregatione) Tondut. *de præuent.* 3. *part. cap.* 3. Lezan. *dict. conſult.* 40. *ſub n.* 110. & *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 10. *in fin.* Frat. Ioſeph. Mendez *in Bulla Cruciat. in indice*, verbo *Confeſſarius iſte.* Pat. Dian. 10. *part. Moral. tractat.* 16. *reſolut.* 75. *in fin.* In Noua Clem. Papę X. Conſtitutione, de qua *ſupra* innouata videtur Sacræ Congregationis declaratio, tradita *à num.* 19. per hæc verba: *Attamen confeſsiones audiendi facultatem omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus Confeſſoribus, adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica, nullatenus poſſe.* P. Auendañ. *vbi proximè num.* 659. Vbi addit, per hanc ſublatum eſſe, quod in Angelopolitana Conſtitutione deciſum fuit, illic: *Niſi grauiſsima ſubſiſtente cauſa*; atque huic nouiſsimæ ſtandum; ſed contrarium tenendum eſt; paſsim enim doctiſſ. P. docet, innumeras Apoſtolicas Conſtitutiones reuocatorias, ad Indias non extendi, quare ergo hæc, de Indijs accipienda eſt, quarum nec meminit; nec fundamentum in Angelopolitana, cauſa cognita, ſerio auditis partibus, ac matura deliberatione præmiſſa, allatum, vlla ex parte tetigit conſiderauit, vel enervauit? Itaque Indiarum partes in Sanctiſsimi Clementis animum haud venere, ſicque Innocentij X. deciſio & approbatio ſuo robore nititur; quod & ipſe agnouerat 4. *part. ſect.* 8. *num.* 167. P. Hurtad. *dict. digreſſ.* 2. *à n.* 815.

Inſuper notandum eſt, quod Regula-

res

27 res † abſolutè & generaliter ab Ordinarijs locorum, ad audiendas perſonarum ſęcularium confeſsiones approbati; non intelligũtur admiſsi & approbati ad hoc, vt valeant Monialium audire confeſsiones, licet eis ſubiectę ſint, ita cenſuit Sacra Congregatio, per hęc verba: *Regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad confeſsiones perſonarum ſæcularium audiendas, nequaquam cenſeri approbatos, ad audiendas confeſsiones Monialium, ſibi ſubiectarum; ſed egere, quo ad hoc, ſpeciali Epiſcopi approbatione.* Extat hęc declaratio poſt Bullam Gregor. XV. incip. *Inſcrutabili*, in *reſponſ. ad dubia quædam ibi tradita*, verſ. *Ad IX. pag.* 404. *tom.* 3. *Bullar.* & refertur à Barboſ. *dict. allegat.* 25. *num.* 74. & meminit *in Summ. deciſion. Apoſtolic. dict. collect.* 38. *num. fin. & collect.* 204. *num.* 15. Bellet. *vbi ſupr. num.* 7. & 8.

Ex declaratione autem Sacrę Congregationis, ſupra tradita *num.* 14. aduerte, Regularem ab Epiſcopo ad ſæcularium confeſsiones audiendas approbatum, poſſe eorumdem infirmorum peccata, in illorum domibus, ex cauſa, audire; modo de
28 confeſsione † audita talium ægrotantium Parochum legitimum certiorem faciat, vt in præfata declaratione ſancitur, & notant Barboſ. *de offic. & poteſtat. Paroch. cap.* 19. *num.* 23. vbi alterius Congregationis declarationis Epiſcopor. & Regular. meminit *ſub die* 22. *Ianuarij* 1616. factæ Lezan. *d. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 19. *num.* 8. *in fin.* qui de alijs declarationibus 13. *Septembris* 1641. & 7. *Nouembris* 1642. mentionem facit. & *num.* 31. & *tom.* 3. *in Mari Magno Eremitar. S. Auguſtin.* §. 1. *num.* 4. Vbi declarationem 1. *Iulij* 1606. refert. & §. 48. *n.* 136. cuius etiam, & alterius *anni* 1616. meminit Aſcan. Tambur. *d. q.* 12. *n.* 10.

29 Quæret aliquis, an Regulares † approbati, virtute ſuorum priuilegiorum (de quibus agunt Collector. Priuilegior. Mendicant. verbo *Abſolutio quoad ſæculares*, vbi Apoſtoll. Rodrig. *dict. tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 59. & 61. Monet. *de commut. vltimar. voluntat. cap.* 5. *num.* 525. & alij) valeant ſæculares, à cenſuris & caſibus reſeruatis abſolvere? Et certum eſt, Regularium nullum à reſeruatis in Bulla
30 Cœnæ † Domini, & alijs Papalibus conſtitutionibus & Decretis, abſolvere poſſe, niſi à Sancta Apoſtolica Sede in id ſpeciale & expreſſum habeat Reſcriptum, vel Breue; extat quoad hoc Sacræ Congregationis Epiſcopor. & Regular. Decretum, à Sanctiſſ. Vrban. VIII. approbatum, & tale eſt.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſita, cenſuit, per confirmationes priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica, poſt Concilium Tridentinum, obtinuerunt, nequaquam reuixiſſe priuilegia, per prius, ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipſius Congregationis Decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ habebant, abſoluendi à caſibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini, legi conſueuit, vtpote ſublata per annuam ipſius publicationem, vires aut robur acquiſiuiſſe, ex ſubſequentibus priuilegiorum confirmationibus Ordinis, Congregationis, Societatis, & inſtituti, etiam neceſſario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam, in vim priuilegiorum aut confirmationum eiuſmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, poſſe quemquam abſoluere ab eiſdem caſibus, in Bulla Cœnæ, aut Ordinario † loci re- 31
ſeruatis.

At, ſi ſecus egerint, abſolutiones † nulla, 32
atque irritas fore & eſſe, ab alijs vero caſibus & cenſuris, ſiquidem Regulares habent à Sede Apoſtolica abſoluendi facultatem, illam extra Italiam minimè ſublatam fuiſſe, ijſdem Sacræ Congregationis Decretis, hac de re editis iuſſu Sanct. memer. Clement. VIII. quam Sacræ Congregationis ſententiam ſanctitas ſua, ad ſe relatam, approbauit, mandauitque ab omnibus, ad quos pertinet, inuiolabiliter obſeruari. Romæ 17. *Nouembris* 1628. *Fr. A. Cardin. S. Honuſrij. P. Fagnanus Secret.*

Hanc declarationem refert Barboſ. *vbi proxim. in fin.* & poſt eum, Lezan. *dict. cap.* 19. *num.* 17. & concluſionem poſitam docent & fundant P. Dian. 1. *part. Moral. tract.* 5 *reſolut.* 6. *per totam*, maximè *in fin.* Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern.* verbo *Abſolutio, num.* 1. Garc. *de Benefic.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 294. & *num.* 386. Sellius *in ſelect. cap.* 18. *num.* 6. Aldan. *in compend. lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 15. Zerol. *in prax. Epiſcopor.* 2. *p.* verbo *Monachi*, §. 15. idem Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 50. *numer.* 274. & *ad Concil. Tridentin. ſeſſ.* 14. *de Sacrament. Pœnit. cap.* 7. *à num.* 20. *cum ſeqq.* & *in Summ. deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 9. *num.* 7. & *collect.* 133. *num.* 10. & *in collectan. Bullar.* verbo *Abſoluere*, §. 4. & *ſeqq.* & verbo *Caſus reſeruati*, §. 1. & *ſeqq.* &

ver-

verbo *Mendicantes*, §. 6. Idem Lezan. *tom.* 2. verbo *Casus reseruati*, *num.* 4. & 18. Anton. Lazar. *quæst. Canonic. seu de monitor. sect.* 4. *quæst.* 14. *à num.* 15. & 17. vbi limitat, Gallegos *vbi supra dud.* 174. *cap.* 12. Cardin. Lugo *respons. Moral. lib.* 1. *dub.* 27. Basseus verbo *Casus reseruatus*, *num.* 12. Castro Palao *tom.* 1. *tractat.* 4. *punct.* 3. §. 4. *num.* 2. Gayoso *in allegat. iur. sobre no contribuir los Eclesiasticos en los Millones*, *n.* 80. *in fin.*

33 Vnde benè † notat Barbos. *dict. cap.* 19. *in fin.* hodiè stante iam tradita Sacrę Congregationis declaratione, cessare opinionem Emman. Rodrig. *in addit. ad Summ. tom.* 4. *cap.* 118. P. Suarez *de pœnitent. disput.* 30. *sect.* 3. *num.* 16. *in fin.* P. Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 36. *in fin.* Ioann. de la Cruz *in epitom. lib.* 2. *cap.* 6. *fol.* 163. *col.* 2. vers. *Si arguas secundo*, Villalob. *tom.* 1. *tract.* 9. *difficult.* 62. Portell. *in dub. Regular.* verbo *Confessor erga sæculares*, *num.* 22. vers. *At sicut*, & verbo *Casus reseruati*, *num.* 6. dicentium, potestatem absolvendi à casibus Papę, vel Episcopo reservatis, tantum fuisse Regularibus ablatam, pro sola Italia, non pro alijs Prouincijs, virtute Decreti Clem. VIII. de quo *ibi* extat memoria; siquidem additur modo; *nec intra, nec extra Italiam*, in hoc habemus nouam declarationem Pontificiam, qua propositio hęc: *Mendicantes possunt absoluere à casibus Episcopis reseruatis, non obtentâ ad id Episcoporum facultate*; damnata est ab Alexandro Papa VII. *die* 24. *Septembris anno* 1665. estque ordine 12. inter eo die damnatas. P. Auendañ. *in Auctar. Indic.* 3. *part. à num.* 204. & *seq.* vbi quid quoad Indias dicendum. Iterum Clem. Papa X. in sua Constitut. *supra* relata, apud prædict. P. 8. *part. num.* 660. en verba Constitutionis: *Ex facultatibus per Mare Magnum, aliaue priuilegia Regularibus cuiuscumque Ordinis, Instituti, aut Societates, etiam Iesu concessis, factam eis non esse potestatem absoluendi à casibus ab Episcopo sibi reseruatis. Et per confirmationes dictorum priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam reuixisse priuilegia prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata atque extincta, si quæ habebant, absoluendi à casibus Episcopo reseruatis.*

34 Qui omnes pariter advertunt, † hoc etiam procedere respectu casuum, ab Ordinario reservatorum, vt ipsa Sacræ Congregationis decisio proximè adducta apertè exprimit, & declarat, ad quod videndi similiter sunt Albert. Trot. *de vero & perfecto Clerico, lib.* 2. *cap.* 26. *numer.* 13. Ioann. Sanchez *in select. disput.* 48. *num.* 25. Philarch. *de offic. Sacerdot. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 25. Garc. *de Benefic. dict.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 269. & 303. idem Barbos. *de offic. & potestat. Episcop.* 3. *part. alleg.* 52. *num.* 8. & *in Clementin. Dudum*, *de sepultur. num.* 25. vbi Breue Vrban. VIII. tradidit, & *in Clement.* 1. *de priuileg. num.* 19. Gabr. à Sanct. Vincent. *de censur. disput.* 1. *n.* 380. Sim. Barbos. *in Repertor.* verbo *Religiosus*, §. 5. P. Pellizzar. *vbi supra tractat.* 6. *cap.* 2. *num.* 6. & 60. & *tractat.* 8. *cap.* 2. *num.* 43. qui *cap.* 3. *à num.* 72. *vsque* 83. & *dict. tractat.* 6. *cap.* 2. *à num.* 3. 8. 14. & *seq.* & 58. *cum seqq.* obseruat, à reseruatis in Bulla Cœnę absolventes, excommunicationem † & alias pœnas incurrere, & *d. tractat.* 8. *cap.* 3. *à num.* 65. & *cap.* 4. *à num.* 94. advertit, olim Regulares ab omnibus Papæ reservatis absolvere potuisse, vide eum & proximè adducta. 35

Absolutiones autem contra declarationem adductam factæ, vt ipsa exprimit, sunt nullę & irritæ; ita etiã sunt nullę † confessiones à non approbatis ab Ordinario auditæ, vt responsum est à Sacra Congregatione *ad dub.* 8. quod extat post dictam Bullam Gregor. XV. incip. *Inscrutabili, pag.* 404. *tom.* 3. *Bullar.* & ex Tridentin. Concil. *dict. sess.* 14. *de pœnit. cap.* 7. notant P. Suar. *d. disput.* 28. *sect.* 4. *num.* 14. Cardinal. Tolet. *in Summ. libr.* 3. *cap.* 10. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib.* 1. *cap.* 15. *sect.* 1. *num.* 172. Piasec. *in prax. Episcop.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 9. Coninch. *de Sacrament. tom.* 2. *disput.* 8. *num.* 49. Lezan. *dict. cap.* 19. *num.* 41. Barbos. *dict. collectan.* 202. *num.* 5. D. Palafox *vbi supra*, *dict.* 3. *part. num.* 94. & alij. Regulareque ita absoluentes Ordinariorum † subsunt iurisdictioni, Ricc. *decis.* 366. *part.* 4. & *decis.* 146. *part.* 1. Ioann. Baptist. Thor. *in Compend. decisionum Curiæ Archiepiscop. Neapol.* verbo *Regulares*, *in fin. tom.* 4. *comp. decis. Regal.* P. Pellizzar. *vbi supra tractat.* 7. *cap.* 6. *num.* 78. & *tractat.* 9. *cap.* 4. *numer.* 183. Gabriel. à Sanct. Vincent. *vbi proximè, disput.* 3. *num.* 268. vide tradita *Cap.* 62. *numer.* 52. 36 37

Fratres tamen † Descalceati Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, in Africa, & alijs Turcarum partibus, 38

bus, à caſibus reſervatis, etiam in Bulla Cœnę Domini Chriſtifideles captiuos, vel non captiuos, abſoluunt, *ex Bulla* Vrban. VIII. incipiente: *Cum ſicut*, *pag.* 108. *§. 2. tom.* 4. *Bullar.* per hæc verba: *Omneſque & ſingulos eorumdem locorum vtriuſque ſexus Chriſtifideles ipſorum confeſſionibus diligenter auditis, etiam in Bulla in die Cœnæ Domini legi ſolita, contentis; ac pro commiſſis per eos & eorum quemlibet, pœnitentiam iniungere ſalutarem.* Quod primo eiſdem indultum fuit à Sanctiſſ. Paulo Papa V. *in ſua Conſtitut.* incip. *Ex omnibus*, *pag.* 227. *§. 1. tom.* 3. *Bullar.* Aliàs
39 autem, vt dixi, ſecus eſt, excepto † mortis articulo ſeu periculo, in quo legitimè procedit abſolutio, ſeruata tamen forma, ab eodem Vrban. VIII. data *in Bulla*, incip. *Paſtoralis*, *pag.* 113. *§.* 22. *eod. tom.* 4. adde P. Franciſc. Bardi *in expoſ. Bullæ*, *part.* 2. *tractat.* 6. *cap.* 6. P. Mendo *eodem tractat. diſput.* 27. *cap.* 3. *à num.* 25. *& in Stater. diſſert.* 14. *Append. ad Bull. quæſt.* 14. Fr. Barnab. Galleg. *in explicat. Bull. cap.* 9. *dub.* 105.

40 Nihilominus † Emman. Rodrig. tenet, Epiſcopos poſſe à cenſuris Bullæ Cœnæ, Indos abſolvere, *tom.* 2. *quæſt. Regular. quæſt.* 100. *art.* 1. Videndi D. D. Felician. de Vega *in cap. At ſi Clerici* 4. *§. De adulterijs*, *num.* 164. *de iudic.* D. Peña Montenegr. *in Itinerar. lib.* 2. *tractat.* 4. *ſeſſ.* 5. *à num.* 5. *& lib.* 5. *tractat.* 1. *ſeſſ.* 6.
41 *num. fin.* vbi quod † Epiſcopi Indiarum poſſunt Indos ab hæreſis & Idolatriæ criminibus abſolvere.

42 An autem, † & quando poſsit Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus, à cenſuris abſolvere, in articulo mortis excommunicatos; item an id poſsit omnino laicus? tradunt Turrian. *de cenſur. lib.* 2. *diſput.* 24. *dub.* 4. Ioann. Præpoſit. *in* 2. *part. quæſt.* 1. *de cenſur. in communi*, *dub.* 14. *num.* 45. Villalob. *tom.* 1. *tractat.* 16. *difficult.* 20. *num.* 18. Hurtad. *de excommunic. diſput.* 5. *difficult.* 1. *num.* 3. P. Dian. *dict.* 3. *part. Moral. tractat.* 4. *reſolut.* 133. *&* 5. *part. tractat.* 9. *reſol.* 7. Ioann. Valero *de different. vtriuſque fori*, verbo *Abſolutio*, *different.* 13. *num.* 2. P. Suarez, Vazquez, Layman, D. Couarrub. Coninch. Garc. Sot. Ioann. de la Cruz, Ledeſm. P. Sanch. & alij, apud P. Dian. *locis citatis* & apud D. Peña Montenegro *vbi proximè*, *lib.* 3. *tractat.* 4. *ſeſſ.* 17. Ioann. Sanchez *in ſelect. diſput.* 44. *num.* 7. D. Antonin. 3. *p. Summ. tit.* 17. *cap.* 4. *caſ.* 7. Leand. *diſp.* 11. *q.* 7. P. Moya *ſelect. quæſt. tract.* 3. *diſp.* 7. *q.* 1. *n.* 8. P. Bauny *Theolog. Moral. p.* 1. *tractat.* 4. *q.* 34. *& part.* 2. *tractat.* 1. *quæſt.* 3. Ezpeleta *tractat.* 5. *reſolut.* 55. *&* 56. *& tractat.* 10. *reſol.* 1. *in tractat. de caſib. occurrentib. tempor. mortis.*

SVMMARIVM.

1 *Regularis, in vna Diœceſi ad ſæcularium confeſſiones approbatus, poteſt in alijs confeſſiones audire.*
2 *Contrarium eſt verius.*
3 *Sacræ Congregationis declarationes in hoc adducuntur. & n.* 5.
4 *Vrbanus Papa VIII. reuocauit omnia priuilegia, Regularibus, quoad hoc, conceſſa.*
6 *Presbyteris Oratorij conceſſum fuit, vt in Vrbe examinati, amplius non examinarentur.*
7 *Quod iure communi competit non indiget ſpeciali gratia. & n.* 10.
8 *Patribus Societatis Ieſu conceſſum eſt, vt iter facientes poſsint ſæcularium audire confeſſiones.*
9 *Quid Sanctus Franciſcus Xauier in hoc Patribus iuſsit.*
11 *Priuilegia tamen præfata Societati, Oratorio, & Minoribꝰ conceſſa, an ſint reuocata.*
12 *Breue Apoſtolicum Cardinali Sandoual Epiſcopo Giennen. quoad præcedentia miſſum, refertur. & n.* 23.
13 *Regulares confeſſiones audientes, & Verbum Dei prædicantes ſine Epiſcopo, poſſunt excommunicari. & n.* 22.
14 *Item compelli ad exhibendum licentias, quas habent.*
15 *Examinati à prædeceſſore ad confeſſiones, poſſunt examinari à ſucceſſore.*
16 *Licentia obtenta ad certum tempus, ea elapſo, ceſſat.*
17 *Examinati poſſunt ab eodem Epiſcopo, ex cauſa ad confeſſiones pertinente, ſuſpendi.*
18 *Epiſcopus non tenetur edicere Regularibus, ſed Sedi Apoſtolicæ, vbi poſtulauerit, an eadem cauſa ſubſit, vel non?*
19 *Regulares prædicare volentes, quid obſeruare debeant,*

20 *Regularis, vt possit prædicare in Ecclesijs sui Ordinis, sufficit quod petat Episcopi benedictionem, licet eam non obtinuerit.*

21 *Episcopo contradicẽte, an possit Regularis prædicare in propria Ecclesia?*

23 *Episcopo Cordouensi missum fuit simile Breue, eisdem die & anno expeditum, quo fuit missum Cardinali Sandoual.*

24 *Noua Apostolica declaratio, in causa Angelopolitana Indiarum ad hoc, adducitur.*

25 *Pat. Auendaño refertur, & impugnatur.*

26 *Regulares possunt audire sæcularium confessiones, qui verè sunt de familia Monasterij. & numer. 27. 28. 29.*

30 *An possint audire confessiones sæcularium, apud eos ægrotantium.*

31 *Regulares rectè audiunt suorum Nouitiorum confessiones.*

32 *Equites Ordinum Militarium, an possint simplici Sacerdoti confiteri?*

33 *Equites Militares, an sint Religiosi?*

34 *Approbatus ad sæcularium confessiones in vna Diœcesi, an possit easdem in alijs audire? & n. 35.*

36 *Regularis approbatus potest in Parochia sine Parocho audire confessiones.*

37 *Item eo contradicente.*

38 *In casu vrgenti potest Parochus Indorum Sacerdotem doctum, ad eorum confessiones audiendas, admittere.*

39 *Approbatus in vna Diœcesi, an valeat in alijs ex Iublæo eligi Confessarius? & n. 40.*

41 *Facultas eligendi confessarium est fauorabilis.*

42 *Parochus potest eligi ex Iubilæo in tota Diœcesi. Item in toto mundo, secundum aliquos. & n. 43.*

44 *Vbi est casus legis omnis alia dispositio cessat.*

45 *Quod de Parocho dictum est procedit in Parocho actuali, licet alij contrarium doceant. & n. 46.*

47 *Approbatus pro tempore limitato; eo elapso, non est eligibilis; alij contrarium tenent. & n. 48.*

49 *Approbatus ab Ordinario, & à suo Superiore Regulari suspensus, est eligibilis.*

50 *Approbatus limitate ob defectum ætatis, est eligibilis.*

51 *Prælatus Regularis non approbatus, an sit eligibilis? & n. 52.*

53 *Beneficij nomine continetur omnis dignitas, cui est annexa cura animarum.*

54 *Regularis non potest pro annuo Communionis præcepto in Paschate Eucharistiam sæcularibus ministrare. & n. 60. etiamsi aliàs præcepto Ecclesiæ satisfecissent. & n. 61.*

55 *Epistola Sacræ Congregationis, ad Cardinalem Archiepiscopum Neapolitanum in hoc missa, adducitur.*

56 *Alij tenent posse ministrare, sed perperam.*

57 *Parochiani Diœcesis, an satisfaciant præcepto, Eucharistiam in Paschate summendo in Cathedrali?*

58 *Confessionis præcepto satisfacit Parochianus, confitendo Regulari approbato. & n. 60.*

59 *Præceptum annuæ confessionis, an obliget eum, qui tantum habet venialia peccata?*

62 *Sacerdos non approbatus, an absoluat à venialibus?*

ARGVMENTVM.

IN vna Diœcesi ad Confessiones audiendas approbatus, etiam in Indijs, an possit in alia sæcularium audire peccata? Sæcularium de familia, & ægrotantium apud Monasteria confessiones, an, & quando recte audiant Regulares? vbi alia vtilia expenduntur.

CA-

CAPVT LXXII.

AD tractationem rurſus *Capitum præcedentium* pertinet quærere in
1 hoc, an Regularis † in vna Diœceſi examinatus, & approbatus, valeat in alijs Diœceſibus ſæcularium perſonarum audire confeſsiones, abſque nouo Epiſcoporum illarum examine, vel approbatione? P.Ludouic.Celotius *lib.5.de Hierarch.cap.25.* P.Stephan.Bauny *in Theolog. Moral.1.part.tract.4. quæſt.4.*& P. Ioann. Præpoſit. *in 3.part. Diu. Thom. q. 8. de Sacrament. pœnitent. dub.4.num.21.* quos refert Magiſt. Lezan.*tom. 4. conſultat. 40.n.65.* & ante eum, illos retulerat P.Dian. *6.part.Moral.tract.7. reſolut. 59.* iunctis Dominic.Sot.*in 4.ſentent.diſtinct. 18. quæſt. 4.art.3.* Henriquez *lib.6.de pœnitent.cap.6.à num.6.* Ludouic. Lopez *inſtruct. part.2.cap.8.* Chapiauil.*de caſibus reſeruat. quæſt. 2. diffic. 3.* Ouand. *in 4. ſentent. diſtinct. 17. propoſit. 24. & ſeq.* Ioann. de la Cruz *de ſtatut. Religion. lib. 2. cap. 6. concluſ. 4. dub. 4.* Petr. Cened. *quæſt. Canonic. quæſt. 26. num. 14. in fin.* Bartholom. Fumo *in Summ.* verbo *Abſolutio numer. 23.* Vega *caſuum conſcient. lib. 1. caſ. 58.* Baptiſt. Salis *de confeſſ. num.5.* Frat.Anton.à Spiritu Sancto *in Director. Regular.tract.2. diſput.2. num.13.* & alijs apud P.Auendañ.*in Auctar. Indic. 3.part. à num. 175.* affirmatiuam ſententiam tenent, docentes, ab vno Ordinario ſemel approbatum Regularem ad ſecularium confeſsiones audiendas, intelligi capacem & approbatum, quoad alias Diœceſes & Prouincias, cum Sanctum Tridentinum Concilium vnius dumtaxat videtur meminiſſe approbationis; eamdem admittere apparet opinionem Cordub.Coninch.Rodrig. & alios apud P. Caſtr. Palao. *de Sacrament. Pœnitent. tractat. 23. diſputat. vnic. punct. 18. §. 4. num.4.* & P. Pellizzar. *in Manual.Regular. tract.8. cap.3. n.53.& ſeq.*

2 Contrariam vero † ſententiam, videlicet, in qualibet Diœceſi & Epiſcopatu, eſſe neceſſarium nouum examen, vel Ordinarij approbationem, tanquam veriorem admittimus, ex Decreto Tridentini Concilij ſæpè relato, *ſeſſ.23.de Reformat. cap.15.* illic: *Ab Epiſcopis per examen approbationem obtineat*; Verbum enim illud, *Epiſcopis*, in plurali poſitum, ſatis inſinuat, quod non ſufficit vnius, aut alterius Epiſcopi approbatio; ſed eorum omnium, in quorum territorijs & Prouincijs, cupiunt Regulares ſecularium confeſsiones audire; ita ex P.Suarez *tom. 4. in 3.part.diſput.28.ſect.7.*& Caſarrub. *in compend.priuileg.Mendicant.* verbo *Abſolutio quoad ſæculares*, docet Lezan.*d.conſult.40.n.54.& 65.& tom.1.p.1.cap.19. n.4.* hanc eamdem ſequuntur & exornant P.Sanch.*de matrim.lib.3.diſput.29.n.15.* P.Vazquez *de pœnit.quæſt.93.art.3.dub. 4.n.3.* P.Valent.*tom.4.diſput.7. quæſt.10. punct.1.& 2.* Granad.*tract.10.diſput.5. n.12.* Cardin.Lugo *diſput.21.n.29.* Cardinal.Bellarmin. *lib. 2. de pœnit. cap. 7.* Cardin.Tolet. *in Summ.lib.3.cap. 8.n.2.* Ludouic.Beia *in reſponſ.caſuum conſcient. p.4.caſ.20.* verſic.*Tandem*, Rodrig. *in explicat.Bullæ, §. 5.* Stephan.Dauin.*de poteſtat.Epiſcop.& Abbat.cap.23.n.13.* verſ. *Cui conſonat*, Barboſ.*cod.tractat. 2.p.allegat.25.à num.59.* Garcia *de Benefic.5.par. cap.8. num.87.& 132.* Alphonſ. Leo *de offic.& poteſtat. Confeſſ. tom.2. recollect. 10.num.56.* P. Dian.*dict.reſolut. 59.* verſ. *Sed omnia*, & *3.part.tractat. 2.reſolut. 123.* Torreblanc. *de iur. ſpiritual. libr. 14.cap.2.à num.6.* D. Palafox *in defenſ. Canonic. contra Patres Ieſuitas 3. part. num.17. cum ſeqq.* Frat. Martin de San Ioſeph. *vbi infra num.8.* Pat. Auendañ. *ſupr.*

Stante maximè † Sacræ Congregationis Concilij declaratione, à P. Diana relata *dict. reſolut. 59.* cuius verba ab alijs etiam adducuntur, quæ talia ſunt: *Congregatio Concilij reſpondit, approbatum ab alio, quam ab Epiſcopo Valentino, in Diœceſi Valentina, non cenſeri approbatum ab Ordinario.* Barboſ. *dict. allegat.25.num.32.* & *in Summ. deciſionum Apoſtolicar. collectan. 38. num. 11.* Rodriguez *in dict. explicat. §. 9. num. 5.* P. Suarez *dict. diſputat. 28. ſect. 7. num. 1.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap. 7. §. 2. num. 8.* Ioann. Valero *de different. inter vtrumque forum*, verbo *Abſolutio, differ. 1.* Quarant. *in Summ. Bullar.* verbo. *Confeſſor*, verſic. *Præter*, Beia *dict. caſ. 20.* verſic. *Tandem*, Armendariz *in addition. ad Recopilat. legum Nauarræ, libr. 4. titul. 19. l. 1. §. 1. numer. 12.*

&c.

Conînch. *de Sacrament. tom. 2. diſput. 8. numer. 52.* Garcia *dict. capit. 8. numer. 132.* Homobon. *de examin. Eccleſ. 1. part. tractat. 5. capit. 2. numer. 14.* Campanil. *in diuerſor. iur. Canonic. rubric. 12. capit. 13. numer. 77.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. tractat. 7. capit. 14. num. 67.* Lezan. *dict. conſult. 40. num. 66.*

4 Quod item † confirmat omninò Bulla Vrbani Papæ VIII. *ſup. Cap. 70. à numer. 26.* tradita, qua reuocantur omnia priuilegia, & indulta Regularium, in contrarium obtenta, & ſancitur, vt nullo modo valeant Regulares ipſi Sæcularium audire confeſsiones, abſque Ordinarij loci examine & approbatione. Adde optimam eiuſdem Concilij Congregationis declarationem, in vna Cremonenſ. 22. *Maij.* 1610. ibi: 5 *Cenſuit, Confeſſarios † extraordinarios, ab Epiſcopo approbatos, ad confeſſiones audiendas, ſiue ſint Regulares, ſiue Sæculares, nullo pacto eas audire poſſe, extra Diœceſim Epiſcopi approbantis, quamvis Confeſſores ſint eidem Epiſcopo ſubiecti.* Hanc refert ad rem Barboſa *dict. allegat. 25. numer. 54.* Et ſimiliter priuilegium Venerabilibus Preſbyteris Congregationis Oratorij, à Sixto Papa Quinto indultum, in il- 6 lis verbis: *Vt cum fuerint † Romæ approbati ad confeſsiones audiendas, non debeant amplius, extra Vrbem, examinari, à locorum Ordinarijs, ſed illis ſufficiat præſentare eorum licentias, Romæ habitas*; *refert Quarant. dict. verbo Confeſſor, pagin. mihi 199. Si enim* 7 *iure id eis liceret, † nequaquam ſpeciali gratia illis concederetur, & ita reſoluit Miranda tom. 1. Manual. Prælator. quæſt. 45. articul. 8. concluſ. vnica*, hæc Barboſa, addendi ſunt Rodriguez *quæſtion. Regular. tom. 1. quæſt. 60. articul. 4.* Pater Suarez *dict. ſect. 7. à numer. 8.* Pater Sanchez *dict. lib. 3. diſput. 34. à numer. 2.* Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib. 1. num. 203.* Pax Iordan. *de re Sacra, volumin. 1. lib. 6. tit. 1. numer. 34.* Torreblanc. *dict. lib. 14. capit. 3. à num. 6.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 2. diſput. 6. quæſito 14.* Petrus Murga *in quæſt. Paſtoral. 3. part. quæſt. 14. num. 11.* Cardinal. Lugo, & Frat. Martin. de Sanct. Ioſeph. *vbi ſupr.*

Hoc etiam argumentum, quo vtitur Barboſ. *vbi proximè, & numer. 33.* proponit Ioann. Gutierrez *lib. 1. Canonicar. capit. 27. num. 21.* verſicul. *vltim.* Nam Patribus † Societatis IESV datum fuit priuilegium, vt cum iter facerent, poſſent quidem Sæcularium, ad ſe vbique deuenientium confeſsiones audire, modo, ſi ibi eſſet Ordinarius loci, ab ipſo licentiam obtinerent, aliàs ſecùs, tradidi *Cap. 70. numer. 21.* & docent Pater Suarez *dict. ſect. 7.* Mirand. *dict. quæſt. 45. artic. 8.* Rodriguez *dict. tom. 1. quæſt. 59. artic. 5.* alter Rodriguez *in compend. reſolut. 32. numer. 5.* Filliuc. *tom. 1. quæſtion. moral. tractat. 7. capit. 9. num. 263.* Pater Diana 3. *part. Moral. tractat. 2. reſolut. 123.* Dominus Palafox *dict. 3. part. numer. 71.* Tam burin. *dict. quæſito 14. numer. 2.* ex alijs Frat. Martin. de Sanct. Ioſeph. *en ſus Auiſos de Confeſſores, lib. 1. tractat. 24. à numer. 12.* Quamvis aliud, vt maiorem humilitatis & obedientiæ oſtenderent cauſam, Patribus imperaret † 9 Sanctus Franciſcus Xauier, quod refert Pat. Lucena *lib. 6. cap. 11.* per hæc verba: *Sereis, con grande puntualidad, obedientes al Vicario de la Ciudad, al qual ireis luego en llegando à beſar la mano, hincadas ambas rodillas en tierra, y con ſu licencia predicareis, confeſſareis, y os exercitareis en las otras obras eſpirituales, &c.* Pat. Petr. de Guzman *in eius vita lib. 6. cap. 8.* ibi: *Fue grande la reuerencia, y obediencia, que el Santo Franciſco tenia à los Obiſpos, y à ſus Vicarios, porque mirando, y venerando en ellos à Dios, d ſaua hazer todas ſus coſas por ſu parecer, y direccion, obedeciendo puntualmente à todo lo que le ordenauan. Mandaua à los de la Compañia hizieſſen lo miſmo, diziendo, que noſotros debiamos dar exemplo à los demas de la obediencia, que ſe debe à los Superiores, y Prelados Eccleſiaſticos.* Et infrà illic: *No permitia à los nueſtros el predicar, ni exercitar otros miniſterios de la Compañia, ſin licencia del Obiſpo, ò de ſu Vicario, y amoneſtaualos no les dieſſen ocaſion alguna de ofenſion, exercitando nueſtros miniſterios*; *y aunque les dieſſen cauſa de ello, no les moſtraſſen auerſion alguna, y caſtigaua ſeueriſsimamente à los que faltauan en eſto.* P. Thom. Hurtad. hæc retulit, *reſolution. moral.* ſiue *de congruæ*

ſuſtentat. Eccleſiaſtic. lib. 1. d'greſſ. 2. num. 447. Vel dic, hoc præfato priuilegio Societati indulto antiquius eſſe. Ergo in contrarium eſt ius commune, vt ſcilicèt, nullus extra Diœceſim, vbi fuit examinatus & approbatus, præfatas valeat con-
10 feſsiones audire, fruſtra ſiquidem † precibus imperatur, quod ius commune concedit, *l.* 1. *Cod. de Theſaur.* cum alijs traditis, *Cap.* 54. *num.* 20.

Vnde in materia concludit P. Dian. *dict. reſolut.* 123. reuocata † eſſe indul-
11 ta Eugen. IV. Ordini Minorum, & Gregor. XIII. Societati Ieſu conceſſa, & relata à Pat. Peregrin. *in compend. priuileg. part.* 1. *tit.* Abſolutio quoad Sæculares, §. 5. & à Mirand. *dict. quæſt.* 45. *artic.* 8. Et Priuilegium Congregationis Oratorij Sanctæ Mariæ de Vallicella, & per communicationem alijs Religionibus conceſſum, de quo Molfeſ. *vbi ſupr. Cap.* 16. *num.* 25. Campanil. *dict. cap.* 13. *numer.* 7. Leo. *loco citato à num.* 89. quæ in varijs caſibus concedebant, ſemel approbatum in vna Diœceſi, in alijs Sæcularium confeſsiones poſſe audire, ſtante præfata Vrbani VIII. Conſtitutione, plenè Murga *vbi proximè*, Alphonſ. Leo. *de offic. & poteſt. Confeſſ. tom.* 1. *recollect.* 10. *num.* 56. 82. & 89.

Optimam in ſpecie habemus Apoſtolicam declarationem, à Santiſsim. Vrban. VIII. in forma Breuis expeditum, veriorem ſupradictam ſententiam corroborantem & firmantem, cuius tenor eſt talis: *Vrbanus Papa VIII. Ad futuram rei me-*
12 *moriam. Aliàs † à nobis emanarunt literæ tenoris ſequentis, videlicèt à tergo, Dilecto Filio Balthaſari S. R. E. Presbytero Cardinali de Sandoual nuncupato, Eccleſiæ Giennen. ex conceſsione & diſpenſatione Apoſtolica Præſuli. Intus verò Vrbanus Papa VIII. Dilecte fili noſter ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut nuper nobis exponi feciſti, in tuis Ciuitate & Diœceſi Giennen. multi diuerſorum Ordinum Religioſi, ſub prætextu quod ad Sacras confeſsiones audiendas, & verbum Dei prædicandum, ſemel approbati fuerint, abſque tua licentia, confeſsiones prædictas audiant, & verbum prædicent, non ſine graui Chriſtifidelium ſcandalo, & eorum ſalutis animarum detrimento, & licèt per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, contra eoſdem proceſſeris, ij tamen vigore cuiuſdam priuilegij, à Fœl. record. Clement. Papa VIII. prædeceſſore noſtro, ad fauorem Mendicantium emanati, ſe ab alio, quam à Romano Pontifice pro tempore exiſtenti, excommunicari, minimè poſſe prætendant.*

Nos inconuenientibus huiuſmodi iuxta creditum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium, quantum cum Domino poſſumus, obuiare, teque ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, ſupplicationibus tuo nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs Regularium Præpoſitorum Conſilio, tibi Religioſis prædictis, ne abſque expreſſa tua licentia, Sacras confeſsiones de cætero audire, minuſque verbum Dei prædicare audeant, & præſumant, per cenſuras † & pœnas Eccleſiaſticas, au- 13
thoritate noſtra inhiberi, eoſdemque ad exhibendum tibi licentias, quas illi † deſu- 14
per à te, ſiue à prædeceſſoribus tuis Eccleſiæ Giennen. Præſulibus, vel Adminiſtratoribus obtinuerint, ad hoc, vt eas confirmes vel reuoces, prout ad Diuini cultus augmentum, & animarum Ciuitatis ac Diœceſis prædictarum ſalutem & confirmationem in Domino, expedire iudicaueris, cogendi & compellendi facultatem, dicta auctoritate tenore præſentium concedimus & impartimur.

Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon prædicti Clementis prædeceſſoris, & quibuſuis alijs priuilegijs, in vim Cruciatæ Sanctæ eis quomodolibet competentibus indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſcumque derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficatioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis, ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruata foret, illorumque tenor pro plenè, & ſufficienter expreſsis haberi, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, cœteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam

Ma-

Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 13. *Octobris* 1627. *Pontificatus noſtri anno* 5.

Nunc autem litibus, & controuerſijs, quæ inter Ordinarium Giennen. ex vna, ac Religioſos prædictos, ex altera partibus, de, & ſuper præinſertis prædictis, vt accepimus ad præſens vrgens, & de cætero oriri poſſint, quantum cum Domino poſſumus obuiam ire, ac deſuper opportuno declarationis noſtræ miniſterio prouidere volentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, ac Regularium, Præpoſitorum conſilio, partibus auditis, reque matura diſcuſſa, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus & declaramus, præinſertas literas, ita eſſe intelligendas & declarandas, vt Regulares 15 *quidem* † *in Ciuitate & Diœceſi Giennen. à prædeceſſoribus Epiſcopis examinati, & approbati, ad confeſsiones perſonarum Sæcularium audiendas, à præſente Epiſcopo ſucceſſore, pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete poſſint iterum examinari, ac ſi minus idonei reperti fuerint, reprobari, ad præſcriptum Conſtitutionis ſanctæ memoriæ Pij Papæ V. prædeceſſoris noſtri, hac de re editæ, ſe dilli, quos idem met Epiſcopus approbauit, ſiquidem huiuſmodi approbatio-* 16 *nem obtinuerint ad certum* † *tempus, eo elapſo, non poſſint confeſsiones audire, abſque noua Epiſcopi ipſius licentia & approbatione, præuio etiam, ſi eidem libuerit, nouo examine.*

Illi autem, quos ipſemet Epiſcopus ad confeſsiones huiuſmodi audiendas ſemel admiſit, ſimpliciter, ac ſine vlla temporis præfinitione, nullatenus poſſint ab eodem re- 17 *probari, ſine noua cauſa, eaque* † *confeſsiones ipſas concernente. Cæterùm, an ea-* 18 *dem cauſa ſubſit, necne, Epiſcopum* † *non teneri ipſis Regularibus edicere, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit.* (Hoc innouat noua Clem. X. Conſtitutio, de quâ *infrà numer.* 23. illic: *De quâ tamen (cauſa) haud neceſſarium eſſe, vt in actis conſtet; ne eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit*, Pat. Auendañ. *vbi infrà num.* 658.) *Ad hæc, quod in eiſdem præinſertis literis dicitur, Regulares non* 19 *poſſe verbum Dei prædicare,* † *ſine Epiſcopi licencia, id locum ſibi vendicare, in his tantum Eccleſijs, quæ ſui Ordinis non ſunt, cum in alijs Eccleſijs ſui Ordinis, ſufficiat Epiſcopi benedictio petita, licèt non* † 20 *obtenta, ita tamen, vt ſi Epiſcopus non modo benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verùm etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicent, tunc* † *illo con-* 21 *tradicente in ſui quidem Ordinis Eccleſijs, liceat illis prædicare, quemadmodum Sacri Tridentini Concilij Decretis ſalubriter eſt cautum.* (Hoc hodie aliter ſe habet, vide *infrà Cap. ſequenti, numer.* 25. *in fin.*) *Quod ſi Regulares ſiue in confeſsionibus audiendis, ſiue in prædicando, aduerſus ea, quæ ſuperiùs declarauimus, quoquo modo deliquerint, in vim earundem præinſertarum literarum, ab Epiſcopo Giennen. coerceri & puniri poſſint, etiam* † *cenſuris* 22 *Eccleſiaſticis, ſicque & non aliter in præmiſsis omnibus & ſingulis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane quidquid ſecùs ſuper his, à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in præinſertis literis huiuſmodi voluimus non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Rom. apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die* 30. *Ianuarij* 1629. *Pontificatus noſtri ann.* 6. traditur Breue hoc à Barboſ. *de iur. Eccleſiaſtic. lib.* 1. *cap.* 43. *à numer.* 210. à Tamburin. *dict. diſput.* 6. *quæſito* 12. *poſt num.* 9. de eoque paſsim Doctores memoriam agunt, idem Barboſ. *in ſumm. deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 293. *numer.* 12. Domin. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſsim.* 1. *part. cap.* 4. *num.* 45. Domin. Palafox *in defenſ. Canonic. contra Patres Ieſuitas*, 2. *part. num.* 59. & 3. *part. numer.* 86. & *in allegation. iur. allegat.* 4. *num.* 73. Lezan. *dict. conſult.* 40. *numer.* 38. & 74. & *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 17. Vrrutigoit. *de Eccleſiaſt. Cathedralib. cap.* 18. *num.* 103. Pat. Pellizzar. *vbi ſupra cap.* 4. *à num.* 4. Aliud huic ſimile Breue Apoſtolicum eiſdem die, & anno, expeditum, & Cordubenſi Epiſcopo † 23 miſſum, inuenies apud Torreblanc. *dict. cap.* 3. *ſub num.* 23. Hæc autem omnia hodie ſine difficultate procedunt attenta nouiſsima Apoſtolica Conſtitutione Sanctiſsim. Clem. X. de quâ Pater Auend. *in Auctar. Ind.* 8. *p. num.* 653. illic: *Ad hæc, Religioſos ab Epiſcopo ad confeſsiones Sæcularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi eas abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione au-*

dire quamvis pœnitentes ſubditi ſint eius Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi iam fuerint approbati.

24 Tandem habemus aliam nouiſsimam Apoſtolicam † declarationem, à Sanctiſsimo Innocent. X. emanatam, in cauſa Angelopolitana ſumptam, (quæ, quia ad has Indiarum partes pertinet, magis placet pluriſque eſtimanda eſt, ad literam eam tranſcribo *infr. Cap.* 81. *à num.* 2.) circà *dubium IX.* ex parte Epiſcopi Angelopolitani deductum, ita: *Vtrùm Regularis quicumque, etiam Societatis Ieſu, poſſit adminiſtrare Sacramentum Pœnitentiæ Sæcularibus, abſque licentia Epiſcopi Diœceſani, etiamſi in aliena Diœceſi approbatus ſit? Reſpondit, Regulares, etiam Societatis Ieſu, in vna Diœceſi ab Epiſcopo approbatos, ad confeſsiones perſonarum Sæcularium audiendas, nequaquam poſſe in alia Diœceſi huiuſmodi confeſsiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani.* Ex qua noua declaratione aſſerit P. Dian. 10. *part. moral. tract.* 16. *reſol.* 75. *in fin.* ceſſare iam *ſuperiùs* adductam quæſtionem, de qua erat diſſentio inter Doctores.

Quibus Pontificij Reſcripti relatis verbis, non omiſit nihilominus aſſerere noſter P. Auendañ. *in Theſaur. Indic. tit.* 25 12. *num.* 180. *& ſeq.* prædictam † declarationem Apoſtolicam procedere de perſonis Sæcularibus, abſolutè, & generaliter loquendo, non vero de Indis, qui non ſolent illis terminis deſignari, ibi: *Dici enim poteſt, prædictam declarationem procedere, de perſonis Sæcularibus abſolutè & generaliter loquendo, non verò de Indis, qui non ſolent illis terminis deſignari.* Itaque in aliquorum (quos ſupponit) ſententiam inclinare videtur dicentium, ad confeſsiones Indorum audiendas, non eſſe neceſſariam in Regularibus Epiſcoporum approbationem. Sanè ſi doctiſsimus Pat. Auendañ. loquitur de Regularibus, infidelium Miſsionibus, & in partibus Indiarum, in quibus adhuc non ſunt Parochi & Epiſcopi, detentis & occupatis, verùm dicit, vt notauimus *Cap.* 53. *à num.* 32. & reſponſum fuit à Sacra Congregatione, & approbatum à Sanctiſsimo, in Bulla Angelopolitana *infr. dict. Cap.* 81. adducta *in dub.* 3. ex parte Religioſorum Societatis propoſito, *num.* 38. illic: *Illam tamen* (Bullam Pij V. præfatam Regularibus facultatem concedentem) *non ſuffragari, niſi in locis, vbi eſt defectus Parochorum.*

Verùm reſpectu Ciuitatis & Diœceſis Angelopolitanę, vbi cauſa & controuerſia per eam Apoſtolicam Conſtitutionem deciſa & ſopita, & aliarum Indiarum partium, in quibus creati ſunt Epiſcopi & Parochi affirmare, non debere illius deciſionem procedere quoad Confeſſarios & confeſsiones Indorum, eſt (pace tanti veri ſapientiſsimi, quem ſummopere vineror, dicam) ſatis voluntaria, & futilis aſſertio: Vndè enim coniectare, aut deducere potuit Venerab. Pater, non ſolère Romæ, vbi ea Apoſtolica deciſio edita eſt, Sæcularium perſonarum nomine, & illis terminis Indos deſignari, vt in verbis Conſtitutionis Sacræ, ibi: *Necnon ſuper confeſsionibus laicorum audiendis.* Infrà *Cap.* 81. *num.* 2. *& num.* 6. illic: *Cenſuit, prædictos Religioſos nequaquam poſſe in Ciuitate & Diœceſi Angelopolitana, perſonarum Sæcularium confeſsiones audire.* Et iterum *num.* 24. *Approbatos* (inquit) *ad confeſsiones perſonarum Sæcularium audiendas.* Indi non contineantur? Ergo neceſſario dicere debet noſter Pat. Auendañ. hos non eſſe *Perſonas.* Aſt, ſi ſunt, cum non ſint Regulares, Sæculares eſſe, omninò fateri tenetur. Itaque tanquam inanis & omni deſtituta fundamento, repelli debet hæc intelligentia.

Poſſunt verò Regulares † Sæcularium perſonarum audire confeſsiones, 26
quæ ſunt de familia Monaſterij, & famuli continui vel commenſales, nulla Epiſcopi requiſita licentia; non verò eorum famulorum, qui ſolùm in Monaſterijs deſeruiunt, nec ſunt famuli continui, commenſales, ac verè de familia; ita decidit Sacrum Tridentinum Concilium, *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 11. *in princip.* in illis verbis: *Præter* † *eas, quæ ſunt de illo-* 27
rum Monaſteriorum ſeu locorum familia, & Sacra Congregatio in ſpecie, per hæc verba: *Confeſſarij Regulares in Monaſterijs & Collegijs Regularium, vbi Regularia* † *inſtituta ſeruantur, poſſunt abſque* 28
licentia Epiſcopi, audire confeſsiones eorum Sæcularium, qui ſunt verè de familia & communes commenſales: non tamen illorum, qui tantum deſeruiunt in Monaſterijs: notant & docent Lezan. *quæſt. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 16. *numer.* 16. Armendariz *in addition. ad Recopil. legum Nauarræ, lib.* 2. *tit.* 18. *leg.* 7. *de Religion. num.* 53. *& lib.* 4. *tit.* 28. *leg.* 1. *§.* 1. *de confitendo ſemel in anno, num.* 10. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. d. lib.* 1. *cap.* 43. *num.*

num. 205. & *ad Trident. Concil. ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 15. *num.* 11. & *de offic. & poteſtate Epiſcop.* 2. *part. allegat.* 25. *num.* 46. & *in ſum. deciſion. Apoſt. collect.* 204. *num.* 7. & *collect.* 636. *num.* 3. vbi, ex Sellio *in ſelect. Canonic. cap.* 31. *n.* 27. refert, ita à Sacra Concilij Congregatione fuiſſe deciſum, *die* 28. *Martij* 1594. & *in collectan. Bullar.* verbo *Confeſſarius* 1. *§. penultim.* & verbo *Euchariſtia*, *§.* 2. & alij.

29 Similem eiuſdem Congregationis declarationem adducit Laurent. Peyr. *tom.* 1. *priuil. in Conſtitut.* 1. *Iulij* 11. *num.* 12. quæ talis eſt: *Prælati Regulares, ſeu alij Religioſi Confeſſores non poſſunt audire confeſsiones Sæcularium, qui ſunt de familia, & deſeruiunt ipſorum Monaſterijs, abſque approbatione vel licentia Epiſcopi; ſecus tamen ſi illi Sæculares ſunt verè de familia, & continui commenſales.* Videndi etiam ad hanc quæſtionem, præter *ſupra* adductos, Fernandez *in examin. Theolog. moral. part.* 3. *cap.* 9. *§.* 8. *à num.* 1. Homobon. *de examin. Eccleſ. tract.* 8. *cap.* 2. *quæſt.* 7. P. Suarez *tom.* 4. *de Religion. tractat.* 10. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 18. Rodrig. *quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 68. *art.* 1. Stephan. Daluin. *de poteſt. Epiſcop. & Abbat. cap.* 19. *num.* 9. verſic. *Quandoquidem*, P. Franciſc. Bordon. *in Conſil. Regul. reſol.* 38. *quæſt.* 5. Ceſpedes *de exempt. Regular. cap.* 6. *dub.* 125. P. Pelliz. *tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 56. P. Dian. & Gauant. *vbi infr.* Hodie in hoc habemus nouam Conſtitutionem Apoſtolicam Sanctiſ. Clem. X. de quà ſuprà in hæc verba: *Cæterùm in Monaſterijs, ac etiam Collegijs, vbi iuxta Regularia inſtituta viuitur; Poſſe tàm Prælatos Regulares, quàm Confeſſores Rogularium eorundem Monaſteriorum, ſeu Collegiorum audire confeſsiones illorum Sæcularium, qui inibi ſunt verè de familia, & continuo commenſales; non autem illorum qui tantum ipſis deſeruiunt*, Pat. Auendañ. *dict.* 8. *p. n.* 655.

30 An autem † ſine Epiſcopo poſsint Regulares Sæcularium audire confeſsiones, in ſuis hoſpitalibus ægrotantium? Dubia eſt quæſtio, videndi ad eam Bordon. *reſol.* 36. *num.* 63. Ceſped. *num.* 1. Pelliz. *num.* 57. *locis vbi proximè*, P. Dian. 8. *part. moral. tract.* 7. *reſolut.* 95. *in fine*, Raphael Auerſa *de Sacrament. Pœnit. quæſt.* 16. *ſect.* 7. Bartholom. Gauant. *in manual. Epiſcopor.* verbo *Confeſſarius*, *numer.* 25. *cum duob. ſeqq.* Pro Nouitiorum verò
31 confeſsionibus † audiendis, non requiri Confeſſarium ab Epiſcopo approbatum & ſufficere Prælati Regularis ipſorum Nouitiorum approbationem & licentiam, docet P. Pelliz. *vbi proximè tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 37. & *cap.* 7. *num.* 45. Pat. Tambur. *in ſumm. lib.* 5. *cap.* 5. *§.* 2. *n.* 12. quod ex ſuperioribus omninò infertur, cum hi ſint pro tunc, verè de familia, facit mire Bulla Eugen. Pap. IV. incip. *Super gregem, pag.* 359. *§.* 11. & Bull. ſeq. incip. *Regimini, §.* 8. *pag.* 360. *tom.* 1. *Bullar.* Barboſa *d. alleg.* 25. *num.* 64.

Æquites ſimiliter Ordinum Militarium † quod poſsint tanquam Religioſi, ſimplici, ſeu non approbato Sacerdoti 32
confiteri videbis apud Ioann. Sanchez *in ſelect. diſp.* 49. *a num.* 11. & P. Dian. 1. *p. moral. tract.* 2. *reſol.* 49. *in fin.* & 3. *part. tract.* 2. *reſol.* 30. Ramirez *de fundat. Ordin. S. Iacob. cap.* 1. *fol.* 18. Sanchez *de ſtat. Relig. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 105. Frat. Martin. de S. Ioſeph. *vbi ſupr.* Reuerendiſs. P. Fr. Ioann. Martinez *en ſus diſcurſos Theologicos, y Politicos, diſc.* 9. *§.* 9. *numer.* 27. & *§.* 12. *num.* 185. P. Moya *ſelect. quæſt. tract.* 3. *diſp.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 18. & an aliquo caſu, hoc poſsit Parochus Indorum, tradunt D. Montenegr. *in Itiner. tract.* 7. *ſeſſ.* 1. P. Auend. *in Auctar.* 7. *p. ſect.* 17. *à num.* 131. *vide ſup. cap.* 69. *numer.* 39. Quod autem hi † Equites Or- 33
dinum Militarium ſint Religioſi, tradunt plenè D. Couarr. *de ſponſal.* 2. *p. cap.* 3. *§.* 1. *num.* 18. D. Gregor. Lopez *in leg.* 1. *tit.* 7. *part.* 1. *gloſſ.* 1. Dom. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 98. Dom. Sarmient. *de reddit. Eccleſ.* 4. *part. cap.* 21. *numer.* 13. Auendañ. *de exequend. mand.* 2. *part. cap.* 26. *num.* 11. Gutierr. *practic. lib.* 2. *quæſt.* 111. *num.* 2. Paz *conſ.* 17. *a num.* 1. Carleu. *de iudic. diſp.* 2. *quæſt.* 6. *a num.* 408. Don Nicol. Fernandez de Caſtro *in Milit. Monacho, tract.* 3. *cap.* 3. *cum ſeqq. Penſu Portugal conuencida*, 1. *part. cap.* 2. *ſect.* 1. D. Morote *in defenſ. Ordin. Milit. de Alcantara, concluſ.* 1. *a num.* 31. Don Franciſc. Nauarr. Aduocat. Matritenſ. doctiſ. *in alleg. iur. pro Comite de Niebla, cum Comite de la Ribera, ſuper quadam Commenda, num.* 19. Martin. *vbi ſupr. §.* 1. & *§.* 9. & 10. Qui hodie, poſt Tridentinum poſſunt cuicumque Sacerdoti, ab Ordinario non approbato validè, & licitè confiteri, de licentia ſuorum Superiorum Prælatorum, P. Suar. *diſp.* 28. *ſect.* 4. *n.* 5. P. Vazq. *quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 3. Cardin. Lugo *diſput.* 21. *num.* 2. P. Dian. *d.* 3. *part. moral. tractat.* 2. *reſolut.* 3. & 30. & *part.* 8.

tract. 1. reſol. 86. P. Thom. Hurtad. *tom. 2. reſol. moral. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 5. num. 207.* Leand. à Sacram. *tom. 1. tractat. 5. diſput. 11. quæſt. 45.* Sanchez *vbi ſupr. num. 2.* P. Moya *d. num. 18.*

Quæri etiam poterit, an Regularis
34 vel Sæcularis ad Sæcularium † audiendas confeſsiones, in vna Diœceſi approbatus, poſsit eaſdem confeſsiones in alia audire? Et non poſſe, abſque Epiſcopi illius Diœceſis approbatione, & licentia, cenſuit Sacra Concilij Congregatio in Calagurritana 6. *Iunij* 1608. ex Aldan. *in compend. Canonicar. reſolut. lib. 1. tit. 13. num. 8.* refert Barboſ. *in ſumm. deciſion. Apoſtolic. collectan. 38. num. 12.* & traditur ab ipſo *in dict. allegat. 25. num. 32. in fin.* in hæc verba: *Congregatio Concilij cenſuit, tàm Sæcularem, quàm Regularem in vna Diœceſi approbatos, ad audiendas perſonarum Sæcularium confeſsiones, non poſſe in alia eaſdem confeſsiones audire, abſque Epiſcopi Diœceſis approbatione.*

35 Quamvis contrarium docere † conentur plures, apud P. Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 34. num. 1. ad medium,* & *num. 2.* Torreblanc. *de iur. ſpiritual. dict. lib. 14. cap. 2. num. 26.* addendi Vincent. Candidus *tom. 2. diſquiſit. moral. diſc. 25. art. 55. dub. 9.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. diſp. 6. quæſito 14. num. 4.* Lezan. *dict. conſult. 40. num. 71.* qui ſtantibus citatæ Sacræ Congregationis declarationibus, audiendi non ſunt.

36 Nota præterea, Regularem † abſolutè & generaliter ad Sæcularium confeſsiones audiendas approbatum, poſſe illas audire in Parochijs, etiam non petita Parochorum licentia, de rigore iuris, cum ſit independenter à Parochorum conſenſu approbatus, illam nihilominus licentiam, ſaltem ex vrbanitate & æquitate, petere poterit, ita Portel. *in dub. Regular.* verb. *Confeſſor. num. 8.* Martin. Bonacin. *de Sacram. Pœnit. quæſt. 7. diſp. 5. punct. 4. §. 1. num. 17.* Rodrig. *in explicat. Bull. Cruciat. §. 9. num. 145.* & *§. 12. à num. 4.* & *tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 60. artic. 4.* Fagundez *in quinque Eccleſ. præcept. præcept. 2. lib. 1. cap. 5.* Imò Pa-
37 rochis † contradicentibus, poſſe Regulares approbatos, Sæcularium confeſsiones audire, docent Rodrig. *vbi proximè,* Mirand. *in manual. Prælat. tom. 1. quæſt. 44. artic. 2. concluſ. 2.* Ioann. à Cruce *de ſtatu Religion. lib. 2. cap. 6. dub. 1. concl. 3.* Fagundez *vbi ſupr.* Barboſ. *de offic.* & *poteſt. Paroch. cap. 19. num. 22.* Tambur. *vbi proximè, quæſito 13. à num. 1.* Lezan. *tom. 1. part. 1. cap. 19. num. 2. in fin.* & *tom. 3. in Mari Magno Eremit. S. Auguſtini, §. 48. num. 136.* relatis Ioann. Beetz *in præcept. Decalog. præcept. 3. expoſit. 4.* & alijs, Pat. Pellizzar. *dict. tract. 8. cap. 3. num. 50.* Poſſe † tamen in aliquo vr- 38
genti caſu Parochum & Doctrinarium Indorum, Sacerdotem doctum & dignum aliàs, approbare & admittere, ad Indorum confeſsiones audiendas, docet Domin. Montenegro *in Itinerar. lib. 1. tractat. 7. ſect. 1. num. 4.* ex Ludouic. de la Cruz *in Bull. Cruciat. diſput. 1. cap. 2. dub. 10.* Enriquez *lib. 6. cap. 6. num. 2.* & alijs, vide ipſum.

Regularis † autem vel Sæcularis in 39
vna Diœceſi approbatus, an poſsit in alia eligi confeſſarius virtute Iubilæi Sanctæ Cruciatæ, vel alterius indulti, ſi quæras? Reſpondeam, non poſſe, illius Diœceſis, in quo eligitur, Ordinarij deficiente approbatione vel licentia, ita docent Pat. Suar. *tom. 4. de Religion. diſp. 28. ſect. 7. à num. 6.* Pat. Valent. *tom. 4. diſput. 7. quæſt. 10. punct. 2.* Rodrig. *dict. §. 9. à num. 5.* & 144. Ledeſm. *in ſumm. part. 1. de pœnit. cap. 12. concluſ. 5.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. cap. 7. §. 2. num. 8.* Mirand. *vbi proximè quæſt. 45. art. 8.* Coninch. *de Sacram. diſp. 8. num. 52. tom. 2.* Gutierr. *lib. 1. Canonic. cap. 27. à num. 21.* Trullench. *in expoſit. Bullæ Sanct. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 4. num. 3.* P. Moya *ſelect. quæſt. tract. 3. diſput. 7. quæſt. 2. num. 27.* Barboſ. *dict. alleg. 25. num. 19. 33.* & 34. vbi contrariam † ſententiam 40
probabilem iudicat, licèt ſuperior ſit tutior, refertque pro hac ſecunda Cordub. *in ſumm. quæſt. 10. ad 2. dub.* Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 6. §. 7.* & *in comment. liter. A. de indulg. cap. 12. §. 4.* Viuald. *in candelabr. aur. vbi de confeſsion. num. 28. concluſ. 3.* Ioan. Valero *de different. inter vtrumque forum,* verbo *Abſolutio, differ. 1.* Rodrig. *in expoſit. Bullæ Cruciat. §. 9. dub. 2.* Suar *dict. diſput. 28. ſect. 4. n. 18.* & *dict. ſect. 7. num. 6.* & 10. Torreblanc. *dict. lib. 14. cap. 2. num. 25.* Nuñez *in addit. ad 3. part. quæſt. 8. art. 5. dub. 9.* Filliuc. *tom. 1. tract. 7. cap. 9. numer. 261.* Gutierr. *dict. cap. 27. num. 5.* Ludou. de Sanct. Ioan. *in ſumm. part. 1. quæſt. 6. artic. 2. difficult. 13.* Ioan. Sanchez *in ſelect. diſp. 44. num. 1.* verſic. *In primis, cum ſeqq.* Fernandez *in examin. Theol. moral. part.*

part. 3. cap. 9. §. 8. num. 4. Ioann. de la Cruz *in director. conscient. part. 2. tract. de pœnit. quæst. 5. dub. 9. concluſ. 2.* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 1. num. 186. & 188.* Ludouic. Caſpenſ. *tom. 2. Curſ. Theolog. tractat. 24. de pœnitent. diſput. 5. ſect. 8. num. 60.* Vincent. Candid. *dict. tom. 2. diſquiſit. moral. diſput. 24. art. 63. dub. 3. & artic. 64. concluſ. 1.* Lezan. *dict. conſult. 40. numer. 68.* Gallegos *in Bull. Cruciat. cap. 9. dub. 102. mox in princip.* Ibañez de Aoiz *vbi infrà num 7.* P. Tamburin. *ad Bull. Cruc. cap. 11. §. 1. à num. 1.* Ledeſm. *vbi ſupr. cap. 13. circà fin.* Ludouic. Lopez *2. part. inſtruct. tractat. de Clauibus, cap. 8.* Ioan. à Cruce *dict. cap. 6. dub. 5. concluſ. 2. §. 5.* Vazquez *tom. 4. de pœnit. quæſt. 93. artic. 3. dub. 5.* Petr. Ochagauia *tract. 2. de confeſſ. Sacrament. quæſt. 40. §. Quæret aliquis,* Villalob. *tractat. 9. de pœnitent. difficult. 56.* Llamas *in ſumm. part. 1. cap. 6. §. 6.* Pat. Dian. *1. part. moral. tractat. 11. reſol. 7.* Fr. Martin. de Sanct. Ioſeph. *vbi infr. numer. 9.* (qui *num: 1.* cum Nauarr. Sylueſt. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 1. num. 96.* Sayr. *de pœnitent. cap. 22. à num. 1.* Bonacin. *diſp. 5. quæſt. 7. punct. 3. num. 4.* docet, facultatem † eligendi confeſſarium, 41
eſſe fauorabilem) Petr. Fay. *in addit ad 3. part. quæſt. 8. artic. 5. diſput. 3. concluſ. 4. ad 4.* vbi diſtinguit, ſicut diſtinxit Mendez *in Bull. Cruciat. ſect. 1. numer. 85.*

Limitantur tamen ſuperiùs tradita in Parocho, qui licèt approbatus intelligatur ad Sæcularium confeſsiones audiendas, ex eo ſolum quod beneficium obtinuerit Parochiale, intra Ciuitatem, vel Parochiam tantum, vt dixi *Cap. 70. num.* 42
49. Nihilominus † virtute Iubilæi & indulti poterit in confeſſarium eligi, intra totam Diœceſim, Rodrig. *dict. §. 9. num. 4. dub. 1. in princip.* Gutierr. *d. cap. 27. num. 21.* Floron. *d. 1. part. cap. 4. §. 12. num. 2.* Homobon. *vbi ſuprà tractat. 5. part. 1. cap. 3. quæſt. 15.* Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. num. 35.* Barboſ. *dict. alleg. 25. num. 19.* Boſſ. *d. ſect. 3. caſ. 2. num. 233.* Marc. Vidal *in arca vitali, tit. de iuriſd. num. 11.* vbi plus dicit, ibi: *Notandum octauo, quod Parochi habentes Beneficium cum Cura animarum, eenſentur ipſo iure approbati, pro omni loco, & poſſunt eligi ab omni eo, qui facultatem habet eligendi confeſſarium, vnde poßunt eligi in Iubilæis, in quibus, quamuis dicatur* (vt quis poſsit eligere Confeſſarium ab Ordinario approbatum) *per illam particulam enim* ab Ordinario, *non cenſentur excluſi approbati ab ipſo iure, ſed potiori ratione comprehendi, vt intelligenti patet*, & inter alios DD. notant. Ioan. Præpoſit. *quæſt. 8. de approbat. dub. 2. num. 5.* Murga *in quæſt. Paſtoral. 3. part. quæſt. 2. num. 8.* Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 6.* Coninch. *diſp. 8. dub. 7. num. 53.* Fagundez *præcept. 2. lib. 7. à num. 35.* P. Dian. *3. p. moral. tractat. 4. reſol. 110. & reſol. 146.* Ibañez de Aoiz *tract. de la Bula de la Santa Cruzada. dub. 14. art. 1.* Fr. Martin de San Ioſeph *en ſus auiſos de Confeſſores, lib. 1. tract. 24. num. 6. & 7.* qui etiam docent, extra Diœceſim † & in vniuerſo 43
mundo eligi poſſe; addè Bonacina *diſp. 5. quæſt. 7. punct. 4. §. 1. num. 23.* Henriquez *ſupr. num. 7.* Valero *de different. inter vtrumque for.* verbo *Abſolutio, difficult. 1. num. 18.* Dian. *d. 1. part. moral. tract. 11. reſolut. 8.* Quoniam vbi eſt caſus legis, omnis † alia diſpoſitio ceſſat, 44
gloſſ. *vltim. in leg. Ancillæ, Cod. de furt.* Crauet. *conſ. 273. num. 7.* Surd. *conſ. 53. num. 7.* Mar. Anton. *variar. lib. 1. reſolut. 46. num. 1.* Barboſ. *axiom. 69. & 136. numer. 10.* dixi *dict. Cap. 70. in fin.* Aoiz *d. artic. 1.*

Quod tamen procedit in Parocho † actuali, non in eo qui fuit, & iam non 45
eſt Parochus, quia dimiſit beneficium, aut renuntiauit, P. Suar. *d. diſp. 28. ſect. 4. num. 20.* Leo. *de Iubil. 2. part. quæſt. 9. num. 21.* Reginald. *d. lib. 1. cap. 16. num. 190.* Enriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 6. numer. 3.* Fagundez & alij apud Mendez *d. ſect. 1. num. 82.* Ibañez de Aoiz *d. art. 1.* Contrarium † docent Villalobos *ad* 46
Bull. claſ. 9. num. 4. Rodrig. *eod. tractat. in addit. §. 9. num. 4.* Ioan. de la Cruz *vbi infr. quæſt. 5. dub. 8 concluſ. 4.* vbi dicit, eſſe probabile, latè P. Mendo *in Bull. Cruciat. diſp. 22. cap. 2. à num. 34. & cap. 7. num. 91. & in ſtater. diſſertat. 14. in Append. ad Bull. quæſt. 13.* contra Gallegos, *à num. 142.* vbi negat omninò quando beneficium fuit ablatum, non dimiſum, Pat. Moya *ſelect. quæſt. tract. 3. diſp. 7. quæſt. 3. num. 4.* vbi plures citat, ſed à priori ſententia non eſſe recedendum conſtat, ex Barboſ. *dict. alleg. 25. n. 34. in fin.* vbi adducit Henriq. Suarez, Fagundez *vbi proximè*, adde Filliuc. *d. tom. 1. tractat. 7. cap. 9. num. 257.* Ludouic. à Cruce *in d. explicat. Bull. Cruciat. diſp. 1.*

cap.

cap. 2. dub. 7. Floron. *d. 1. part. cap. 4. §. 12. num. 7.* Boſſ. *d. ſect. 3. caſ. 2. num. 56.* Trullench. *d. cap. 1. dub. 3. num. 7. verſic. Dico tertiò*, niſi in indulto aliud expreſſum & conceſſum ſit, ſed vtraque opinio probabilis videtur.

47 Similiter eligibilis † non eſt, pro tempore limitato approbatus, eo elapſo, Ledeſm. *d. tom. 1. cap. 13. dub. 10.* Pat. Mendo *in ſtater. diſſertat. 13. num. 297.* Mendez *dict. ſect. 1. num. 86.* vbi refert alios contrarium tenentes, ſcilicèt Acoſt. *quæſt. 39. in fin.* Fay. *d. quæſt. 8. artic. 5.*

48 *diſput. 8.* Probabile † putat Ioann. à Cruce *d. 2. part. de pœnit. quæſt. 5. dub. 8. concluſ. 4.* Leand. apud Pat. Mendo *in Bull. Cruciatæ, diſp. 22. cap. 8. à num. 93.* vbi *num. 95.* idem dicit de eo, qui pro certis perſonis tantum approbatus eſt, vt ab alijs non ſit eligibilis, & *in ſtater. opinion. diſſert. 13. num. 297.* Ibañez de Aoiz *vbi ſupr. dict. artic. 1.* Tamburin. *à numer. 13.*

49 Regularis verò à Diœceſano † approbatus, & à ſuo Regulari Superiore & Prælato ſuſpenſus, virtute Cruciatæ vel alterius priuilegij eſt eligibilis, Ledeſm. *d. cap. 13. dub. 12.* P. Dian. *1. p. moral. tract. 11. reſolut. 13. in fin.* Acoſta *vbi ſupr. quæſt. 41.* Mendez *vbi proximè numer. 89.* addendi ſunt Villalob. *tom. 1. tract. 9. difficult. 50. num. 4.* Salas *de legib. diſp. 16. ſect. 10. num. 43.* Mirand. *tom. 2. quæſt. 45. art. 11. & 12.* Fr. Martin. de Sanct. Ioſeph. *vbi proximè n. 16.* Aoiz *à num. 10.* Tamburin. *dict. §. 1. à num. 10.*

Sic etiam eligi poteſt virtute Iubilæi, qui aliàs ob defectum † ætatis mu-

50 lierum confeſsiones non poteſt audire, Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 8.* Fagundez *præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 45.* Pat. Sanchez *de matrim. diſp. 34. num. 16.* Pat. Ledeſm. *tom. 1. tract. de Sacram. Pœnitent. cap. 23. dub. 8.* P. Dian. *1. part. moral. tract. 11. reſolut. 9.* Cardin. Lugo *diſp. 21. num. 12.* Fr. Martin. de S. Ioſeph. *vbi ſupr. num. 10.*

51 An autem Prælatus Regularis, † ab Ordinario non approbatus, poſsit virtute Bullæ Cruciatæ, in Confeſſarium eligi, paſsim diſputatur, P. Suarez *d. diſput. 28. ſect. 8. num. 4.* Fagundez *d. cap. 2. num. 39.* Tambur. *d. tom. 2. diſp. 6. quæſito 17.* Mendez *vbi ſup. num. 92.* & alij Doctores docent communiter, non eſſe eligibilem, P. Mendo *in Bull. Cruciat. diſp. 22. cap. 2. num. 30.* optimè P. Moya relatis Rodrig. Fagundez, Tambur. Lug. Quintanad. Suarez, Candid. Ledeſm. & alijs *d. quæſt. 3. à num. 1. & 4. in fin.* Alioquin (ait) *Prælati Regulares, qui ſemel Superiores locales alicuius Conuentus extitiſſent, poſſent de cætero, poſtquam ſuo munere functi ſunt, vbique elegi virtute Bullæ Cruciatæ, quod in nullius viri docti mentem venire poteſt.*

Contrarium nihilominus † tenent 52
plures apud Henriquez *d. cap. 6. num. 2. in commentar. liter. E.* Angel. Boſ. *d. ſect. 3. caſ. 2. §. 2. num. 53.* ex eo, quod nomine *Beneficij Parochialis* † comprehendi 53
videatur omnis dignitas, cui eſt aliqua animarum cura commiſſa, Ioann. Valero *vbi ſupr.* verb. *Nullitas, differens. 5. num. 5.* probabile eſt apud Ludouic. à Cruce *vbi ſupr. diſp. 1. cap. 2. dub. 11. num. 8.* Pat. Dian. *5. part. moral. tract. 12. reſol. 52.* P. Bauny *vbi infr. 4. part. diſput. 1. quæſt. 1.* Dom. Salced. *in allegat. iur. ſub cap. 9. lib. 2. de leg. polit. in noua edit.* addita *num. 180. & 260.* vide traditos *Cap. 79. à num. 6. & Cap. 52. à num. 2. 11. & ſequentibus.*

Tandem hoc loco, aliam quæſtionem proponam, huic tractationi propinquam, an ſcilicèt Regularis, pro adimplendo † 54
annuo communionis præcepto in feſto Paſchatis Reſurrectionis, poſsit Euchariſtiam Sanctam ſine Parocho Sæcularibus miniſtrare? Negant P. Suarez *tom. 4. de Religion. tract. 10. lib. 9. cap. 3. numer. 8.* Portell. *in dub. Regular.* verb. *Sacramentorum adminiſtratio, num. 5.* Nuñez *tom. 1. in 3. part. quæſt. 83. art. 4. concluſ. 5.* Villalob. *part. 1. tract. 7. dub. 47. num. 4.* P. Stephan. Bauny *1. part. Theolog. moral. tract. 5. quæſt. 19. & ſeq. & tract. 4. quæſt. 8.* Fagund. *in præcept. Eccleſ. tract. 3. lib. 1. capit. 5. numer. 16.* Henriquez & alij, pro qua extat Epiſtola Sacræ Congregationis ad Cardinal. Archiepiſc. Neapolitan. *20. Martij 1638.* apud Baſſeum, verbo *Communio Sacra, ſub num. 9.* P. Thom. Tamburin. *in method. lib. 1. cap. 4. §. 4. num. 54.* & apud Murga *vbi ſupr. 3. part. quæſt. 3. ſub num. 11.* in hunc modum.

Conqueſti ſunt † coram Sanctiſſimo 55
Domino, Rectores Eccleſiarum Parochialium iſtius Ciuitatis, de Patribus Theatinis, & Societatis Ieſu, quod aſſerere audeant, perſonas laicas aſſumentes in eorum Oratorijs ſiue Congregationibus Euchariſtiæ Sacramentum, in die Paſchatis, Eccleſiæ præcepto ſatiſ-

tisfacere, cumque id minimè sit permissum, sed Fideles Sacram Communionem pro tempore Paschali, à proprio, vel ab alio, de ipsius Sacerdotis licentia, suscipere teneantur, sanctitas sua iussit Eminentiæ suæ significandum, & sub pœna suspensionis à diuinis, & alijs sibi benè visis, id prohibeat præfatis Religiosis, moneatque ipsos laicos, Sacramentum Eucharistiæ, vt suprà, de manu proprij Parochi teneri suscipere, vt Ecclesiæ præcepto satisfaciant. Ita igitur pro sua pastorali pietate, omninò curabit Eminentia vestra, cui me humillimè commendo. Romæ die 20. Martij 1638.

Eminentiæ vestræ Reuerendissimæ humillimus seruus.

Cardinalis Veropsius.

56 Pro affirmatiua verò † sunt Rodrig. *tom. 1. quæst. Regular. quæst. 56. artic. 3.* Marc. Vidal. *vbi supr. tit. de Eucharist. Sacrament. num. 32.* citatis Barthol. à Sanct. Faust. *de Eucharist. lib. 2. quæst. 280.* Beja *in respons. casuum conscient. 4. part. cas. 4.* Sorb. *in compend. priuileg. Ordin. Mendicant.* verbo *Communicare*, Ioannes à Cruce, & alij apud P. Dian. *2. part. moral. tractat. 14. resol. 73.* vbi ait, se consulere, vt Regulares in tali casu faueant Parochis, & talem sententiam in praxim non deducant, & *9. part. tractat. 9. resolut. 27.* adde Murga *vbi suprà.*

57 An autem Parochiani Diœcesis † Ecclesiæ præcepto satisfaciant, qui in Cathedrali, tanquam matrici, recipiunt Eucharistiæ Sacramentum in Paschate? Tradunt P. Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 27. num. 1.* Casan. *in Cathalog. glor. mund. consid 32.* versic. *Quintò pro hac parte*, ex Gutierr. *Canon. lib. 1. cap. 30.* & Dom. Valenç. *cons. 33. num. 157.* Pat. Tambur. *vbi supr. num. 47.* Didac. Valdes *in allegat. iur. por la Iglesia de Palencia, contra el Almirante de Castilla, sobre Patronato, num. 45.* Martin. Apellaniz *in allegat. iur. pro Cathedrali Salmantina, cum Collegio maiori Archiepiscopi super præcedentijs, sub num. 7.* Videndus Cardin. Lugo *respons. moral. lib. 1. dub. 15.* qui *in tractat. de pœnit. disput. 19. sect. 2. à num. 25.* docet, præcepto confessionis
58 satisfacere † Parochianos, qui Regulari approbato ab Ordinario confitentur, ex P. Pelliz. *in Man. Regul. tract. 8. cap. 3.* in quod extat optima Sacræ Congregationis Concilij declaratio *16. Februar. 1595.* vt habetur in decisionibus editis Coloniæ, *anno 1621. sup. cap. 1. Concil. Trident. sess. 24. de Reformat.* in hæc verba: *Qui tempore Paschæ fuerit confessus pœnitentiario deputato, satisfacit præcepto Ecclesiæ contento, in cap. Omnis vtriusque sexus, extra de pœnit. & remiss.* Lugo *dict. dub. 15. num. 2.* vbi *in fine, & de pœnit. disput. 15. sect. 6. §. 2. num. 132.* ex P. Suarez *disp. 36. sect. 2. num. 7.* Pat. Vazque *2. quæst. 90. art. 2. dub. 2.* disputat & decidit, an
59 eum qui solum habet † venialia peccata obliget præceptum annuæ confessionis. Vide P. Castro Palao *tom. 4. de Sacram. tract. 23. disp. vnic. punct. 20. §. 2. num. 5.* vbi plures adducit.

Pro proximè adductis *num. 58.* habemus nouissimam, Sacræ Congregationis declarationem in hæc verba: *Die 9. Iulij 1644. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium, Concilij Tridentini interpretum, post maturam discussionem* † *censuit,* 60 *Archiepiscopum Burdegalensem non posse prohibere Regularibus, habentibus priuilegia Apostolica, vt à Dominica Palmarum, vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè, administrare non valeant personis Sæcularibus Sacramentum Confessionis; posse tamen eisdem prohibere, vt personis Sæcularibus in die Paschatis non administrent Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum: etiamsi dictæ personæ* † *Sæculares, in alia die, satisfecerint præcepto Ecclesiæ, hac de re edito.* Hanc 61 declarationem ex Ioann. Naldo *in alleg. iur. pro Patribus Societatis Iesu, contra Episcopum Angelopolitanum, in summar. num. 10.* tradit P. Dian. *dict. resolut. 27.* vbi affirmat, emanasse præfatam Congregationis declarationem cum subscriptione Sanctissimi Innocentij Papæ X.

An autem à venialibus peccatis, & à 62 mortalibus ritè antecedenter confessis valeat simplex Sacerdos absoluere, videbis apud P. Suarez *de pœnitent. disput. 26. sect. 5.* Pat. Bauny *Theolog. moral. 1. part. tract. 4. quæst. 7.* Pat. Gauin. Carta conciuem meum, *en la Guia de Confessores, tractat. 1. à num. 95. & à num. 215.* Pat. Tamburin. *lib. 5. cap. 4. §. 2. à num. 1.* P. Mend. *in stater. opin. dissert. 10. à num. 49.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 PRædicandi officium olim erat Monachis prohibitum.

2 Epiſcopis tantum munus hoc competebat. Et num. 4.

3 Epiſcopi in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt.

4 Presbyteri, vrgente neceſsitate, in partem curæ electi ſunt. Et num. 12.

5 Monachis deinde hoc ipſum permiſſum eſt.

6 Regulares Ordinum Prædicatorum, & Minorum non ſunt propriè Monachi.

7 Prædicatoribus & Minoribus primùm indultum prædicandi datum eſt.

8 Ideò ſunt veluti Coadiutores Epiſcoporum & Parochorum.

9 Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſunt Coadiutores Papæ.

10 Regularibus hodie prædicandi munus delegatum eſt.

11 Cap. Inter cætera 15. §. fin. de offic. iudic. Ordin. expenditur.

12 Presbyteri ſunt antiquiores Coadiutores Epiſcoporum.

13 Presbyteri interpretantur Seniores.

14 Tridentinum ſtatuit, nullum Regularem in propria Eccleſia ſine benedictione, in aliena ſine Epiſcopi licentia prædicare poſſe.

15 Litera Tridentini Concilij, & Doctores illam illuſtrantes, afferuntur. Et n. 23.

16 Quales eſſe debeant Regulares ad hoc prædicandi munus aſſumendi. Et n. 15.

17 Electi & expoſiti ad hoc munus Prælatis, aut alijs non detrahant.

18 Plebs ad ſeditionem incitatur, per reprehenſiones manifeſtas & incautas prædicatorum. Vbi qualis concio eſſe debeat. Et n. 19. an iniuriarum actione teneatur è ſuggeſtu iniurians.

19 Populus docendus eſt à prædicatore, vt Magiſtratibus obediat.

20 Seditio orta fuit in Hiſpaniola Inſula, occaſione cuiuſdam concionis.

21 In Conſtitutionibus Societatis notatur, vt ſimiles reprehenſiones euitent Patres.

22 Regulares qualiter examinandi ſunt ad munus prædicationis exercendum. Et num. 15.

24 Epiſcopi benedictio petita, licèt non obtenta ſufficit, ad prædicandum in proprijs Eccleſijs. Et num. 26.

25 Epiſcopus licèt prohibeat, an poterit Regularis prædicare in propria Eccleſia? Et num. 31. 32.

27 Regulares non prædicant ea hora, qua Epiſcopus concionem habet.

28 Epiſcopus poteſt prædicare in quacumque Eccleſia, etiam Regularium, ſuæ Diœceſis.

29 Licentia & benedictio debet perſonaliter peti ab eo, qui vult prædicare.

30 Licentia hæc omni tempore, etiam quadrageſimali petenda eſt.

31 Epiſcopus, an poſsit prohibere, ne Regulares prædicent in ſuis Eccleſijs. Et num. 25.

32 In Eccleſijs alienis, contradicente Epiſcopo, Regulares non prædicant.

33 Regularis non poteſt prædicare, dum lis pendet ſuper licentia obtinenda.

34 Epiſcopus poteſt prohibere, ne Regulares prædicent aliquo die, vt omnes ad Cathedralem accedant.

35 Epiſcopus, an poſsit Regularibus prohibere, ne in priuatarum ædium Oratorijs Euchariſtiam miniſtrent?

36 Epiſcopus poteſt prohibere, ne Regulares admittant Clericos exteros ad celebrandum, donec literæ examinentur.

37 An Epiſcopi prohibitio iſta generalis comprehendat Regulares exteros?

38 Regulares & Sæculares Sacerdotes non admittuntur in Indijs ad celebrandum, niſi obtineant licentiam proficiſcendi ad eas, à Rege Catholico.

39 Hoc ipſum quoad Carmelitas & Trinitarios in ſpecie prouiſum eſt.

40 Item quod ſalarium non ſoluatur, ſi Doctrinis inſeruiant.

41 Regulares debent libenter admittere ad celebrandum Clericos, aliàs non impeditos.

42 Epiſcopus Regulari interdicens ne prædicet, non tenetur cauſam interdictionis edicere, vel reddere, & num. 47.

43 Priuilegia Pij V. Regularibus conceſſa, vt poſſent irrequiſito Epiſcopo, prædicare, ſunt recuſata, & n. 44. 45. 46.

48 Regularis, vt prædicet in alienis Eccleſijs, an debeat ſubire examen. & numer. 49.

50 P. Diana à ſua antiqua opinione receſſit in hac re.

AR-

ARGVMENTVM.

REgularibus prædicandi munus olim prohibitum ; hodie, vt exercere valeant in propria Eccleſia, benedictione: in aliena verò, Epiſcopi licentia indigent, vbi, an examen ſubire debeant, ad hanc licentiam obtinendam?

CAP. LXXIII.

1 PRædicandi officium † antiquum ius Monachis interdicebat, vt notat Diuus Hieronymus *ad Riparium Presbyterum, aduerſus Vigilantium*, relatus *in cap. Monachus* 4. 16. *q.* 1. *Monachus*, inquit, *non docentis, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe, vel mundum lugeat, & Domini pauidus præſtoletur aduentum.* Sanctiſsim. Leo Papa I. *epiſt. ad Theodoretum Epiſcopum Cypri. Illud*, ait, *dilectionem tuam conuenit præcauere, vt præter eos, qui ſunt Domini Sacerdotes, nullus ſibi ius docendi & prædicandi audeat vindicare, ſiue ſit ille Monachus, ſiue ſit laicus, qui alicuius ſcientiæ nomine glorietur.* adductus *in Cap. adijcimus* 19. *ead. cauſ. & quæſt.* Synod. Conſtantinopolitana *action.* 5. maximè in illis verbis: *Monachorum enim ita ſubiectionis habent verbum, & diſcipulatus, non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios, in Cap. Hoc nequaquam* 45. 7. *quæſt.* 1. iunctis Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. Domin. Palafox *in defenſ. Canonic. contra Patres Ieſuitas*, 2. *p. num.* 9.

Ergo Epiſcopis tantum ab initio, 2 † hoc conueniebat munus, ex natura officij & poteſtatis, qui in Apoſtolorum 3 locum † ſuccedentes, vt dixi *Cap.* 7. *à numer.* 4. onus eorum adimplebant, Concil. Carthaginenſ. IV. *Can.* 20. *pag.* 728. *tom.* 1. *Concilior.* ibi: *Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe, reuocet, ſed lectioni, & Orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet*, relatum in *Cap. Epiſcopus* 6. 88. *diſt.* Concil. Rhem. I. *cap.* 15. *pag.* 230. *tom.* 6. *Concilior.* illic: *Vt Epiſcopi ſermones, & homilias Sanctorum Patrum, prout omnes intelligere poſſit, ſecundum proprietatem linguæ, prædicare ſtudeant.* Concil. Trident. *ſeſ.* 5. *cap.* 2. *in prin.* & *ſeſ.* 24. *de Reformat. cap.* 4. *cap. In nouo.* 2. 21. *diſt.* ibi: *Qui etiam iubente Domino in toto Orbe diſperis, Euangelium prædicauerunt, ipſis quoque decedentibus, in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi, cap. Quorum vices* 6. 68. *diſtinct. cap. Satis* 7. 96. *diſtinct. Cap. Videntes* 16. *§. Ipſæ verò* 12. *q.* 1. *Cap. Dominus* 25. 93. *diſtinct.* Diuus Hieron. *epiſt.* 85. *ad Euagrium*, Diuus Ioan. Chryſ. *in Matth. cap.* 5. Cæſ. Baron. *tom.* 1. *annal. ann. Chriſti* 58. *num.* 7. Iodochus Lorichius *Theſaur. Theolog. part.* 1. verb. *Concionator, §.* 2. *num.* 3. Petr. Greg. *Syntagm. iur. part.* 2. *lib.* 16. *cap.* 8. *num.* 28. Barboſ. *vbi proximè à num.* 1. & *de offic. & poteſt. Epiſcop. tit.* 1. *part.* 1. *cap.* . *à prin.* Illuſtriſ. Archiepiſc. Liman. D. D. Petrus Villagomez *in allegat. iur. ſupervenia ab Oratoribus petenda in concion. fol.* 9. Domin. Palaf. *vbi ſupr. num.* 4. & *in defenſ. Canonic. nouiter edita ann.* 1652. *ſobre las licencias para confeſſar, y predicar, y execucion del Breue del año* 1648. *in epiſtol. ad Regem D. N. ferè per tot.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſito* 7. *num.* 6. *in fin.* Clem. Merlin. *deciſ.* 598. *à num.* 25. plenè nouiſsimè Vrrutigoit. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 18. *num.* 19. & 25. Lanfranc. Zachias *de ſalar. quæſt.* 4. *num.* 51. & *q.* 81. *à num.* 1. Reuerendiſ. P. Fr. Ioan. Martinez *en ſus diſcurſos Theologicos, y Politicos, diſc.* 2. *§.* 9. *à num.* 167. Manifeſt. ſeu Defenſor. *pro iuſtificat. Tribunal. Sanct. Inquiſit. Mexican. cum D. Archiepiſcop. Sagade Bugeiro ſuper exempt. & priuil. num.* 63.

Fundat deinde *num.* 6 D. Palafox, neceſsitate vrgente admiſſum fuiſſe, vt aliqui eligerentur ab Epiſcopus Presbyteri in partem † curæ, exprimit mire id Con- 4
cil. Aquiſgran. II. *cap.* 2. illic: *Dignum duximus, vt vnuſquiſque Epiſcoporum ſtudeat, Miniſtros ſuos pro modulo poſsibilitatis bene*

ne

ne inſtruere, vt ſi fortè contigerit aliquem Epiſcoporum tardi loquentem eſſe, aut infirmitate aliqua impeditum, habeat tamen Miniſtrum doctum, qui eius vice pabula verbi Diuini populo adminiſtrare poſsit. Concil. Maguntin. I. *Can.* 25. *pag.* 227. *tom.* 6. *Concilior.* in illis verbis: *Si fortè Epiſcopus non fuerit in domo ſua, aut infirmus eſt, aut aliqua alia cauſa exigente, non valuerit, nunquam tamen deſit diebus Dominicis, aut feſtiuitatibus, qui verbum Dei prædicet.* Poſsid. *in vita Sanct. Auguſt. Cap.* 5. *Et eidem Presbytero,* inquit, *poteſtatem dedit coram ſe in Eccleſia Euangelium prædicandi, aut frequentiſsime tractandi, contra vſum quidem, & conſuetudinem Africanarum Eccleſiarum. Vnde etiam ei nonnulli Epiſcopi detrahebant.* Faciunt ipſe Diuus Auguſtin. *epiſt.* 77. & Diu. Hieron. *epiſt.* 2. *ad Nepotian.* Hæc innuunt, Epiſcopo omninò in officio competere prædicare per ſe, non per alios, licèt ſint alij concionatores, Medin. *de rect. fide, cap.* 13. illic: *Ingens monſtrum, paſtor mutus, ingens monſtrum, paſtor ſine baculo, vtroque tamen maius Epiſcopus elinguis, & quî Chriſtiana ſapientia hæreſibus ingruentibus non poſsit obſiſtere.* Hug. Cardin. *ſuper Pſalm.* 88. ad illa verba: *Annuntiabo veritatem ore meo*: ait: *In ore meo, non alieno, quod eſt contra Epiſcopos qui prædicant per Vicarium, & alia quæ laboris ſunt, mandant procuratori: quæ autem ſunt honoris & diuitiarum, & delitiarum ſibi reſeruant.* Et poſtea, ibi: *Mandatum habet quicumque officium prælationis accepit.* Martin. *vbi ſupr. diſc.* 2. *§.* 1. *à num.* 12. *§.* 7. *numer.* 85. 97. 112. & 116. & *§.* 11. *num.* 99. *§.* 12. *à num.* 277. Alioquin Prælatus abſque ſcientia prædicationis, erit quaſi campana ſine plectro, ita ex Ioan. Steph. Durand. Eugen. Paſtran. *en ſu Silua Racional, primera planta, cap.* 7. *num.* 12. vbi ex D. Gregor. hæc verba addit: *Prælatus ſeu Sacerdos, ſi prædicationis eſt inſcius, quam clamoris vocem daturus eſt? Preco mutus, eſt etiam quaſi canis mutus, latrare non valens. Iſai. cap.* 56. *Canes muti non valentes latrare,* D. Palafox *in d. epiſt. ante fin.*

Poſtquam vero Monachi & Regulares, ad Ordines Sacros promoueri, & in Clerum aſſumi cœperunt, vt tradidi *Cap.* 51. *num.* 9. prædicandi facultas & licentia paulatim † eiſdem permiſſa fuit, Dom. Palaf. *ſupr. num.* 12. Barboſ. *dict. cap.* 3. *num.* 9. vbi ait, Regularibus Ordinum Prædicatorum, & Minorum, qui nec prò-

prie † Monachi appellantur, à Sede 6
Apoſtolica primum hoc datum, † & per- 7
miſſum fuiſſe, vt habetur in Clem. *Dudum*, vbi gloſſ. & Cardin. *de ſepultur.* Qui ideò ſunt veluti Coadiutores † Epiſco- 8
porum & Parochorum (Coadiutores ſuos appellauit Sanctus Syluester Papa S.R.E. † Cardinales, vt refert Eugen. Papa IV. 9
in Bull. incip. *Non mediocri, §.* 5. *pag.* 351. *tom.* 1. *Bullar.* eo tempore hoc nomen *Cardinalis* inuentum fuit, Alva *de Concil. vniuerſal.* 2. *part. §.* 2. verſic. *Nos verò.* Parochi ſunt Coadiutores Epiſcoporum: præter ſuprà adductos, Ludou. Muñoz *en la Adicion à Franciſco de Loſa en la vida del Vener. Gregor. Lopez, cap.* 16. Confeſſarius eſt Domini Coadiutor, Vita Venerab. D. Marinæ de Eſcobar, *lib.* 5. *cap.* 32. *§.* 2. Idem dicit de Euangeliſtis *lib.* 3. *cap.* 12. *§.* 2. illic: *Son figura (* animalia quatuor, currum geſtantia, qui Eccleſiam Catholicam & eius Caput Chriſtum Dominum repræſentat *) de los quatro Santos Euangeliſtas, los quales, como Coadiutores lleuan el Carro, y alumbran con la luz Diuina de los Sagrados Euangelios.* Eugen. Paſtran. *en ſu Silua Racional, Primera planta, cap.* 6. *num.* 53) vt ex hoc textu colligit Emman. Rodrig. *tom.* 3. *quæſt. Regul. quæſt.* 31. *artic.* 4. verſic. *Quod ego*, Barboſ. *in eod. textu, num.* 14. & *in dict. cap.* 4. *Concilij Tridentini, num.* 2. Domin. Palafox *vbi ſupr. num.* 13. & *in allegat. iur. pro Clero Angelopolitano, allegat.* 4. *num.* 172. citato Dom. Solorçan. *de Indiar. gubern. lib.* 3. *cap.* 16. *à n.* 29. Hieron. Rodrig. *in comp. quæſt. Regular. reſolut.* 112. *num.* 1. illic: *Vnde bene affirmare auſi ſunt quidam, quod proprius actus Fratrum Prædicatorum & aliorum Religioſorum, non eſt prædicare, ſed ſubuenire Epiſcopis in prædicationis miniſterio; quibus non incumbit prædicare, niſi miniſterialiter.* Memoriale, cuius memini *infr. cap.* 97. *n.* 40. ſub *fol.* 22. *§. Porque.* Quare hodie prædicandi † onus Regularibus de- 10
legatum fuiſſe, notant Ricciul. *lucub. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 2. & 3. Iſidor. Moſcon. *de maieſt. milit. Eccleſ.* 1. *p. lib.* 1. *cap.* 19. & D. Palaf. laudato, Vrritig. *d. cap.* 18. *à num.* 204.

Quod quidem † apertius & generali- 11
ter decretum apparet, *in Cap. Inter cætera,* 15. *§. fin. de offic. Iudic. Ordinar.* in illis verbis: *Quod Epiſcopi poſſent Coadiutores & cooperatores habere, non ſolum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confeſsionibus, & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum.*

&

& §. 1. ibi: *Vt Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum, assumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas, vice ipsorum, cum per se ijdem nequiuerint, solicitè visitantes, eas verbo ædificent & exemplo.* vbi Barbos. *n.* 2. & *de off. & potest. Episc.* 3. *p. allegat.* 76. *n.* 4. Menoch. *de arbitrar. cas.* 424. *n.* 1. Sbroz. *de Vicar. Episcop. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 7. Francisc. Leo *in Thesaur. for. Ecclesiastic. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 4. Armendariz *in addit. ad Recop. legum Nauarræ, lib.* 4. *tit.* 3. *l.* 3. *de prædicat. n.* 2. D. Palafox *in d.* 2. *p. num.* 16. Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubric.* 12. *cap.* 13. *n.* 14. Sampèr *en su Montesa ilustrada* 3. *p. n.* 35.

Aduerte tamen, quod licet Regulares sint Episcoporum coadiutores & cooperatores, vt iam dictum est, in eo mi-
12 nisterio sunt antiquiores † coadiutores ipsis Presbyteri, etiam à tempore Apostolorum, vt satis innuunt *supr.* tradita, Diu. Isidor. *lib.* 2. *de offic. Ecclesiastic. cap.* 7. ibi:
13 *Presbyteri autem † interpretãtur* Seniores, *quia Seniores ætate Græci* Presbyteros *vocant. His enim sicut Episcopis dispensatio mysteriorũ Dei commissa est; præsunt enim Ecclesijs Christi & in confectione Diuina corporis & sanguinis consortes cum Episcopis sunt; similiter & in doctrina populorum & in officio prædicandi.* Diu. Clem. Pap. I. *lib.* 3. *Constitut. Apostolic. cap.* 20. *Iubemus*, inquit, *Presbyterum tantum docere, offerre, baptizare, benedicere populo.* iunctis *cap. Ordinationes* 3. 75. *dist. c. Illud* 3. 95. *dist.* Maur. Alc. *in prax. Episcop.* 1. *p. cap.* 9. *à n.* 41. Barbos. *d. lib.* 1. *de iur. Ecclesiast. cap.* 18. *n.* 4. *in fin.* D. Palafox *in d. defens. Canon.* 6. *p. n.* 77.

Quibus & alijs maturè & plenè attentis, mira statuit ordinatione Sancta Tri-
14 dentina † Synodus, nullum Regularem Verbum Dei, in sui Ordinis Ecclesijs prædicare posse, nisi prius fuerit à suis Superioribus Regularibus, super scientia, vita, & moribus diligenter examinatus & approbatus; & idoneus repertus Episcopo Diœcesano præsentatus, vt valeat ab ipso consequi benedictionem, & prædicationis munus exercere. Si autem officium hoc in alijs quibusvis Ecclesijs, non sui ordinis, desiderauerit obire, præter suorum Regularium approbationem, & licentiam, aliam rursus tenetur ab Episcopo obtinere, qua deficiente, nullomodo poterit in præfatis alienis Ecclesijs prædicare, ita sancitur *sess.* 5. *de Reformat. cap.* 2. *ad med.* ibi:

Regulares vero cuiuscumque † Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non possint; cum qua licentia personaliter se coram Episcopo præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In Ecclesijs vero, quæ suorum Ordinum non sunt, vltra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum, nullo modo prædicare possint; ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant. Concil. Lateranens. sub Innoc Papa III. *cap.* 3. *ante fin. pagin.* 808. *tom.* 7. *Concilior.* Concil. Toletan. sub Sixt. Papa IV. *ann.* 1473. *habit.* §. 14. *pagin.* 1056. *tom.* 8. *Concilior.* exornant atque explicant hanc partem Ludouic. Mirand. *in Manual. Prælator. tom.* 1. *quæst.* 50. *articul.* 2. Rodriguez *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 32. *artic.* 1. & *seqq.* Vgolin. *de potestat. Episcop.* 2. *part. cap.* 42. §. 2. *num.* 4. Ricc. *in prax. aur. resolution.* 290. Frat. Hyacint. Donatus *rerum Regular. tom.* 1. *part.* 1. *tractat.* 14. *quæst.* 4. *num.* 15. Vbi in hoc Sacrę Congregationis declarationem refert, Barbos. latè *in dict. cap.* 2. *Concilij, à num.* 18. & *sess.* 24. *de Reformat. cap.* 4. *à num.* 7. & *de offic. & potestat. Episcopi, dict. allegat.* 76. *à num.* 17. & *alleg.* 105. *num.* 26. & *de iur. Ecclesiast. vniuers. dict. cap.* 13. *à num.* 10. & *in cap. Excommunicamus* 13. *à numer.* 40. *de hæretic.* & *in Summ. decision. Apostolicar. collectan.* 591. & *in collectan. Bullar.* verbo *Prædicare*, & verbo *Regularis Prædicator*, Henric. Kalteisen. *in orat. pro libera prædicatione Verbi Dei, in Concilio Basileen. habita*, §. *Consequenter*, *pag.* 492. *tom.* 8. *Concilior.* Cened. *quæst. Canonicar. lib.* 1. *quæst.* 26. *num.* 12. Lauret. de Franchis *in controuers. inter Episcop. & Regular. q.* 6. versic. 1. Marcell. Vulpe *in prax. Iudic. for. Eccles. cap.* 42. *à num.* 3. P. Dian. 11. *part. Moral. tractat.* 2. *resol.* 1. *ante fin.* contra Brunum *ibidem* traditum, Campanil. *dict. cap.* 13. *num.* 6. Homobon. *de examin. Ecclesiast. tractat.* 2. *cap.* 3. *quæst.* 36. Paulin. Bertus *in prax. crimin. Regular. tit.* 4. *cap.* 34. *numer.* 2. Zeuall. *de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæst.* 71. *sub n.* 47. Tondut. *Canon. resol.* 1. *part. cap.* 49. *à num.* 1. Gauant. *in Manual. Episcop.* verbo *Regularium iura sub Episcopis*, *n.*

32.& 34.Ioann.Mar.Bellet.*diſquiſit.Clerical.2.part.tit.de pœnis Clericor.§.* 30. *à n.2.*P.Pellizzar.*in Manual. Regular. tractat.6.cap.14.num.8.& tractat.* 8. *cap.* 4. *num.2.*Lezan.*quæſt.Regular.tom.1.part.1. cap.20.à princ.& tom.2.* verbo *Concionari à num.6.& tom.4.conſult.40. n.* 21. Tamburin.*vbi ſupra tom.1.diſput.15.quæſit.7. num.6.& tom.2.diſput.11.quæſit.* 1. *&* 2. *& tom.3.diſput.5.quæſit.11. num.* 59. D. Villarroel *en el Gouiern.Eccleſiaſtico,quæſt.* 6. *art.6.à num.1.& artic.* 7. Machad. *de perfect.Confeſſ. lib.4.part.6.tractat.10. docum.* 11. *à princ.*Clem.Merlin.*deciſ.618. à num.61.*D.Palafox *in dict.defenſ.Canon. 2.p.num.17.&* 57.D.Araujo *deciſ. Moral. tractat.* 3.*de Eccleſiaſt. ſtatu, quæſt.* 30.*n.* 7.P.Auendañ.*in Theſaur.Indic.titul.12.à num.*331.

16 Qui ſimiliter † advertunt,quales eſſe debeant in hoc ſanctum miniſterium aſſumendi; curandum itaque maximè eſt,
17 ne ita electi & expoſiti Prælatis aut † alijs detrahant,*Clem.1.§.quib.de priuileg.* ibi:*Sub interminatione maledictionis æternæ diſtrictius inhibemus , ne in ſermonibus ſuis Eccleſiarum Prælatis detrahant.* vbi gloſſ. verbo *Detrahant.* Concil. Colonienſ.*anno* 1536.*ſub Paul.Pap.III.habit. 6.p.cap.16.pag.240.tom.9. Concilior. Vitanda quoque*, inquit, *manifeſta reprehenſio vtriuſque Poteſtatis , tam Eccleſiaſticæ, quam Ciuilis --- Per eiuſcemodi enim incautam reprehenſionem , plebs ad ſeditio-*
18 *nem † magis , ac rebellionem incitatur; hanc murmur , odium , impatientia , contumacia, proteruia, & detractionis libido committantur ; quin potius docendus populus*
19 † *eſt obedire Magiſtratibus , parere Præpoſitis ſuis, etiam dyſcolis.l.55. tit.* 5. *p.* 1. illic: *E aun fieren à las vegadas --- diziendo en los Sermones contra algunos en encubierto , lo que ſaben de ellos, porque los metan en verguença ante aquellos , que lo oyen* ; vbi obſervat D.Gregor. Lop. Altamiran. *ad cap.* 3. *Concil. Tridentin. ſeſſ.* 24. *de Reformat.* ſeu *in tractat. de viſitat.* verbo *A Metropolitanis, num.* 3. *fol.* 62. (vbi rectè docet *ex cap. Quiſquis* 1. 41. *diſtinct. cap. Quoniam* 14. *de offic. Ordinar.* Concionem ſeu ſermonem perſonis , rebus, tempori & loco, convenire debere) Portell. *in dub. Regular.* verbo *Prædicatores , num.*3.Rodriguez *d. quæſt.* 32.*art.*2. alter Rodriguez *dict. reſolut.* 112.*num.*6. P. Azor. *inſtitut. Moral.* 1. *part.lib.*12.*cap.*13.*quæſt.*5. verſic. *Tertio,* Farinac.*in prax.quæſt.*105 .*num.*406. Simanc.*de Catholic. inſtitut. tit.*49.*à numer.* 9.Barboſ. *in dict.Clement.*1.*num.*18.*& de iur.Eccleſ.dict.lib.*1.*cap.*43.*num.*130.Paulin. Bertus *dict.tit.*4.*cap.*12.*num. fin.* D. Ramirez de Prado *lib.* 3.*de Conſil. & Conſiliar. cap.*2.*pag.*61.*lit.A.* P. Bauny *Theolog. Moral.* 1.*part. tractat.* 10.*quæſt.* 30. Hieronym. Baſilicò *deciſ.*30.*num.*28.vbi, an iniuriarum actione teneatur concionator, è ſuggeſtu iniurians. D. Palafox *vbi ſupra* 1. *part. num.* 42. *&* 43. vbi *num.* 44. refert ex Herrera *in Hiſtor. Gener.Ind.lib.*8.*Decad.*1.*cap.*11.*pag.*279. caſum in Hiſpaniola Inſula expertum,vbi ſeditio mota fuit, cuiuſdam † concio- 20
nis occaſione,à Fratr. Antonio Monteſinos Dominicano , factæ , *ann.* 1511. alios Indicos caſus inuenies apud Fratr. Ioan. Torquem.*lib.*5.*Monarch.Indic. cap.* 24.*pag.*710.D.Solorzan. *dict. lib.*3. *cap.* 27.*à num.* 58. D. Montemayor de Cuenca *in propugnat. pro Reg. iuriſdict. poſt deciſiones Hiſpaniolas*, §. 26. *à princip.* D. Villarroel *vbi ſupra quæſt.*13.*artic.* 6. *à princ.& num.* 26. D. Ximenez Lobaton *in diſcurſ. iuridic. contra Archiepiſcop.Granatenſ. Regijs Schedulis non obtemperant, not.* 42. *num.* 343. Vrrutigoyt. *vbi ſupra cap.*18.*num.*101.Adde tradita *ſupra Cap.*43.*num.*56.& optimas Regias Schedulas *annorum* 1531.*&* 1568. *pagin.* 163. *tom.* 1. *impreſſ.* & aliam 9. *Auguſti* 1621. Prouinciali Sancti Dominici in Inſulis Philippinis , miſſam , in illis verbis : *Ya ſabeis , que por diuerſos Concilios , diſpoſiciones Canonicas , ordenes , leyes , y Cedulas Reales eſtà prohibido ſo grauiſsimas penas , que los Predicadores en los Sermones,y Platicas, que hizieren al pueblo,y en otras particulares no noten el gouierno publico,ni digan mal de los Superiores Eccleſiaſticos,ò Seculares , notando ſu gouierno ò accion,demanera,que el pueblo, ni las perſonas particulares no vengan en deſcredito de ſus perſonas , y queden eſcandalizados , &c.* quæ iterum innouata fuit in alia 31.*Decembris* 1622.

Ideò ſanctè notatum † & animaduer- 21
ſum legitur *in Conſt.Societ.Ieſu,n.*12.hoc: *Cum experientia doceat, & ſanctæ memoriæ P.Ignatius ſcriptum reliquerit , nihil vtilitatis percipi ex ijs concionibus , in quibus Principes , & Magiſtratus , Reipublicæ, Prælati, & alij Eccleſiaſtici, in particulari reprehenduntur ; concionatores noſtri ab huiuſmodi reprehenſionibus abſtineant.*

Ad-

Adde P. Mendo *in Stater. opinion. dissert. 13. numer. 24.* P. Andr. Pinto Ramirez *in Stemmat. glorios. cap. 3. §. 7. à num. 544.* & quæ docuerat *in Specileg. Sacr. cap. 51. §. 14.* Vbi rectè in concionatores insurgit imperitos, relatisque nonnullis Sacræ Scripturæ expositionibus, aliquando ab indoctis factis concionatoribus, hæc postremo, ex Francisc. Sanch. *comment. in Eccleſiast.* transcribit verba: *Ridiculum hoc & similia, illud nefarium quod alius dixit.* Qui est iste, *inquit*, qui venit de Edon tinctis vestibus de Bozra? Quien es este que viene de la hediondez del mundo, teñidas las vestiduras de borra? *Verum hoc ignorantia non solum, sed impudentia grauis est*; hæc Sanch. & ex eo Pinto Ramirez, alia ex P. Ribera *in cap. 1. Oseæ* numero suo margin. 20. *ibidem* adducit.

22 Formam autem † examinandi & approbandi huiusmodi Regulares, qui prædicationis officio destinantur, præscribit Bulla Clem. Pap. VIII. incip. *Nullus omnino, pag. 79. tom. 3. Bull. in §. 24.* per hęc verba: *Eligantur in Capitulo Generali, aut Prouinciali aliquot graues & periti, ex Fratribus cuiuslibet Prouinciæ, saltim tres, qui admittendos ad prædicationem Verbi Dei, vel ad audiendas confessiones, etiam ipsorum Fratrum, ac Lectores publicos, diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministeria admittantur; horum etiam curæ sit examinare & probare, tam quoad doctrinam, quàm quoad mores promouendos ad quoscumque Ordines, in quo seruetur Decretum Congregationis Interpretum Sacri Concilij Tridentini, hac de causa nuper editum & promulgatum.* Lezan. *d. tom. 1. q. Regular. 1. p. cap. 18. n. 79.* vbi advertit, hoc Decretum Congregationis, cui⁹ modo meminit Pōtifex, esse illud, de quo memoriam egit *Cap. 14. eiusdem 1. p. sub n. 12.* & Nos ipsum tradidimus *Cap. 70. n. 35.*

23 Circa autem † Decretum & decisionem Sancti Concilij Trid. *in d. cap. 2.* contentam & adductam, habemus celebrem Sacræ Congregationis eiusdem Concilij declarationem, *sub die 30. Ianuar. 1629.* factam, quæ talis est: *Prædicare Verbum Dei Regulares non possunt, sine Episcopi licentia, in ijs tantum Ecclesijs, qui sui Ordinis nō sunt. In alijs vero Ecclesijs sui Ordinis, suffi-*
24 *cit Episcopi benedictio petita, licet † non obtenta; ita tamē, vt si Episcop⁹ non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus*
25 *prædicent, adhuc illo † contradicente, in sui quidem Ordinis Ecclesijs, licet illis prædicare.* De qua mentio extat apud Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regul.* verbo *Prædicare, n. 2.* Barbos. *in Summ. decis. Apostolic. collect. 591. n. 4.* Card. Lugo *vbi infra*, Lezan. *tom. 2. Regul.* verbo *Concionari, sub n. 7.* vbi *in fin.* refert, declaratum fuisse à Sacra Congregat. Episcopor. & Regular. *sub die 9. Nouembris 1635.* quemdam concionatorem Augustinianum posse prędicare in sua Ecclesia, etiam si Episcopus ei negaret benedictionem, dummodo non habuerit aliquam aliam causam, ad eam denegandam; & alias declarationes in idem adducit 11. *Ianuarij 1641.* & 14. *Februarij 1642.* Adde in specie, quoad Indias, Bullam Innoc. Papæ X. *in causa Angelopolitana* editam, relatam *infra Cap. 81. n. 2. cum seqq.* in qua clarè decretum est, prohibente, seu contradicente Episcopo, non posse Regulares in Ecclesijs sui Ordinis prędicare, vt patet *ibidem sub n. 8.* illic: *Nec in Ecclesijs etiam sui Ordinis ipso contradicente.* Nouissimè hoc ipsum innouatum est à Sanct. Clem. Papa X. in Constit. *edita ann. 1670.* per hęc verba. *Quod si Episcopus benedictionem ne dum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesijs (sui Ordinis) licere Regularibus prædicare. Eosque contrauenientes ab illo, tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, censuris, alijsque pœnis Ecclesiasticis, in vim Constitutionis F. R. Gregor. XV. prædecessoris nostri, incipientis,* Inscrurabili Dei prouidentia, *coerceri & puniri posse; Episcopum tamen absque iusta, & rationabili causa contradicere nō debere.* Traditur à nostro doctiss. P. Auendañ. *in Auctar. Indic. p. 8. sect. 52. n. 648.*

Ex quibus apparet † omnino, Regula- 26
rem posse in propria Ecclesia prædicare, licet ab Episcopo non obtinuerit benedictionem, modo illa fuerit petita; quod præter proximè tradita, probant Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 13. n. 4.* dicens, ita fuisse decisum à Sacra Congregatione *anno 1597.* Laurent. Peyrin. *tom. 1. de subdito, q. 1. de obedientia. n. 22.* Valer. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 18. n. 123.* Rodrig. *d. tom. 3. q. 32. art. 1. & 5.* Galet. *in Margarit. casuum conscient.* verbo *Licentia*, Ricc. *in prax. for. Ecclesiast. resolut. 633. & in decisionib. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 219. part. 2.* Armendariz *vbi supra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 56.* Machad. *vbi supr. n. 2.* Lugo *vbi infr. n. 3.* D. Palaf. *vb. sup. n. 47.* Barb. *d. alleg. 76. n. 19.*

vbi *num.* 20. cum Mirand. *tom.* 1. *Manual. Prælator. quæſt.* 50. *art.* 3. *concluſ.* 1. advertit, Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 4. *de non prædicando, Epiſcopis contradicentibus*, quoad Regulares procedere, intelligendum eſſe, ac limitandum pro illo
27 tempore † & hora, qua Epiſcopus prædicare voluerit, aut coram ſe prędicari facere ſolemniter, non verò aliàs, ex Decreto Sacræ Congregationis, *anno* 1625. impreſſo, docet hoc ipſum Gauant. *vbi ſupr.* verbo *Concio Sacra, n.* 52. idem Barboſ. *in dict. cap.* 4. *num.* 23. *& de Paroch. cap.* 14. *n.* 2. vbi Sacræ Congregationis Concilij declarationem 2. *Maij* 1629. adducit, *& in dict. cap.* 2. *nu.* 18. *& in Summ. deciſ. Apoſtolicar. collectan.* 592. *numer.* 18. ex Sell. *in ſelect. Canon. cap.* 23. *n.* 19. *& cap.* 8. *n.* 16. Peyrin. *tom.* 1. *priuileg. in Conſtit.* 2. *Gregor. XIII. §.* 2. *n.* 21. P. Dian. 3. *part. Moral. tractat.* 2. *reſolut.* 58. *ad medium.* P. Bordon. *vbi infr.* Pax Iordan. *de re Sacra, vol.* 1. *lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 14. Murga *in quæſt. Paſtoral.* 3. *part. quæſt.* 14. *num.* 8. Campanil. *dict. cap.* 13. *num.* 8. Tamburin. *d. tom.* 2. *diſput.* 11. *quæſito* 2. *num.* 4. Lezan. *dict.* verbo *Concionari*, *num.* 6. *& dict. tom.* 4. *conſult.* 40. *num.* 24. *& tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. Nouar. *vbi infra n.* 7. Rodrig. *dict. art.* 1. iunctis traditis *Cap. ſequenti n.* 5. Hodiè ſine difficultate procedit hoc ex dict. Conſtit. Clem. X. ibi: *Regulares qui in Eccleſijs ſui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Epiſcopo Diœceſano benedictionem petere; prædicare tamen poſſe, quamuis illam non obtinuerint.* P. Auendañ. *dict.* 8. *p. n.* 647.

28 Obiter hoc loco nota, Epiſcopum † prædicare poſſe in quacumque Eccleſia, etiam Regularium, ſuę Diœceſis, nec valere ab aliquo prohiberi vel impediri, ita deciſum à Sacra Congregatione Epiſcop. & Regular. tradit Gauant. *d.* verbo *Concio Sacra, n.* 1. Barboſ. *in d. cap.* 4. *Concilij, n.* 3. *& in collect. Bullar.* verbo *Prædicare, §.* 2.

Hęc autem licentia vel benedictio debet à Regulari perſonaliter peti, per ſe
29 ipſum † ad Epiſcopum accedente; non per literas aut perſonam interpoſitam, vt patet *in dict. cap.* 2. *Concilij*, ibi: *Cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopo præſentare*, notant Zerol. *in prax. Epiſcopor.* 1. *part.* verbo *Prædicatio, §.* 3. Peyrin. *tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 11. Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt.* 1. *part. cap.* 8. *num.* 10. P. Bordon. *in Conſil. Regular. reſolut.* 7. *quæſt.* 11. *num.* 15. P. Dian. 7. *part. Moral. tractat.* 12. *reſolut.* 24. Qui contra Bordon. *vbi proximè* docet, omni tempore † eſſe petendam & obtinendam li- 30
centiam & benedictionem ab Epiſcopo, non in Quadrageſima & Adventu tantum, quemadmodum Bordon. ſentiebat; idem quod P. Dian. docent Gauant. *dict.* verbo *Concio Sacra, num.* 16. ex Sacræ Congregationis declaratione 16. *Octobris* 1601. Anton. Ricciull. *lucubrat. Eccleſiaſt. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 6. vbi ait, ita reſpondiſſe Sacram Epiſcopor. & Regular. Congregationem, *die* 15. *Septembr.* 1603. Barboſ. *in dict. Summ. deciſ. Apoſtolicar. collectan.* 637. *ſub num.* 1. D. Palafox *in dict. defenſ. Canon.* 2. *part. num.* 41. Lezan. *dict.* verbo *Concionari, n.* 7. *ad medium*, P. Pellizzar. *vbi infra n.* 16.

An autem Epiſcopus † poſsit ab- 31
ſolutè prohibere, ne Regulares in ſuis Eccleſijs valeant prædicare? quæſtio dubia eſſe ſolet; & non poſſe docent Cened. *dict. quæſt.* 26. *num.* 13. Peyrin. *dict. §.* 2. *num.* 21. P. Dian. *dict. reſolut.* 58. P. Bordon. *reſponſ.* 7. *num.* 15. Ceſpedes *de exemption. Regular. cap.* 10. *dub.* 200. Vega *in Summ. tom.* 2. *cap.* 86. *caſ.* 40. Lezan. *dict. conſult.* 40. *num.* 22. ex Bulla Pij V. incip. *Etſi Mendicantium*, de qua *infra.* Contrarium tamen tenent Portell. *in dub. Regular.* verbo *Prædicatores*, *numer.* 7. Piaſec. *in prax. Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *artic.* 6. *num.* 3. Leo *vbi ſupra* 1. *part. cap.* 8. *num.* 9. Hieronym. Rodriguez *dict. reſolut.* 112. *num.* 9. P. Dian. *vbi ſupra*, Barboſ. *dict. allegat.* 76. *à num.* 28. D. Palafox *dict.* 2. *part. num.* 28. *& ſeqq.* aſſerentes, præfatam Bullam Pij V. reuocatam fuiſſe à Gregor. XIII. de qua etiam *infra*, Cardinal. Lugo *vbi infra.* Adde Bull. Gregor. XV. *ſupr. tradit. Cap.* 54. *n.* 13. Hæc omnia hodiè reſolve iuxta Breue Angelopolitanum *ſupra numer.* 25. relatum, iuncta Conſtitutione Noua Clem. Papæ X. *ibidem* tradita, quæ ad hæc hoc addit: *Non poſſe tamen Epiſcopum generatim prohibere Regularib⁹, quin in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicent.* P. Auend. *ibid.* 8. *p. n.* 651. & rurſus addit eadem Clem. Conſtit. *ibid.* adducta, quod poſsit Epiſcop⁹ prædicandi licentiam ſemel conceſſam, ob cauſam etiam occultã, ad prędicationem tamen ſpectantem, ſuſpendere, ibi: *Et licentiam prædicandi ſemel ijſdem* (Religioſis) *conceſſam, ob rationabiles cauſas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes, ſuſpendere.*

Con-

32 Contradicente vero Episcopo, † certum etiam est, non posse Regulares in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare, vt satis innuit relata Sacræ Congregationis Concilij declaratio 30. *Ianuarij* 1629. *in fin.* & ex dictis à fortiori infertur, vt docent Tamburin. *tom.* 3. *de iure Abbat. disput.* 5. *quæsito* 11. *num.* 59. *in fin.* Barbos. *in d. cap. Excommunicauimus, n.* 41. *& ad dict. cap.* 4. *Concilij, num.* 18. qui Zerol. Rodrig. & Mirand. citat, Henriquez *in Summ. lib.* 7. *cap.* 28. *§.* 8. Ricc. *decis. Curiæ Archiep. Neapol.* 219. *n.* 5. *p.* 2. Card. Lugo *resp. Mor. lib.* 5. *dub.* 20.

Nec etiam interim, † dum super licen-
33 tia prædicandi ab Episcopo obtinenda, causa pendet; vt bene inferri licet ex traditis Sancti Concilij verbis *d. cap.* 2. illic: *Etiam Episcopi licentiam habere teneantur*; & paulò post, ibi: *Antequam prædicare incipiant*; extatque de hac re expressa Sacræ Congregationis declaratio apud Portell. *vbi supra n.* 8. Rodriguez *d. resolut.* 112. *n.* 20. D. Palafox *vbi proximè n.* 43. talis: *Congregatio censuit, hos & quoscumq; alios* (Prædicatores) *ab antecessore suo approbatos, à prædicatione posse suspendere Episcopum. Attendant tamen Episcopi propter quas causas id imperent; volumus namque quod si illicitè iusserint, ad ius lis deferatur, & interim cessent.*

34 Aliquo tamen die, † poterit rectè Episcopus Regularibus prohibere, ne prædicent, vt valeat totus, populus ad Cathedralem Ecclesiam convenire; ita ex Sacræ Congregationis Episcopor. & Regular. declaratione *sub die* 17. *Nouembris* 1592. docent Gauant. *vbi supr. n.* 51. Barbos. *d. collect.* 592. *n.* 19. Lezan. *d.* verb. *Concionari, n.* 13.

Opportunè quæres in præsenti, an
35 Regularibus eisdem possit † Episcopus prohibere, ne in Oratorijs priuatarum ædium sæcularibus Eucharistiam ministrent? & negatiuè respondendum est cum P. Suarez *de Religion. tom.* 4. *libr.* 9. *cap.* 3. *§. Dices ergo*, Portell. *in resp. Moralib.* 3. *part. cas.* 39. P. Dian. 4. *part. Moral. tractat.* 4. *resolut.* 14. modo id non fiat in die Paschatis, vel in articulo mortis, ne Parochis præiudicium generetur, sed solum in alijs voluntarijs communionibus.

Rectè autem poterit Episcopus ipsis Regularibus interdicere & prohibere, ne Clericos admittant exteros
36 † ad celebrandum, nisi prius ab ipso Episcopo visæ fuerint & examinatæ illorum commendatitiæ literæ, ita Sacræ Congregatio Concilij *super cap.* 16. *eiusdem Concilij Tridentin. sess.* 23. *de Reformation.* respondit per hæc verba: *An Episcopus loci Ordinarius prohibere possit, ne Regulares in eorum Ecclesijs Sacerdotes sæculares exteros, Diuina Officia celebrare permittant, nisi prius ab ipso Episcopo visis literis commendatitijs ipsi Sacerdotes admissi fuerint? Congregatio Concilij censuit, posse. Romæ* 1. *Nouembris* 1594. refertur & illustratur à Donat. Anton. de Marinis *resolut. iur. lib.* 2. *cap.* 181. *numer.* 2. Galet. *in Margarit. casuum conscient.* verbo *Missa*, Ricc. *in prax. for. Ecclesiast. decis.* 750. alias *resolut.* 635. *& in decis. Curiæ Archiepiscop.* 294. *part.* 4. Barbos. cum alijs, *de offic. & potest. Episcop.* 2. *part. allegat.* 21. *num. fin.* Pat. Bauny 1. *part. Theolog. Moral. tractat.* 10. *quæst.* 16.

An vero prohibitio hæc Episcopi, si sit generalis, dicens, nullum exterum Sacerdotem ad celebrandum admitti posse, nisi prius literis cõmendatitijs visis, comprehendat similiter Regularem exterum, ita, vt admitti non debeat à Regularibus ad celebrandum? Et posse admitti, modo † ostendat literas authenticas sui Prælati, 37
attestantis esse Sacerdotem, nullo affectum impedimento, probat Sacræ Congregationis declaratio *proximè* adducta, ibi: *Sacerdotes sæculares exteros Diuina Officia, &c.* docent Rodrig. *tom.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 43. *art.* 17. & ex eo, Pat. Pellizzar. *in Manual. Regular. tractat.* 8. *cap.* 2. *num.* 135. Murga *vbi supra* 3. *part. quæst.* 13. *à num.* 2. Quod tamen † in In- 38
dijs limitarem respectu Regularium, & etiam secularium Sacerdotum, qui ad eas absque Regia permissione & licentia accesserint, *ex l.* 8. *titul.* 5. *libr.* 1. *Summar. Que los Prelados*, inquit, *no den licencia à los Clerigos, ni Religiosos, que huuieren passado à las Indias, sin licencia del Rey, para dezir Missa, ni administrar Sacramentos, ni entender en la Doctrina; y los embien à estos Reynos.* D. Veitia Linage *en el Norte de la Contratacion de las Indias, lib.* 1. *cap.* 30. *à num.* 1. *& n.* 16. relatis Regijs Schedulis 31. *Maij* 1552. *&* 4. *Augusti* 1574. *pag.* 106. *& seq. tom.* 1. *impress.* adde *l.* 10. *tit.* 22. *lib.* 3. *Sum.* Hoc ipsum, quoad Carmelitas † & 39
Trinitarios Regulares, prouisum est, *in Regia Schedula* 24. *Octobris* 1560. *pag.* 302.

tom. 1. *impreſſar.* & iterum *in alia anni* 1593. *ibidem, & pag.* 402. *eod.* adde Schedulam anni 1535. *eod. tom.* 1. *& etiam* 4. *Auguſt.* 1574. *pag.* 106. decidentem, his
40 in Doctrinis † occupatis, ſalarium non ſolvi, antequam de prędicta licentia conſtet, facit etiam *l.* 10. *dict. titul.* 5. *lib.* 1. *Summar.* & quod tradidi *Cap.* 66. *num.* 78.

41 Clericos autem † non impeditos legitimè, celebrare volentes, non debent Regulares in ſuis Eccleſijs impedire, quominus celebrent; imò debent eos libenter excipere, *ex Bulla* Leon. Papæ X. incip. *Dum intra, pag.* 586. *tom.* 1. *Bullar.* §. 4. ibi: *Ac tam Prælati, quàm Presbyteri ſæculares, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Miſſas in Eccleſijs domorum eorumdem* (Regularium) *devotionis cauſa celebrare volentes, celebrare poſsint, ipſique Fratres tales celebrare volentes, libenter recipere debeant.*

42 Adverte etiam, quod quando † Epiſcopus Regulari interdicit, ne prędicet, non tenetur interdictionis, & ſuſpenſionis cauſam reddere & aperire, ita deciſum refert Leo *vbi ſupra* 1. *part. cap.* 8. *num.* 9. Piaſec. *dict.* 2. *part. cap.* 3. *numer.* 41. verſic. *Si item*, Campanil. *dict. cap.* 13. *num.* 8. Lezan. *vbi proximè num.* 7. Vrrutigoyt. *dict. cap.* 18. *à num.* 102. *&* 114. Barboſ. *in dict. cap.* 2. *Concilij*, *num.* 23. *& in dict. cap. Excommunicamus, num.* 41. *& in dict. cap.* 4. *ſeſſ.* 24. *num.* 22. *& in dict. allegat.* 76. *num.* 22. *&* 28. *cum ſeqq.* Vbi addit, quod licet Pius Papa V. *in ſua Bulla*, incip. *Ad hoc Nos Deus*, quam refert Quarant. *in Summa Bullar.* verbo *Priuilegia Regularium*, *pag.* 410. conceſsiſſet Regularibus, vt irrequiſito &
43 contradicente Epiſcopo, † poſſent prędicare, in multiſque alijs contra Concilij Tridentini Decreta, tum in illa, tum in alia, incip. *Et ſi Mendicantium*, quam etiam refert Quarant. *vbi proximè dict. pag.* 410. & extat *tom.* 2. *Bull. pag.* 227. & in alia incip. *Ex ſuperna, pag.* 232. & tandem in alia incip. *Ad exequendum*, *pagin.* 242. *eod. tom.* 2. cum ipſis Regularibus
44 diſpenſauerit, pariterque † inter omnes Regulares, tam Mendicantes, quàm non Mendicantes eadem priuilegia & declarationes communicauerit, Peyrin. *tom.* 2. *priuileg. in Conſtitut.* 7. *Pij V.* §. 1. *n.* 2. Henriquez *de Indulgent. lib.* 7. *cap.* 28. P. Dian. 3. *part. Moral. tract.* 2. *reſolut.* 107.

Illa tamen omnia † reuocata, & ad 45
terminos iuris, & Sancti Tridentini Concilij redacta fuerunt, per Gregor. XIII. *in ſua Bulla*, incip. *In tanta rerum, pagin.* 370. *tom.* 2. *Bullar.* & licet ipſe Gregor. XIII. poſtmodum Mendicantium confirmauerit priuilegia cum clauſulis, *nullis contrarijs*, etiam *his obſtantibus*; in ipſis tamen confirmatorijs literijs appoſita eſt † alia clauſula, *in quantum Decretis* 46
Concilij Tridentini non ſunt contraria; ita quod, nec poſteriores confirmationes reualident dicta Decreta Pij V. in quantum Concilio Tridentino adverſantur, ita Barboſ. *dict. allegat.* 76. *num.* 29. *& in dict. cap. Excommunicamus*, *n.* 42. Quarant. *vbi proximè*, D. Palafox *dict.* 2. *p. num.* 30. Rodriguez *dict. quæſt.* 32. *artic.* 5. P. Dian. 11. *part. Moral. tractat.* 2. *reſolut.* 1. *circa fin.* Lezan. *dict. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 20. *num.* 5. *in fin.* Machad. *vbi ſupra num.* 4.

Et in ſpecie, quod Epiſcopus Regularibus non teneatur ſuſpenſionis & interdictionis † edicere cauſam; ſed tan- 47
tum Sedi Apoſtolicæ, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit, ſanciuit Vrban. Papa VIII. in Breui relato *ſuperiori Capite numer.* 18. in illis verbis: *Cæterum an eadem cauſa ſubſit, necne, Epiſcopum non teneri ipſis Regularibus edicere; ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit.* Noua Conſtitutio Apoſtolica de qua *ſupra num.* 25. ibi: *De qua tamen* (cauſa) *haud neceſſarium eſſe, vt in actis conſtet; nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit.* P. Auendañ. *dict.* 8. *part. n.* 658. notant Barboſ. *in Summ. deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 636. *num.* 6. *in fin. & in dict. cap. Excommunicauimus*, *numer.* 41. Torreblanc. *de iur. ſpiritual. lib.* 14. *cap.* 3. *ſub. num.* 23. *& ſeq.* Leo *dict. cap.* 8. *num.* 9. Piaſec. *dict.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 41. Dom. Solorzan. *dict. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 30. D. Palafox *vbi proximè n.* 43. *& p.* 3. *n.* 64. Campanil. *d. cap.* 13. *n.* 8.

Regularis vero, vt in Eccleſijs non ſui Ordinis prædicare valeat, an debeat † 48
Epiſcopi ſubire examen, ſi quęras? Reſpondeam, quod Mirand. *dict. tom.* 1. *quæſt.* 50. *artic.* 2. *concl.* 1. *ad medium*, Rodriguez *dict. quæſt.* 32. *art.* 6. Nauarr. *in Manual. Confeſſor. cap.* 25. *num.* 143. alter Rodrig. *dict. reſolut.* 112. *num.* 2. *in fin.* Henriquez *in Summ. lib.* 10. *cap.* 23. *in commentar. lit. L.*

Mau-

Mauric. Alced. *in prax. Episcop. 2. part. cap. 13. num. 104.* & alij relati à Barbos. *in dict. cap. 2. Concilij, num. 20. & in dict. allegat. 76. num. 23.* Brunus *de priuileg. Regular. tract. 6. cap. 2. propos. 3.* P. Pellizzar. *dict. tractat. 8. cap. 4. à num. 22.* P. Dian. *dict. 3. part. Moral. tractat. 2. resolut. 111. in fin. & 6. part. tractat. 8. resolut. 20.* vbi in idem adducit Cyprian. Chrouiers *in Regul. Sancti Francisci, cap. 9. lect. 1.* Ludouic. Cellotius *de Hierarch. lib. 5. cap. 22.* Bordon. *in consil. Moral. resolut. 7. num. 16.* P. Auendañ. *in Thesaur. Indic. titul. 12. numer. 331. in fin. & in addit. ad tom. 2. num. 122.* docent, non debere examinari.

49 Contrarium tamen † verius est, videlicet, Regularem in alienis Ecclesijs prædicare cupientem, posse ab Episcopo examinari, ita declaratum fuisse à Sacra Congregatione in Vrgentin. 22. *Ianuarij* 1628. tradidit Aldan. *in compend. resolut. Canonic. libr. 1. titul. 4. num. 10.* Sell. *in select. Canonic. cap. 21. num. 76.* Barbos. *in dict. cap. 2. Concilij numer. 20. & dict. allegat. 76. num. 23. & in Summ. decision. Apostolicar. collect. 339. num. 15.* Pat. Dian. *locis iam adductis, & 4. part. tractat. 4. resolut. 22.* versic.

50 *Verum, in fin.* Vbi à sua antiqua † contraria opinione recessit, propter præfatam Sacræ Congregationis declarationem, & 11. *part. tractat. 2. resolut. 29.* versic. *Sed licet*, Pat. Bordon. *vbi supra num. 17.* ex eo, quod praxis sit in contrarium, vt ibi dicit, D. Palafox *dict. 2. part. num. 19. cum seqq.* P. Stephan. Bauny *Theolog. Moral. 1. part. tractat. 10. quæst. 30.* Hodiè in hoc habemus Nouam Pontificiam declarationem & decisionem, à Sanctissimo Clemente Papa X. factam, cuius *supra* memini, cuius verba quoad hoc, talia sunt: *Posse autem Episcopum, licentiam concessurum Regularibus in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos quamuis ab Vniuersitatibus, aut à Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam, absque examine concedere consueuerint, quoad doctrinam examinare; sit ita ipsius arbitrio, quod moderatum & discretum esse debet, visum fuerit.* P. Auendañ. *dict. 8. part. num. 651.*

SVMMARIVM.

1 *Regularis semel ad prædicationis munus approbatus, an debeat iterum exponi?*

2 *Regulares semel approbati, an iterantes possint prædicare?*

3 *Regulares aliqui sunt participes priuilegij Societati Iesu, quoad hoc, concessi.*

4 *Priuilegium hoc Societati indultum, hodiè an reuocatum sit ab Vrbano VIII.*

5 *Episcopo prædicante, Regulares & alì omnes silent.*

6 *Limitatur hoc in concionibus, quæ habentur in studijs generalibus.*

7 *Item, quoad Parochos prædicantes in proprijs Parœchijs.*

8 *Parochus, ex eo quod est Parochus, approbatus est ad prædicandum in propria Ecclesia.*

9 *Parochus potest bis, vel ter docto Regulari licentiam prædicandi concedere. & num. 11.*

10 *Contrarium reputat probabilius Barbosa.*

11 *Diœcesis constitutio Synodalis in hoc & alijs, seruanda est.*

12 *Regularis in Parochia, etiam contradicente Parocho, potest prædicare, de rigore iuris.*

13 *Parochus potest in propria Ecclesia cuicumque, ab Ordinario approbato, licentiam prædicandi concedere.*

14 *Ad prædicandum in plateis & vijs publicis, non est necessaria Episcopi licentia.*

15 *Regulares prædicantes in alienis Ecclesijs sine Episcopi licentia, à suis Superioribus Regularibus puniuntur.*

16 *Hodiè potest eos punire Episcop⁹ ex Bull. Gregorij XV.*

17 *Etiam per censuras Ecclesiasticas.*

18 *Episcopus similiter punit prædicantes in proprijs Ecclesijs, sine ipsius benedictione.*

19 *Approbatus semel, licet discedat à Diœcesi, si reuertatur, non debet iterum exponi.*

20 *Approbatio durat, dum reuocata non est.*

21 *Quod procedit quoad illam Diœceſim.*
22 *Epiſcopus in aliena Diœceſi, ſine Ordinarij licentia, non prædicat.*
23 *Bulla Gregorij XV. de qua ſupra, in Hiſpania non procedit, quia fuit ſuſpenſa per Breue Vrbani VIII.*
24 *De hoc Breui nuper dubitauerat Pat. Diana, ſed iam certus eſt de eo.*
25 *Breuis huius, Bullam ſuſpendentis, qui meminère.*
26 *Litera Breuis adducitur.*
27 *Bulla non recepta non obligat.*
28 *Bulla Gregor. XIV. de Immunitate edita, in Hiſpania non procedit.*
29 *Alia duo Breuia, ab Vrbano VIII. expedita ſunt, quæ præfatam Bullam Gregor. XV. quoad Hiſpaniam, approbare videntur.*
30 *Breue Cardinali Sandoual miſſum, non fuit datum intuitu Dignitatis Cardinalitiæ.*
31 *Breue Vrbani VIII. circa ſuſpenſionem Bullæ, de Hiſpania ſolum loquitur; ideò non procedit in Indijs.*
32 *Dictio* tantum *includit expreſſa, cætera excludit.*
33 *Hiſpaniæ Regno conceſſa, non intelliguntur conceſſa Regno Portugalliæ.*
34 *Hiſpaniæ appellatio aliquando Cathaloniam non comprehendit.*
35 *Cathaloniæ nomen, aliquando Hiſpaniam denotat.*
36 *Poſt Bullæ ſuſpenſionem ſunt expeditæ plures Regiæ Schedulæ, in Regularium examine, viſitatione, &c. formam dantes, quæ non procederent, ſi ſuſpenſio eſſet certa, quoad Indias.*
37 *Bulla expedita in cauſa Angelopolitana Indiarum plura decidit, in vim Bullæ Gregorij XV.*

ARGVMENTVM.

REgulares in alienis Eccleſijs, abſque licentia; aut in propria, ſine Epiſcopi benedictione, prædicantes, an poſsint ab eodem cenſuris Eccleſiaſticis puniri? Bulla Gregorij XV. ſuper hac re edita, an procedat in Hiſpania, & Indijs?

CAPVT LXXIV.

PRæterea in materia *præcedentis Capitis*, quæri poteſt, an Regulares † à ſuis Superioribus Regularibus Diœceſano Epiſcopo, ad prędicationis munus exercendum, expoſiti, & ab eo approbati, teneantur iterum exponi, valeantque ad id, ab Ordinario compelli? In hac quęſtione dicendum eſt, ab eodem Epiſcopo compelli non poſſe iterum exponi & præſentari, bene tamē à ſucceſſoribus, iuxta tradita *Cap. 71. à n. 1.* quoad confeſsiones ſæcularium perſonarum audiendas, ob ſimilem rationem, Hieronym. Sorb. *in annot. ad compend. priuileg. Mendicant.* verbo *Prædicatores*, Ludouic. Mirand. *in Manual. Prælator. tom. 1. q. 50. art. 9.* Lezan. *quæſt. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 20. num. 7.* & alij *infra.*

Regulares autem ſemel præſentati & approbati ad conciones, poſſunt † 2
iterantes, non contradicente Parocho, neque obſtante proprio loci Epiſcopo, prędicare, ex priuilegio Gregor. Papæ XIII. Societatis IESV Patribus conceſſo, cuius ſunt participes † reliquæ Re- 3
ligiones communicantes cum eis ſua priuilegia, vt docent Villalob. *in Summ. tom. 2. tract. 35. difficult. 5. num. 2.* Pat. Suarez *tom. 4. de Religion. tract. 10. lib. 9. cap. 1. à num. 5.* Portell. *in dub. Regular.* verbo *Nouitij abſolutio, num. 16.* Mirand. *vbi proximè artic. 4. concluſ. 1.* Rodrig. *quæſt. Regular. tom. 3. quæſt. 32. artic. 6.* Ioann. de la Cruz *de ſtat. Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 2. concluſ. 3.* Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop. 3. part. allegat. 76. num. 27.* Ceſpedes *de exempt. Regular. cap. 10. dub. 199. n. 2.* P. Pellizzar. *vbi infra num. 16.*

P.

P.Dian.3.*p.Moral.tract.2.resol.*111.vers. *Notat.*

Videndus tamen est *in resolut.* 123. & Alphons.Leo *in tractat.de offic. & potestat.Confess.tom.2.recollect.* 10.*num.* 56. *& num.*82.*&* 89.quos tradidi *supra Cap.* 72.*à num.*11.quatenus advertunt,ea pri-
4 uilegia † reuocata fuisse, per Constitutionem Vrbani Papæ VIII. incip.*Cum sicut accepimus*,quam retuli *Cap.*70.*numer.* 26.quod non est omnino certum, vt ibidem innuit ipse Dian.

5 Advertendum rursus est,quod † licet certum sit, tempore & hora, qua Episcopus prędicat, vel coram se concionari facit, omnes alios concionatores silere & cessare debere, vt tetigi *superiorì Capite num.*27.& decidit *Clement. Dudum,§. Nos autem,de sepultur.*illic: *Hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum Prælati prædicare voluerint, vel coram se facere solemniter prædicari. Extrauag.Inter cunctas* 1.*§. Ideòque, de priuileg.* notantque P.Suarez *vbi supra num.* 30. P. Pellizzar.*vbi infra num.*35.(qui cum Ricciull. *lucubrat.Ecclesiast.lib.*5.*cap.*4.*num.*
6 17.limitat in concionibus, † quæ habentur in studijs generalibus, in funeribus,& festis peculiaribus, idque *ex dict. Clement.Dudum,& dict. Extrauag. Inter cunctas,§.caueant*) Barbos.*in cap.Excommunicauimus* 13.*num.*41.*de hæretic.*

Illud tamen non procedit quoad Pa-
7 rocos † & alios,habentes curam animarum; ij enim inter Missarum solemnia, per se ipsos, Sermonem ad populum possunt habere,etiam Episcopo ipso prędicante,ita censuit Sacra Concilij Congregatio,*in causa Terulen.*11.*Iunij* 1631.vbi subdit, prohibitionem iam adductam, non procedere respectu Presbyterorum in Ecclesia Parochiali, vt notant Barbos. *de offic.& potestat.Paroch.cap.*14. *num.* 3. Ricciull.*vbi proximè cap.*6.*num.*2.Lezan. *dict.cap.*20.*num.*6.Vrrutigoyt. *de Eccles. Cathedralib.cap.*18.*num.*170.*& num.*221.
8 rectè docet, Parochum absque † alia Diœcesani approbatione, ex eo solum, quod sit Parochus, posse in propria Ecclesia prædicare; quemadmodum ex hoc solum sæcularium propriè Parochiæ confessiones posse audire, dixi *Cap.*70.*num.* 49. Siquidem Parocho ex propria officij ratione & obligatione, per se vel per alios competit prædicare, vt cum dict. Sacræ Congregationis Concilij declaratione 11.*Iunij* 1631.illic: *Parochum per se ipsum prædicantem, posse sermonem habere, etiam quando Episcopus ipse prædicat.*docet Pax Iordan. *de re Sacra, vol.* 1.*lib.*6.*tit. de prædicat. Verbi Dei, num.*8. Barbos. *in Summ.decision. Apostolic. collect.* 556.*& de off.Paroch.d.cap.*14.*n.*3.Tamburin.*de iur.Abbat.tom.*2.*disput.* 11.*quæst.* 1.*num.*3.P.Bauuy.1.*part. Theolog. Moral. tractat.*10. *quæst.* 29.P. Moya *select. quæst.tom.*2.*tractat.*2.*disput.* 1.*Miscellan. quæst.*2.Lezan.*tom.* 2. verbo *Concionari, num.*3.*in fin.* Petr. Murga *in quæst. Pastoral.*3.*part.quæst.*14.*à num.*1.*Cap. super num.*4.

Parochus similiter potest † bis, vel 9
ter in sua Parochiali Ecclesia Regulari docto & noto, concionandi licentiam concedere, iuxta magis receptam sententiam, quam amplectuntur Nauarr. *in Manual.Confess.cap.*25.*à num.*140.Henriquez *lib.*7.*cap.*16.*prope finem,& cap.* 28. *§.* 8.vers.*Parochus*, Portell. *dict.* verbo *Prædicatores,num.*2.Vgolin. *de offic.Episcop.cap.*42. *§.*1.*num.*3. Emman. Rodrig. *dict.quæst.*32.*artic.*1.*in fin.*alter Rodrig. *in compend.resolut.*112.Barbos. *dict. allegat.*76.(vbi probabilius † reputat con- 10
trarium, ex eo quod hoc ipsum fieri possit ex speciali priuilegio, ideò absque illo non esse admittendum,videtur, & ad *Concil.Trident.sess.* 24. *de Reformat. cap.* 4. *num.*9.)*& in dict.cap.* 14.*de offic. Parochi, num.*8.*in fin.*Villalob. *dict. tract.* 35. *difficult.*5.*num.*2.Mirand.*dict. quæst.* 50. *artic.*4.*concl.*1.Campanil. *in diuersor. iur. Canon.rubric.*12.*cap.*13.*num.* 11. P.Dian. *dict.resolut.*111.vers. *Nota etiam, &* 4. *p.tract.*4.*resol.*22.vers. *Notandum*, Eligius Bassæus verbo *Prædicatio, numer.* 3. Thom.Delben. *de Immunit.Ecclesiast. p.* 2.*cap.*14.*dub.*4.*num.*8.Ludouic.Cellotius *lib.*5.*de Hierarch.cap.* 22. Pax Iordan. *d. lib.* 6,*titul.*1.*num.*32.P.Pellizzar.*in Manual.Regular.tractat.*8.*cap.*4.*num.* 16. *&* 137.Tamburin. *vbi supra,quæsito* 2. *num.* 10.Cespedes *dict.cap.*10,*dub.*198. Lezan. *dict.cap.*20.*n.*4.Murga *dict.quæst.*14.*num.* 9.*& seq.* vbi limitat, quando Synodalis constitutio † Diœcesis,vel quid simile, 11
id non prohibet,ex Barbosa,Posseuin. & alijs.

Docet etiam P.Pellizzar.*vbi proximè num.*33. Regulares, de rigore † iuris, 12
habita iam ab Episcopo,seu loci Ordinario licentia concionandi, *ex priuilegio* ipsis concesso ab Alexandro Papa IV. quod postmodum fuit cõfirmatum à Six-

to

to Papa IV. & ab alijs Summis Pontificibus, vt videre eſt apud Caſarrub. *in compend. priuileg. Mandicant.* verbo *Prædicatores, n.* 4. *& à n.* 12. poſſe rectè, etiam contradicentibus Parochis, in Parochialibus Eccleſijs prædicare; Verum ob cauſas, quas *ibidem* refert, non expedire, Mirand. *dict. quæſt.* 50. *art.* 4. *concluſ.* 1. Poſſeuin. *de offic. Curat. cap.* 3. *num.* 4. Rodrig. *dict. quæſt.* 32. *art.* 1. Villalob. *dict. diffic.* 5. *num.* 2. Campanil. *dict. cap.* 13. *num.* 11. D. Valençuel. *conſil.* 84. *numer.* 17. cum alijs.

13 Poſſe vero Parochos, † Regularibus quibuſcumque, ab Epiſcopo vel ab alio loci Ordinario approbatis, prædicandi, in ſuis Parochialibus Eccleſijs, licentiam & facultatem concedere, non eſt dubium, vt patet ex hucuſque adductis, & deciſum tradit Barboſ. *dict. allegat.* 76. *num.* 25. & *in dict. cap.* 4. *Concilij Tridentini num.* 8. ex Galet. *in Margarit. caſuum conſcient.* verbo *Parochus* 3.

14 Ad concionandum † tamen in plateis & vijs publicis, Regulares non indigere Epiſcopi vel loci Ordinarij licentia, cum ea tantum neceſſaria ſit, ex Trident. Concil. in alienis Eccleſijs prædicare volentibus; aut benedictio Epiſcopi, quando in proprijs, decidit *dict. Extrauag. Inter cunctas, §. Ideòque, de priuileg.* in illis verbis: *Ac in plateis communibus ſeu publicis, libere abſque Diœceſanorum & aliorum Prælatorum petita licentia, valeant Clero & populo prædicare*; & docent P. Suarez *dict. cap.* 1. *à num.* 25. Caſarub. Mirand. *artic.* 4. Ricciull. *cap.* 14. *num.* 7. P. Pellizzar. *num.* 31. *& ſeq.* Lezan. *numer.* 5. & Vrrutigoyt. *num.* 188. *locis vbi ſupra.*

Si autem Regulares in Eccleſijs, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ſine Epiſcopi licentia, prædicare auſi fuerint, pu-
15 niendi quidem ſunt, verum non † ab ipſo Epiſcopo vel loci Ordinario; ſed à ſuis Regularibus Superioribus, ita deciſum à Sacra Congregatione Concilij *anno* 1602. per hæc verba: *Congregatio Concilij cenſuit, Regulares qui abſque licentia Epiſcopi, prædicauerint in Eccleſijs, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi Decreto eiuſdem Concilij cap.* 2. *ſeſſ.* 5. *contra fecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantum à ſuis Superioribus Regularibus.* Tradunt Quarant. *in Summ. Bullar.* verbo *Priuilegia Regularium, pagin.* 406. Zerol. *in prax. Epiſcap.* verbo *Excommunicat. cauſa materialis, §.* 4. Valer. Reginald. *in prax. for. pœnitent. libr.* 18. *num.* 130. Simanc. *de Catholic. inſtitut. tit.* 49. Peña *in director. Inquiſit.* 2. *part. cap.* 13. *num.* 4. Cened. *quæſt. Canon. quæſt.* 26. *num.* 12. Piaſec. *in prax. Epiſcop.* 2. *part. cap.* 3. *num.* 41. verſ. *Prædicans*, Aldrete *de Religioſ. diſciplin. tuend. lib.* 2. *cap.* 20. Hieronym. Rodrig. *vbi ſupra*, verbo *Prædicatores, num.* 1. Flau. Cherubin. *in compend. Bullar. tom.* 2. *ſuper Bull.* 41. *Pij V.* Campanil. *dict. cap.* 13. *num.* 10. Barboſ. *d. allegat.* 76. *num.* 24. *in princ. & in d. cap. Excommunicamus, num.* 43. *& ſeq.* Pax Iordan. *dict. ſit.* 1. *n.* 30. Tamburin. *d. tom.* 2. *diſput.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 3. Murga *dict. quæſt.* 14. *n.* 12. *& ſeqq.* (qui adhuc in Hiſpania procedere præfatam Sacræ Congregationis declarationem, perperam advertit.)

Hodiè tamen † *ex nouiſſima* San- 16
ctiſſimi Gregorij Papæ XV. conſtitutione, incip. *Inſcrutabili*; quam ad literam habes *ſupra Cap.* 54. *à num.* 2. hoc aliter ſe habet. Ergo per eam Epiſcopi, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, Regulares in alienis Eccleſijs, ſine eorum licentia prędicantes, rectè poſſunt punire, *in §.* 6. per hęc verba: *Ac demum habeat Epiſcopus, tanquam dictæ Sedis Delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoſcumque exemptos, tam ſæculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſijs, aut quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia; & in Eccleſijs ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint*; notant Ricc. *in deciſionibus Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.* 219. *à num.* 3. *part.* 2. Peyrin. *tom.* 1. *priuileg. Minimor. in Conſtit.* 2. *Sixt. IV. §.* 11. *num.* 21. Barboſ. *dict. allegat.* 76. *num.* 24. *& in Summ. deciſion. Apoſtolic. collectan.* 293. *num.* 11. *& ad Concil. Tridentin. dict. ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *num.* 21. P. Dian. *dict. reſolut.* 111. Ioann. Baptiſt. Thot. *in compend. deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.* verbo *Epiſcopus in fin. part.* 1. *compend. deciſ. Regal.* Tamburin. *vbi proximè quæſito* 2. *per tot.* maximè *numer.* 11. Gauant. *in Manuali Epiſcop.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis, num.* 32. *&* 34. D. Palafox *in defenſ. Canon. contra Patres Ieſuitas,* 2. *p. à n.* 58. Murga *vbi proximè*, & alij paſſim.

Etiam per cenſuras † Eccleſiaſticas, 17
vt *in dict. §.* 6. adijcitur ibi; *Ita, vt Epiſ-*

co-

copi, in ſupraſcriptis caſibus, in prænominatas perſonas in præmiſsis omnibus & ſingulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, vti eiuſdem Sedis Delegati, procedere, omnemque iuriſdictionem exercere, liberè & licitè valeant. dict. cap. Excommunicamus 13. *§. Quia vero, de hæretic.* illic: *Omnes, qui prohibiti vel non miſsi, præter auctoritatem ab Apoſtolica Sede, vel Catholico Epiſcopo loci ſuſceptam, publicè, vel priuatim prædicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis vinculo innodentur, & niſi quantocyus reſipuerint, alia competenti pœna plectentur.* Breue Vrban. VIII. *ſupr. Cap. 72. à numer.* 21. traditum, in illis verbis: *Quod ſi Regulares, ſiue in confeſsionibus audiendis, ſiue in prædicando, aduerſus ea quæ ſuperiùs declarauimus, quoquo modo deliquerint, in vim earumdem præinſertarum literarum, ab Epiſcopo Giennen. coerceri & puniri poſſint, etiam cenſuris Eccleſiaſticis.* Nauarr. *vbi ſupr. cap.* 25. *num.* 141. Rendin. *in Promptuar. tom.* 1. *tit.* 17. *num.* 24. Barboſ. *in Summ. deciſion. Apoſtolicar. collect.* 293. *num.* 12. & alij *ſupra.* P. Pellizzar. *dict. tract.* 8. *cap.* 4. *num.* 25. *&* 26. *& tractat.* 9. *cap.* 4. *num.* 187. Gabr. à Sanct. Vincent. *de cenſur. diſput.* 3. *num.* 268. D. Palaf. *dict.* 2. *p. num.* 32. Vrrutigoyt. *d. cap.* 18. *àn.* 102. *& cap.* 28. *n.* 355.

18 Ex quo textu † ſimiliter in illis verbis: *Et in Eccleſijs ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente*; reſoluta & deciſa eſt etiam illa quæſtio, an ſcilicet valeat Epiſcopus Regulares in proprijs ſuorum Ordinum Eccleſijs, ſine illius benedictione prædicantes, punire; Quæ licet olim communiter in partem negatiuam admiſſa fuerit, Hieronym. Rodr. *dict. reſolut.* 112. *num.* 3. cum alijs, Bordon. *in Conſil. Regular. reſolut.* 7. *numer.* 21. Hodiè tamen abſque difficultate affirmatiua ſententia procedit; vt nempe poſsit Epiſcopus eos coercere & punire, etiam per cenſuras & alias Eccleſiaſticas pœnas, ſic P. Dian. 7. *part. Moral. tractat.* 12. *reſolut.* 25. Gauant. *vbi ſupr.* verbo *Concio Sacra, num.* 17. *& ſeq.* Rub. *in Aphoriſm. Epiſcop.* verbo *Prædicatio, n.* 2. Lezan. *d. cap.* 20. *n.* 3. iunge tradita *Cap. ſuperiori à n.* 25.

In hac materia ſimiliter notandum eſt, quod ſi ſemel ab Epiſcopo in ſua Dioeceſi approbatus ab ea diſcedat, & poſt tempus reuertatur ad eamdem, non tenebitur iterum † exponi & approbari, ita conceſſum fuiſſe ab Eugen. Papa IV. Fratribus Minoribus, refert *Compendium priuileg. Mendicant.* verbo *Abſolutio quoad ſæculares* 1. *§.* 4. Nauarr. *vbi ſupra cap.* 27. *num.* 266. P. Suar. *tom.* 4. *de Religion. diſput.* 28. *ſect.* 7. *numer.* 9. Rodrig. *tom.* 1. *Regular. quæſt.* 60. *artic.* 4. Mirand. *tom.* 1. *quæſt.* 45. *artic.* 8. *concluſ. vnic.* Reginald. *vbi ſupra lib.* 1. *num.* 203. Ioann. de la Cruz *de ſtat. Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 4. *concluſ.* 2. Tamburin. *dict. tom.* 2. *diſput.* 6. *quæſt.* 14. *ſub num.* 2. qui, quoad Confeſſarios ſemel approbatos ad ſæcularium confeſsiones audiendas, loquuntur, quod, & reſpectu prædicationis procedere, non dubito. 19

Durat enim adhuc prima illa licentia & approbatio, vt *proximè* citati aduertunt, durabitque, † dum à ſucceſſore Epiſcopo, vel ab eodem, ſecundum *in ſuperioribus* tradita, ſuſpenſa, aut reuocata non fuerit, Henriquez *vbi ſupr. libr.* 6. *cap.* 6. *§.* 7. Suarez, & Reginald. *locis citatis*, Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 2. *part. allegat.* 25. *num.* 22. Tambur. *dict. num.* 2. *in fin.* Torreblanc. *de iur. ſpiritual. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 28. Nauarr. *in cap. Placuit num.* 163. *de pœnit. lib.* 6. *& in Manual. dict. cap.* 27. *num.* 260. Rodriguez *dict. tom.* 1. *quæſt.* 59. *art.* 6. *&* 7. alter Rodriguez *reſolut.* 32. *num.* 6. ex gloſſ. *in dict. Clem. Dudum, §. Statuimus, & in dict. Extrauag. Inter cunctas, §. Duos.* facit *l. Sancimus* 27. *Cod. de teſtament.* illic: *Quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur, l. Præcipimus* 32. *§. fin. Cod. de appellat.* D. Valençuel. *conſil.* 71. *à num.* 91. Giurb. *de ſucceſſ. feud. §.* 2. *gloſſ.* 2. *à num.* 4. D. Palafox *vbi ſupr.* 3. *p. n.* 45. D. Olea *de ceſſion. iur. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 41. cum alijs. 20

Intellige tamen † durare primam illam licentiam & approbationem, quoad illam Dioeceſim, vbi eam adeptus fuit Regularis, non quoad alias, in quibus ſine noua Dioeceſani licentia, non poterit prędicare, ſecundum ea, quæ tradidi *Cap.* 72. *à num.* 2. imò Epiſcopus ipſe † in alterius territorio & Dioeceſi, abſque illius Ordinarij licentia, prædicationis officium non poterit exercere, *cap. Epiſcopum* 7. 9. *quæſt.* 2. *gloſſ. in cap. Scriptum* 1. verbo *Monendo* 6. *quæſt.* 3. vt notant Fuſc. *de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 13. Genuenſ. 21 22

nuenſ. *in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 58. vbi teſtatur, ita reſponſum fuiſſe à Clem. Papa VIII. Paulin. Bertus *in prax. criminal. Regular. tit.* 4. *cap.* 3 4. *poſt num.* 1. Barboſ. *in dict. cap. Excommunicamus, num.* 41. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 393. *à n.* 9. Ricc. *in deciſionib. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.* 180. *part.* 2. D. Palafox *vbi ſupra* 2. *part. num.* 15. & dixi *Cap.* 13. *num.* 8.

Advertendum autem eſt in præſenti, prefatam Bullam Gregorij Papę XV. incip. *Inſcrutabili Dei prouidentia*, in
23 Regno Hiſpanię † non procedere, vt aliqui putant, quia, illius Religionibus ſupplicantibus, inſtante Duce de Paſtrana, Regis Catholici apud Sanctiſsimum Oratore, etiam ipſius nomine, obtentum fuit ab Vrbano Papa VIII. Breue *die* 21. *Aprilis* 1625. quo illa Conſtitutio ſuſpenſa fuit, vt referunt Ioann. Mar. Bellet. *diſquiſit. Clerical. 2. part. tit. de pœnis Cleric. §.* 31. *n.* 6. *in fin.* P. Auguſt. Bellis *in tract. pro defenſ. Religion.* relatus à P. Dian. 7. *p. Moral. d. tract.* 12. *reſol.* 25. verſic. *Non deſinam, & reſol.* 26. *in princip.* Anton. de Hinojoſa *in director. dub. Regular.* verbo *Confeſſarius.* Alphonſ. Carrança *in allegat. iur. pro Religionib.* hac de re edita, P. Pellizzar. *dict. tract.* 8. *cap.* 4. *n.* 25. *& tract.* 9. *cap.* 4. *ſub num.* 187. Ioann. Sanchez *in ſelect. diſp.* 49. *num.* 16. Murga *vbi ſupr.* 1. *p. quæſt.* 2. *diuiſ.* 1. *num.* 7. verſ. *Neque*; Frat. Martin. de S. Ioſeph *en ſus Auiſos de Confeſſores lib.* 1. *tract.* 24. *num.* 4. *in fin.* & li-
24 cet à principio de hoc † Breui dubitaret P. Diana *loco citato*, addit tamen *in fin.* poſt illa ſcripta, ſe inueniſſe Ioann. Anton. Nouar. *in Summ. Bullar. p.* 1. *tit. de exemptor. priuileg. n.* 51. facere mentionem de dicta Bulla, à P. de Bellis relata; affirmat tamen eam non obſtare, quominus hodiè Epiſcopi punire poſsint Regulares, in caſibus relatis, ex eo quod dicta Bulla videtur localis, pro Ciuitate & Diœceſi Giennen. Sed in hoc Pat. Dian. decipitur, cum Breue Giennen. Epiſcopo miſſum, quod ſupra tradidi *Cap.* 72. *num.* 12. diuerſum ſit ab hoc, de quo loquimur.

25 Meminit † etiam præfati Breuis Vrbani VIII. Lezan. *quæſt. Regul. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 19. *num.* 35. *& cap.* 20. *n.* 3. *ad medium, & 2. p. cap.* 18. *n.* 9. *in fin. & tom.* 4. *conſult.* 40. *ſub n.* 73. *&* 114. vbi hęc dixit: *Nihilominus, quia in Regiſtris Papæ Vrbani non inueniebatur per tres menſes, quibus ſuper hoc diligentia adhibita eſt, vt teſtatur Ioannes Naldus, vir ſingulariter doctus, & in Curia Aduocatus in informat. ſuper hac cauſa* (loquitur de Angelopolitana, contenta in Bulla relata *infra Cap.* 81.) *§.* 59. *ideò Sacra Congregatio in decretis & declarationibus præfatis* (illius ſcilicet cauſæ) *confirmatis à Sanct. D. N. Innocentio, ſuppoſuit ſemper, dictam Bullam Gregor. XV. eſſe in viridi obſeruantia in Hiſpaniarum Regnis.* Poſt tempus vero repertum fuit Breue illud Vrbani, & *ibi* illud appoſuit *ſub n.* 116. & tale eſt.

Venerabili Fratri Iulio, † Epiſcopo Cra- 26
rien. noſtro & Sedis Apoſtolicæ, in Regnis Hiſpaniarum, Nuntio, à tergo. Intus verò Vrban. Papa VIII. Ven. Fr. Aliàs à fœl. rec. Gregor. Papa XV. prædeceſſore noſtro, emanarunt literæ tenoris ſequentis. Gregori⁹ Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c. Cum autem, ſicut accepimus, circa executionem literarum prædictarum in Regnis Hiſpaniarum faciendam, nonnulla per dilectum filium, nobilem virum Rodericum de Sylua, Ducem Paſtranæ, chariſsimi in Chriſto Filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici apud Nos, & Sedem Apoſtolicam, Oratorem eiuſdem Philippi Regis nomine, coram dilectis filijs noſtris, Dominico Sanctorum duodecim Apoſtolorum Gymnaſio, Ioanne Garcia Sanctorum quatuor coronatorum Millino, ac Scipione Cobellucio Sanctæ Suſanæ, necnon Antonio Sancti Onufrij titulorum, Presbyteris Cardinalibus reſpectiuè nuncupatis, ad id à nobis ſpecialiter deputatis, deducta fuerint, per Dominicum Ioannem Garciam, Scipionem, & Antonium Cardinales prædictos, ſeu alios, ſuper his deputandos, maturiùs, ac pleniùs videantur, atque conſiderentur; motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, fraternitati ſiue per præſentes committimus & mãdamus, vt in Regnis Hiſpaniarum prædictis tantum, *ad executionem inſertarum literarum huiuſmodi ſuperſederi, auctoritate noſtra cures & facias, donec aliter à nobis, ſeu Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris prouiſum fuerit, contradictores quoslibet, ac rebelles, ac ſibi in hoc non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus præinſertis literis huiuſmodi, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumq. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſ-*

ca-

catoris die 7. Februar. anno 1625. Pontificatus noſtri anno ſecundo. Traditur etiam à P. Thom. Hurtad. *de congrua ſuſtentat. Eccleſiaſt. lib. 5. digreſſ. 2. ſub num. 698.*

Vnde recte videbatur dicendum, illam Gregorij XV. Bullam, non procedere: Conſtitutio enim non recepta, † nullo iure poteſt obligare, Oldrad. *conſ. 259. num. 1.* verſic. *Quia illud*, Iaſ. *in leg. Si filius qui num. 22. ff. de liber. & poſth.* Aretin. *conſ. 11. num. 5. & conſ. 153. num. 1. in fin.* Roland. *conſ. 8. à num. 30. vol. 1.* Nauarr. Alexand. & alij apud Tond. *reſol. benef. 1. p. cap. 95. à num. 25.* Garc. *de benef. 11. p. cap. 5. num. 150.* D. D. Aguſt. de Hierr. *in alleg. iur. contra occiſſores Legati Britanici, ſub num. 15.* vbi agit de Bulla Gregor. XIV. in materia immunitatis Eccleſiaſticæ edita, quæ non eſt admiſſa † in Hiſpania, ex Rodrig. *in ſumm. cap. 237. num. 9.* Barboſ. *de penſion. q. 8. num. 46.* Delrio *diſquiſ. Magic. lib. 5. ſect. 7.* Cutel. *de priſc. & recent. Eccleſ. libert. lib. 1. q. 1. num. 50.* Eliſ. Dança *in pugn. Doctor. tit. de immun. Eccleſ. à num. 6.* Bolaños *in Cur. Philippic. 1. p. §. Retraidos 12. num. 57.* gloſſ. margin. *in leg. 6. tit. 4. lib. 1. Recop.* Adde D. Salgad. *de retent. 1. part. cap. 2. num. 141.* P. Dian. *1. p. Moral. tract. 1. reſol. 5. in fin. & reſol. 10. in princ. & reſol. 32.* verſic. *Sed ego, & reſol. 39. in fin.* Gutierr. *practicar. lib. 3. quæſt. 1. n. 36.* Ioan. Franciſc. del Caſtill. *deciſ. 156. n. 51.* D. D. Ican. del Corr. Paniag. *in alleg. iur. contra Domn. Angel. Clouer. ſuper homicid. in perſonam Bernardini Boldier. commiſſo, num. 111. in fin. & num. 115.* Quibus addendi ſunt Dom. Carraſc. *in Recopil. cap. 3. §. 1. numer. 22.* Fagundez *in præcept. Eccleſ. tractat. 2. lib. 4. num. 46.* Portel. *dub. Regul.* verbo *Eccleſiæ immunitas, num. 15.* Perez de Vnanoa *de pœnit. diſput. 30. ſection. 4. à num. 2.* Porras *in faſciſcul. rer. crimin. §. Captura, fol. 442.* Fontanel. *deciſ. 583. à num. 29.* Delbene *de immun. tom. 2. cap. 16. dub. 40. ſect. 2. à num. 3. & 7.* Dom. Faria *in addit. ad D. Couar. lib. 2. variar. cap. 20. num. 33. & 213.* Dom. Matheu *de regim. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 1. ſect. 1. num. 8. & ſect. 4. numer. 160. & 168.* Dom. Creſpi *obſeru. 63. à num. 8.* vbi *numer. 44.* Regiam Schedulam adducit, Maionienſi Proregi miſſam *die 22. Martij 1657.* quæ inter alia, hæc continet verba: *Y aſsi os mando, que deis las ordenes que conuengan, para que por ningun caſo ſe admita en eſſe Reyno eſta Bula, ni ſe vſe della, que aſsi es mi preciſa voluntad.* Sapientiſ. D. D. Michael Cortiada *deciſ. 3. num. 27. & deciſ. 118.* Dom. D. Ludouic. de Egea Talayero *in alleg. de cadauer. punit.* verſ. *Sanè, in fin. fol. 24.* Hos addendos, & nonnullos ex ſuperius relatis congeſsit diligentiſsimus & impenſe doctus Don Gabriel. de Eſpinoſa Ribadeneyra *in alleg. iur. por el Monaſterio de San Lorenço del Eſcurial, ſobre la extraccion que ſe hizo de ſu Igleſia, de la perſona de Don Fernando Valenzuela, à num. 37. ad 57.* vbi etiam refert Ordinationem Granatenſis Cancellariæ *ſub tit. 4. lib. 4.* Antunez de Portug. *de donat. Reg. lib. 1. part. 2. cap. 10. n. 95.* idem D. Matheu *de re criminal. controu. 7. num. 14.*

Hoc tamen Vrbani VIII. Breui non obſtante, alia duo deinde, ab eodem † Summo Pontifice, expedita ſunt, *ſub diebus 13. Octobris 1627.* & *30. Ianuarij 1629.* pro Diœceſib. Giennen. & Corduben. vt tradidi *Cap. 72. à num. 12. & 23.* in quibus, quoad rem, de qua agimus, idem ſtatuitur & præcipitur, quod fuerat per Gregor. Papam XV. in prædicta Bulla, ſancitum, quibus ſuppoſitis & admiſsis, ac rurſus praxi Hiſpaniæ, à Doctoribus noſtris iam citatis, animaduerſa, videtur, non eſſe dubitandum in eo Regno de obſeruantia & executione dictæ Bullæ: nec audiendus eſt Lezana *dict. conſult. 40. num. 50. & 74.* aſſerens, Breue illud Giennenſi Epiſcopo miſſum, datum fuiſſe intuitu dignitatis † Cardinalitiæ, & quod fuit ſpecialis gratia D. Cardinali Sandoual conceſſa, cum eadem indulta fuerit tunc temporis Epiſcop. Corduben. vt dictum eſt.

Quidquid autem ſit de illius praxi & obſeruantia quoad Hiſpaniam, certum eſt, Breue illud ſuſpenſionis ad Indias has Occidentales, non extendi, cum ſolum † loquatur de Hiſpania, non de Indijs, illic: *Vt in Regnis Hiſpaniarum prædictis tantum, ad executionem inſertarum literarum huiuſmodi, ſuperſederi auctoritate noſtra cures & facias.* Vbi obſeruanda eſt dictio *tantum*, quæ † natura ſua includit expreſſum, & alia excludit, ad non expreſſa extenſionem non admittit, eſtque exceptiua, limitat, reſtringit, & excludit, ſicut dictio *tantummodo*, *leg. Qui aliena 33. §. Libertos, ff. de negot. geſt. leg. Qui ſella 7. §. Qui actum, ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. leg. Iulianas 33. ff. de petit. hæred. leg. His ſolis 49. ff. de condit. indebit. leg.*

Aduerſus 3. *Cod. ſi aduerſ. rem iudic. l. His ſolis* 7. *C. de reuocand. donat. l. Si te ſolum* 27. *ff. de hæredib. inſtit. leg.* 2. *ff. de uſu & habitat. leg.* 1. *ff. de condict. furtui, leg. Lutius* 78. *§. Quæ habebat*, vbi gloſſ. verb. *Ita tamen, ff. ad Senat. Conſult. Trebel. l. Libertas* 17. *§. Hac ſcriptura, ff. de manum. teſt. l. Vbi adhuc* 29. *C. de iur. dot. §. Item. Inſtitut. de uſu & habitat.* Barthol. *in leg.* 1. *num.* 11. vbi laſ. *num.* 9. *ff. ſi quis ius dicent.* Salicet. *in d. leg. Vbi adhuc, num.* 14. Decian. *conſ.* 31. *num.* 4. *lib.* 1. Hipol. Rimin. *conſ.* 747. *num.* 5. & 35. Petr. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 10. & *tit.* 7. *q.* 1. *num.* 9. Bellarmin. *ad Trident in. ſeſ.* 24. *de Reformat. num.* 20. Mier. *de maiorat.* 1. *p. quæſt.* 22. *à num.* 22. Pat. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 31. *num.* 7. Cened. *ſingul.* 21. *à num.* 1. Farinac. *conſ.* 76. *num.* 13. *part.* 4. Franch. *deciſ.* 123. *numer.* 4. Ricciull. *de iur. perſonar. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 22. cum alijs, Barboſ. *in diction. diction.* 318. *num.* 2. & 7. & *dict.* 380. *num.* 1. *dict.* 401. *à num.* 2. D. D. Roderic. Iurad. *in allegat. iur. cum Balthaſar. Ramir. ſuper iurib. bombicin. ſub num.* 10. Dom. D. Ioan. Muriel *in allegat. iur. pro Domna Franciſca Antonia de Cabrera, cum Duce de Eſcalona, ſuper Tenuta de Moya, numer.* 114. Pallares Gayoſo *in alleg. iur. ſuper exemption. Eccleſiaſt. à contribut. de los Millones, num.* 75.

Quod optimè comprobatur ex Sacræ Rituum Congregationis declaratione, qua dictum fuit & reſolutum, concella
33 † Hiſpaniæ Regno, non intelligi indulta Regno Portugaliæ, apud Barboſam *in ſumm. deciſ. Apoſtolicar. collectan.* 408. & *in collectan. Bullar.* verbo *Hiſpania*, & *de Paroch. cap.* 10. *num.* 16. Aldan. *in compend. Canonicar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 30. *nu-*
34 *mer.* 2. Sic Hiſpaniæ appellatione † aliquando non venit aut comprehenditur Cathalonia, ex Gabriel. *conſ.* 45. *numer.* 9. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 1166. *numer.* 67. & alijs, Dom. Roxas *deciſ.* 286. *num.* 3. Pat. Hurtad. *infrà num.* 703. licèt Ca-
35 thaloniæ † nomine Hiſpania ſoleat ſignificari, vt conſtat ex Ioann. Andr. *in proœm. Decretal.* falſo dicente, quod Hiſpanorum mos ſit, fidem non ſeruare (*iuncta gloſſ.* verbo *Conuenit, in leg. Dolum* 6. *Cod. de dol. mal.*) quem ſequitur Bald. *ibidem, col.* 2. verſic. *Quæro ſi aliqua*, dicens: *Caue tibi omninò à Cathalanis*, quorum dicta referunt Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 57. *num.* 48. Nicolaus Boer. *deciſ.* 179. *num.* 8. Barboſ. *axiomat.* 98. in verb. *Fides, num.* 2. vbi *num.* 3. huic dicto plenè ſatisfacit, probatque Hiſpanorum fidem & fidelitatem, omni ætate celebratam, & notam fuiſſe, Bobadill. *in polit. lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 16. Carol. de Tapia *deciſ.* 13. *numer.* 32. Iunge tradita *Capit.* 25. *numer.* 62.

Maximè cum habeamus † quam plures 36
Regias Schedulas, à Supremo Indiarum Conſilio emanatas, poſt illius Bullæ ſuſpenſionem, in quibus deciſum eſt & data forma, in examine Regularium Doctrinariorum & ſubiectione eorundem, & aliorum, iuriſdictioni Ordinariorum locorum, in caſibus adductis *ſupr. Cap.* 54. & *ſeqq.* quod ſanè ita ſtatutum non foret, ſi quoad Indias illa Bulla ſuſpenſa conſideraretur. Ac tandem *in Bulla* Innoc. Papæ X. in cauſa Angelopolitana expedita, & in Supremo Indiarum Conſilio viſa & obſeruari iuſſa non ſemel (quod Vrbani Breui omninò deeſt, vt aduertit doctiſ. Pat. Hurtad. *vbi infrà num.* 702. & 716.) hoc omne in ſpecie ſancitum † & 37
reſolutum eſt, iuxta nempè præfatæ Gregor. XV. Bullæ tenorem, maximè in dubijs I. II. & IV. pro parte Religioſorum Societatis IESV, propoſitis, vt patet *infrà Cap.* 81. *num.* 35. & *ſeqq.* vt latè hanc partem defendit Domin. Palafox *in allegationib. iur. pro Clero Angelopolitano, cum Regularib. ſuper Doctrin. Indor. allegat.* 4. *à num.* 71. *cum ſeqq.* Adde declarationem Sacræ Congregationis traditam *ſuprà Cap.* 56. *num.* 10. & nouiſſimam Apoſtolicam Conſtitutionem adductam *ſupr. Cap. Præcedenti, ſub num.* 25. qua relata credit noſter P. Auend. *in Auctar. Indic. part.* 8. *ſect.* 52. *numer.* 649. præfatam Gregorij XV. Bullam in ſuo robore permanere, etiam quoad Indias, licet aliud innuere viſus ſit, *part.* 1. *à num.* 353. & 4. *p. à num.* 159. plenè P. Thom. Hurt. *de congr. ſuſtent. Eccleſ. lib.* 4. *reſol.* 4. *num.* 246. vbi ait, quod Sacra Congregatio Apoſtolica poſt repertum Breue illud Vrbani VIII. reuocatorium Bullæ incip. *Inſcrutabili*, ſtat in deciſis, nec apicem mutauit, aut addidit, ſed ad literam confirmauit Conſtitutionem Angelopolitanam, vt trado *infrà Cap.* 81. *in fin. poſt numer.* 46. & repetit *lib.* 5. *à num.* 695. 701. *cum ſeqq.* & *num.* 716. & *ſeq.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Regulares in ſacris conſtituti, illicitæ negotiationi operam dantes, quando Diœceſano ſubijciantur. Et n. 2.*

3 *Regulares publice & cum ſcandalo delinquentes locorum Ordinarijs ſubſunt.*

4 *Eccleſiaſtici Sacro Ordine inſigniti, Sæcularium negotiationibus dediti, ſi ter admoniti non deſiſtant, amittunt priuilegium. Et num. 14.*

5 *Clericus negotiator, tanquam peſtis eſt fugiendus.*

6 *Prohibitio proximè adducta, etiam in Indijs procedit.*

7 *Tranſgreſſores Eccleſiaſtici excommunicantur. Et num. 12.*

8 *Suſpendi etiam poſſunt ab officio Eccleſiaſtico.*

9 *Item explodi à Clericali conſortio.*

10 *Domus Dei, domus orationis eſſe debet & dici, non latronum ſpelunca.*

11 *Eccleſiaſtici negotiatores mortaliter peccant.*

12 *Pœna excommunicationis eſt ferendæ, non latæ ſententiæ.*

13 *Diui Bernardi optima verba in hanc rem adducuntur.*

14 *Eccleſiaſtici negotiatores ter admoniti poſſunt coram Sæculari conueniri, & ab eo puniri in bonis. Et num. 4.*

15 *Tenentur omninò ad gabellam.*

16 *Leg. 5. tit. 7. part. 5. de Clerico mercatore intelligi debet.*

17 *Facta tertia monitione amittitur priuilegium, ne dum in bonis negotiationis, ſed etiam in proprio patrimonio. Et numer. 19. 21. 23.*

18 *In rebus negotiationis ſine monitione perditur priuilegium. Et n. 21. 24.*

19 *Tertia monitio eſt neceſſaria ad amiſſionem priuilegij in reliquis bonis.*

20 *Si eſt dubium, an res ex negotiatione procedant, & an ad Clericum ſpectent, Eccleſiaſticus cognoſcit?*

22 *Gabella poteſt peti in caſu negotiationis abſque metu excommunicationis.*

25 *Trina monitio requiritur, nec ſufficit vna pro tribus.*

26 *Monitio facienda eſt à Superiori Eccleſiaſtico, non ab alio.*

27 *Negotiatio eſt duplex, propria & vera, & non propria.*

28 *Propria negotiatio eſt, quando res comparatur, vt integra & immutata carius vendatur.*

29 *Prohibitio hæc procedit etiam in contractu permutationis, & alijs.*

30 *Negotiatio non propria eſt, quando res comparatur, vt mutata & melior effecta, carius vendi poſsit.*

31 *Negotiatio propria & vera tantum prohibetur Eccleſiaſticis.*

32 *Negotiatio non eſt, quando venduntur à Clerico, quæ ſuperſunt ex comparatis ad victum neceſſarijs.*

33 *Principium, primordium, & origo rei in omni negotio attendi debet, non poſterior euentus.*

34 *Negotiatio non propria eſt Eccleſiaſticis indecora, ideò ſine cauſa rationabili, non debet ab illis exerceri.*

35 *Eccleſiaſtici poſſunt permutare aureas pecunias pro argenteis, & è contra, cum lucro.*

36 *Regulares in Indijs Orientalibus exiſtentes, an poſsint in Luſitania ad proprium vſum negotiari?*

37 *Negotiatio pro neceſsitate ſubuenienda, an poſsit exerceri? Et num. 38.*

39 *Negotiatio ſemel, aut iterum, an procedere poſsit ſine metu pœnarum? Et num. 40.*

41 *Prohibitio, vt Clericus non poſsit laicorum procurator eſſe, procedit in procuratione generali, non vero reſpectu vnius cauſæ.*

42 *Negotiatio, an poſsit exerceri ab Eccleſiaſticis per interpoſitas perſonas?*

43 *Bona ex illicita negotiatione habita, etiam ab Apoſtata, Cameræ Apoſtolicæ quæruntur. Et num. 44.*

45 *Hodie quæſita in Indijs ex illicita negotiatione Hoſpitalibus, & alijs pijs locis applicantur.*

46 *Ordinarij locorum ſunt harum pœnarum executores.*

47 *Eccleſiaſtici poſſunt fructus, ex proprijs & beneficij bonis quæſitos, carius vendere.*

48 *Etiam minutatim, ſed non in proprijs domibus, neque per ſe. Et num. 49.*

50 *Bulla Clem. Papæ IX. ad proximè adducta, expenditur.*

51 *Eccleſiaſtici non poſſunt cum proprijs fructibus, alios emptos, vendere.*

52 *Duæ Sacræ Congregationis declarationes in hac materia celebres, ad literam referuntur. Et num. 70. 84.*

53 *Eccleſiaſtici, an poſsint terras patrimoniales & beneficiales per laicos colere? Et num.* 60.85.

54 *An poſsint boues & alia animalia pro culturæ vſu emere, & fœtus illorum vendere? Et num.* 61.

55 *An poſsint ſues emere, vt proprijs caſtaneis & glandibus ſaginentur,, & vendantur? Et n.* 62.

56 *An poſsint terras Eccleſiæ conducere? Et nuu.* 65.66.67.

57 *An poſsint cum folijs propriarum arborum arti ſericæ operam dare? Et num.* 63.64.

58 *An poſsint locare boues, oues, & alia animalia propria? Et num.* 68.71.72. 77.78.

59 *An poſsint vendere oleum, vinum, & alia, ex proprijs bonis confecta? Et numer.* 69.

66 *An poſsint laicorum bona conducere? Et num.* 67.82.

73 *An poſsint proprias oues pro certa eas eorum quantitate, ad vſum proprium concedere? Et num.* 79.

74 *An poſsint pro certa mercede alienum triticum, & alienas oliuas, in proprijs molendinis molere? Et numer.* 80.

75 *An paſsint aſsumere onus colligendi, aut faciendi colligere à ſua familia oliuas, pro certa olei quantitate? Et num.* 81.

76 *An poſsint in bonis amicorum & propinquorum operas diurnas præſtare, vt illis in proprijs reſtituant? Et num.* 83.

85 *Epiſcopus poteſt terras ſuæ Menſæ per laicos colere. Et num.* 53.60.

ARGVMENTVM.

REgulares illicitæ negotiationi operam dantes, an, & quando Ordinariorum iuriſdictioni ſubſint? Traditur, quæ dicatur illicita negotiatio, Eccleſiaſticis prohibita: & quod, iuxta Sacræ Congregationis declarationes, ad literam adductas, prohibitione non comprehendatur. Item cui acquirantur ex illicita negotiatione quæſita, maximè in Indijs.

CAP. LXXV.

DEnique Ordinariorum Eccleſiaſticorum poteſtas & iuriſdictio extenditur ad quorundam Regularium punitionem & correptionem, qui Sacro † 1 Ordine inſigniti, in locis non exemptis, illicitæ dant operam negotiationi, ſecundum gloſſ. *in Clem.* 1. *de vita & honeſtat. Clericor.* vbi Cardinal. *quæſt.* 2. Aſcan. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſito* 7. *num.* 54. §. 13. Quod tamen procedere docent Ceſped. *de exemption. Regular. cap.* 16. *dub.* 249. & Pat. Pellizzar. *in manual. Regular. tractat.* 6. 2 *cap.* 10. *n.* 27. quando publice, † & cum ſcandalo negotiatio exercetur, tunc enim Regularis, ita publice & cum ſcandalo mercaturæ & negotiationi incumbens, publicus reputatur delinquens, ſitque proinde locus Sancti Tridentini Concilij deciſioni, *ſeſ.* 25. *de Regularib. cap.* 14. locorum Ordinarijs iuriſdictionem concedenti in Regulares quoſcumque, publice † & cum ſcandalo delinquentes, Bulla Angelopolitana in cauſa expedita, 3 *relata infrà Cap.* 81. *dub.* 16. *numer.* 32. Itaque cum ſcandalo ſemper eſſe hanc Eccleſiaſticorum mercaturam & negotiationem, apertè docet textus in *cap.* 2. *in fine. Ne Clerici vel Monachi*, ibi: *Indignum eſt eis ab Eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari.*

Quod equidem ex eo prouenit, quia communi iure diſtrictè prohibitum eſt, præfatos Eccleſiaſticos Sæcularium † ſe 4 immiſcere negotiationibus, taliter, vt ſi ter ab Ordinario loci admoniti his dediti non reſipiſcant, Clericale quoad bona amittant priuilegium, *cap. fin. de vita, &*

ho-

honeſtat. Clericor. in illis verbis : *Mandamus, quatenus ſi tales tertio à te commoniti, ab huiuſmodi non reſipuerint, ſed prætermiſſis diuinis officijs, negotiationibus inſiterint ſupradictis, cum facto priuilegium obijciant Clericale, tu quominus dum his ſe implicant, de ſuis facultatibus ſtatutis & conſuetudinibus patriæ ſubiaceant, non defendas eos. d. Clem. 1. eod. tit. d. cap. 2. ſap. Secundum inſtituta*, 6. illic : *Prohibemus ne Monachi vel Clerici cauſa lucri negotientur, ne Cleric. vel Monach. cap. Conſequens* 2. *cum ſeqq.* 88. *diſtinct.* Concil. Arelat. II. *cap.* 14. *pag.* 698. Carthagin. III. *cap.* 15. *pag.* 711. & Carthagin. IV. *cap.* 17. *pag.* 888. *tom.* 1. *Concilior.* Concil. Chalced. *part.* 2. *Can.* 3. *pag.* 441. & iterum *pagin.* 448. Concil. Tarracon. *cap.* 2. *pag.* 803. *tom.* 3. Diu. Thom. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 4. *ad* 3. Bernard. Diaz, Salced. Redoan. Morla, Marta, Rebell. Farinac. Salas, Reginald. Curia Philipp. Salon. Paul. Squillant. Medin. Scacc. Malder. & Molfeſ. apud Barboſ. *in dict. cap. fin. à num.* 2. *& in dict. cap. Secundum inſtituta, num.* 2. *& de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 40. *à numer.* 114. *& de offic. Paroch. cap.* 6. *à num.* 37. Filliuc. *tom.* 3. *tractat.* 41. *cap.* 6. *num.* 138. P. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 53. Lel. Zech. *de Republic. Eccleſiaſt. tit. de Clericis*, verſic. 47. Thom. Valaſc. *allegat. tom.* 1. *allegat.* 44. *numer.* 13. Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. cap.* 62. Carol. de Graſſ. *de effect. Clericat. effect.* 6. Flores Diaz de Mena *variar. lib.* 2. *quæſt.* 21. *à num.* 173. Laſſart. *de decim. vendit. capit.* 19. *à num.* 18. Hieron. Gonçal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 56. *num.* 10. Bellet. *diſquiſit. Clerical.* 1. *p. tit. de diſcipl. Cleric.* §. 21. *à princ.* P. Dian. 1. *p. moral. tract.* 8. *reſol.* 72. P. Quintanad. *vbi infrà.* Roa Albarrac. *Canon. quæſt. cap.* 15. *à num.* 1. vbi quod tanquam peſtis fugiendus † eſt Clericus negotiator. P. Pellizzar. *d. tract.* 6. *cap.* 10. *num.* 22. Gabriel à Sanct. Vincent. *de cenſur. diſp.* 1. *num.* 142. D. Tapia *in caten. moral. lib.* 5. *quæſt.* 16. *art.* 9. *à num.* 1. Cardinal. Lugo *diſp.* 26. *ſect.* 3. *num.* 19. Buſemb. *in medul. tract.* 5. *in ſeptim. præcept. dud.* 8. *art.* 2. P. Bauny 1. *p. Theolog. moral. tract.* 11. *quæſt.* 15. *& ſeqq. &* 3. *part. lib.* 1. *quæſt.* 5. *&* 6. Marcabrun. de Anguil. *conſ.* 18. *à num.* 236. *vſque* 300. Lezan. *quæſt. Regul. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. *num.* 39. & *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. & *tom.* 2. verbo *Gabella quoad Regulares, num.* 19. & verbo *Negotiatio quoad Regulares, à n.* 1. Illuſtriſ. D. Montenegr. *in ſuo Itin. lib.* 1. *tract.* 13. *ſect.* 5. *&* 6. *à num.* 3. Mendoza *ad Concil. Illiber. lib.* 2. *cap.* 38. vbi D. Gonçal. Tellez plenè de hoc agit, D. Morote *vbi infr. art.* 4. verſ. *Confeſsò el Abogado*, Don Franciſc. de Palac. *in alleg. contrar. num.* 51.

Apud Nos extant iura, † hoc ipſum in Indijs prohibentia, *in l.* 15. *tit.* 9. ita: *Que los Clerigos no traten, ni contraten por ſi, ni por otros, ni ſean Factores de los Encomenderos, ni de otros. & in l.* 61. *tit.* 10. *lib.* 1. *Summar. Que los Religioſos Doctrineros no traten, ni contraten; y ſi fuere por mano de legos, los caſtigue la Iuſticia; y de los Religioſos, dè auiſo à ſus Prelados, para que hagan lo miſmo.* ex Schedul. *annor.* 1563. 1575. 1588. *pag.* 128. *& ſeq. tom.* 1. *impreſſ.* D. Solorç. *de Indiar. gubern. lib.* 1. *cap.* 17. *à num.* 60. D. Montenegr. *vbi proximè ſeſ.* 3. *& ſeqq.* 6

Aduertunt etiam Doctores citati, tranſgreſſores poſſe † excommunicari, vt patet *in d. cap. Secundum inſtituta* 6. ibi: *Interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi vel Clerici, cauſa lucri negotientur.* Suſpendi † ab Eccleſiaſtico officio, *cap. Sed nec* 4. illic: *Ab Eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, ne Cleric. vel Monach. cap. Clericus* 4. 91. *diſt.* & explodi † à Clericali conſortio, *cap. Canonum* 3. 14. *quæſt.* 4. *d. cap. Conſequens* 2. 88. *diſt. in fin.* ibi: *Proinde huiuſmodi, aut ab indignis poſthac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum, aut in quocumque gradu poſiti ſunt, mox à Clericalibus officijs abſtinere cogantur: quoniam domus Dei † domus orationis & eſſe debeat, & dici, ne per officia negotiationis potius ſit latronum ſpelunca.* Barboſa, D. Montenegro *ſeſ.* 4. & Lezan. *locis relatis*, qui cum alijs docent, hoc caſu peccare † mortaliter negotiatores, & tranſgreſſores, & pœnam † excommunicationis non eſſe latæ, ſed ferendæ. 7 8 9 10 11 12

Monachis, & alijs Regularibus optimè acommodari poſſunt verba Diui Bernardi, *homil.* 4. ſic conquerentis. *Video, quod † magis doleo, poſt ſpretam ſæculi pompam, nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere, ac ſub alis mitis, humiliſque Magiſtri, grauius indoleſcere, & impatientes amplius fieri in clauſtro, quam fuiſſent in ſæculo. Video & alios (quod non ſine dolore videri debet) poſt aggreſſam Chriſti militiam, rurſus* 13

cupiditatibus terrenis immergi, cum magna cura erigere muros, & negligere mores, ſub prætextu quoque communis vtilitatis, terrenis immergi, verba vendere diuitibus, & matronis ſalutationes. Sed, & contra Imperatoris ſui edictum concupiſcere aliena, & ſua cum lite repetere; non audientes Apoſtolum, ex imperio Regis tubicinantem, hoc ipſum, *inquit*, delictum eſt in vobis, quòd cauſas habetis, quare non magis fraudem patiamini? Addendi ſunt Diu. Thom. de Villanueua *ſermon. de Sancta Dorothea*, *fol.* 242. Hugo *lib.* 12. *de abuſu*, illic: *Si vis eſſe Monachus curialis, laudas quod non debes, defendis quod non expedit, operaris quod non licèt, loqueris quod non decet.* fac. *cap. Monachi* 35. 16. *quæſt.* 1.

14 Quàpropter, † ſi tertiò admoniti Eccleſiaſtici, *iuxta dict. cap. fin.* à negotiatione non deſiſtant, quoad negotiationis bona rectè poterunt coram Sæculari iudice conueniri, in eiſdemque rebus, non corporali pœna, ab ipſo puniri, Bertach. *de Epiſcop.* 1. *part. lib.* 4. *num.* 96. & *de gabell. part.* 3. *num.* 3. Aufrer. *de poteſt. iudic. laic. ſuper perſon. Eccleſiaſt. regul.* 1. *fallent.* 16. *num.* 24. Cened. *ad decretum, collectan.* 37. *num.* 2. Carol. de Graſſ. *vbi ſupr. effect.* 1. *num.* 844. & *num.* 941. *cum ſeqq.* & *effect.* 3. *num.* 256. & 288. Imbrian. *de Iudic. Regni, in præfat. num.* 41. Auendañ. *de exequend. mandat.* 2. *part. cap.* 14. *num.* 13. Bobadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 124. & *num.* 219. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib.* 9. *num.* 379. Frentacinq. *variar. lib.* 1. *reſolut.* 5. *numer.* 8. Coriolan. *in Bull. Cœn. excommun.* 16. *fol.* 245. Duard. *in cand. Bull. Canon.* 18. *numer.* 4. Mar. Alter. *de cenſur. tom.* 1. *diſput.* 19. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæſt.* 3. Molin. *de iuſtit. diſp.* 147. *concluſ.* 5. Capra *concl.* 97. *num.* 91. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. Mena *dict. quæſt.* 21. *num.* 232. Anſald. *de iuriſdict. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 34. *num.* 32. Hermoſill. *in leg.* 55. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 8. *num.* 34. Azeued. *in leg.* 11. *num.* 5. & *in leg.* 12. *num.* 2. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* & *in l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 9. *num.* 14. Carleual *de iudic. diſput.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 159. Pareja *de inſtrum. edit. tit.* 6. *reſol.* 9. *num.* 77. Cutell. *de immun. lib.* 2. *quæſt.* 42. *à num.* 7. & *quæſt.* 72. *num.* 4. Delben. *eod. tract. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 4. *à num.* 15. & *de Parlament. dub.* 28. *ſect.* 2. Zeuall. *in tract. de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 23. *à num.* 2. & *quæſt.* 64. *a num.* 7. & *commun. contra commun. quæſt.* 810. *a num.* 4. Villadieg. *in polit. cap.* 5. *num.* 89. Carol. Cala *de contraban. Clericor. numer.* 197. Dom. Larrea *allegat. Fiſcal.* 27. *numer.* 16. P. Sanchez *conſilior. moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 51. & *ſeq.* Fagundez *de iuſtit. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 11. Cardin. Lugo *eod. tract. tom.* 2. *diſp.* 36. *ſect.* 8. *num.* 117. & *num.* 132. Redoan. *de ſpol. quæſt.* 2. *numer.* 66. & *num.* 73. Pereyr. *de man. Reg.* 2. *part. cap.* 24. *num.* 35. P. Dian. *dict.* 1. *part. Moral. tract.* 2. *reſol.* 47. & 3. *part. tract.* 1. *reſol.* 44. Lezana *dict.* verbo *Gabella, num.* 19. & *ſeqq.* Dom. Salced. *in leg.* 2. *tit.* 13. *lib.* 3. *Recopil. num.* 29. Dom. Tapia *vbi ſup. lib.* 4. *quæſt.* 11. *art.* 18. P. Bauny *in Theolog. moral.* 1. *part. tract.* 11. *q.* 17. Vela *diſſert.* 45. *per tot.* Barboſ. *in dict. cap. fin. num.* 2. & *in cap. Quamquam* 4. *de cenſib. in* 6. & *dict. cap.* 40. *a num.* 129. *cum ſeqq.* & *in leg. De his* 3. *C. de Epiſcop.* & *Cleric. num.* 5. Franciſc. Marc. *deciſ.* 215. Dom. Alfar. *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 20. §. 3. *num.* 64. Girond. *de priuileg. num.* 1068. Dom. Salgad. *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 14. *num.* 103. Torreblanc. *de iur. ſpiritual. lib.* 15. *cap.* 14. *num.* 20. Capic. Latro *conſult.* 103. *a num.* 12. Ripoll. *variar. cap.* 1. *num.* 17. & *num.* 182. D. D. Anton. de Caſtro *in allegat. iur. ſuper contrib. Eccleſiaſticor. in iurib. de los Millones*, *ſub numer.* 102. & *num.* 107. *in fin.* D. D. Andr. de Riaño *in ſimili allegat. num.* 10. & *num.* 207. D. D. Gines Morote *in alleg. iur. pro creditor. falliminenti Collegij Sanct. Hermenegildi Hiſpalenſis, à n.* 22. Don Franciſc. Palacios *in allegat. contrar. à num.* 34. Dom. Merlo *vbi infrà num.* 499. *liter. K.* Dom. Bolero Caxal. *de deuoct. debit. Fiſcal. tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 6. Dom. D. Laurent. Matheu & Sanz *de re crimin. controu.* 40. *num.* 94. Antun. *de donat. Reg. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 38. *num.* 11. notaui *ſup. Cap.* 61. *n.* 41.

Tenenturque ſimiliter in præfata † ſpecie ad gabellæ ſolutionem, *dict. capit. fin.* vbi Bald. & reliqui ſcribentes, *dict. cap. Quamquam* 4. *de cenſib. in* 6. *Clement. fin. eod. tit.* illic: *Pro earum rebus proprijs, quas non negotiandi cauſa deferunt, l.* 45. 46. & 49. *tit.* 6. *part.* 1. vbi D. Gregor. Lopez id notat, *dict. leg.* 7. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopil.* Speculat. *de immunit. Eccleſ. in fin.* Roman. *in leg. Si publicanus*, §. *De rebus, ff. de publican. & vectigal.* Dec. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.* 78. *de conſtitut.* Cardinal. *conſ.* 12. Firmian. *de gabell. p.* 8. *quæſt.* 7. Pat. Molin. *vbi ſuprà diſp.* 342. *num.* 5. & *tom.* 3. *diſput.* 670. & 672. Mar. 15

Al-

Alter. *dict. disput.* 19. *cap.* 6. *dub.* 6. vers. *Non videtur*, Didacus Perez *in leg.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinam.* vers. *Est & aliud*, Carol. Ruin. *cons.* 112. Dueñas *regul.* 100. *fallent.* 11. Bernard Diaz, & eius addit. *in prax. crim. cap.* 55. D. Couarrub. *practicar. cap.* 51. *num.* 9. Fagundez, & Cardinal Lugo *vbi suprà*, P. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 46. *num.* 16. & *consil. moral. dict. dub.* 51. Menchac. *de succes. creat. lib.* 1. *§.* 10. *num.* 648. versic. *Vnde infertur*, Lassart. *vbi suprà num.* 51. Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 1. *num.* 4. Girond. *de gabell.* 7. *part. in princip. num.* 8. Gutierr. *cod. tractat. quæst.* 93. *à num.* 1. & *quæst.* 94. ſ vbi *in fin.* deciſionem in hac re ſumptam, *anno* 1598. iuſſu Regis noſtri Catholici, tradit, de quâ D. Riaño *vbi ſuprà num.* 218. ſ Dom. Larrea *alleg.* 11. *num.* 19. & *num.* 31. & *allegat.* 111. *a num.* 35. Felician. *de cenſib. lib.* 2. *capit. fin. in fin.* Azeued. *in dict. leg.* 7. *a num.* 2. Mexia *de taxa pan. concluſ.* 5. *num.* 22. Flores de Mena *dict. quæſt.* 21. *numer.* 231. Marta *de iuriſd.* 4. *part. caſ.* 3. *à num.* 2. Leſ. *de iuſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 3. *num.* 23. Pereyr. *dict.* 2. *part. cap.* 38. *num.* 5. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop.* 2. *p. allegat.* 13. *num.* 8. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 56. Delben. *de immunit. dict. cap.* 5. *dub.* 3. *ſect.* 1. Graſſ. *dict. effect.* 3. *a num.* 176. Dom. Salced. *vbi ſuprà*, Dom. Caſtro *vbi ſupr. numer.* 78. Dom. Perez de Lara *in allegat. iur. cum Chryſtophor. Euerlin. Inſtitore de los Fucares, ſuper iurium ſolutione, num.* 25. *in fin.* Dom. D. Franciſc. de Feloaga *in allegat. iur. pro Monaſterio de Fitero, cum Duarte Coronel. ſuper vectigalib. a numer.* 48. vbi de Clerico mercatore intelligit † 16
textum, *in leg.* 5. *tit.* 7. *part.* 5. Dom. Bolero *vbi suprà numer.* 7. Marcabrun. *vbi ſuprà a numer.* 236. qui *num.* 245. hæc dicit:

Poſt trinam monitionem, perdit immunitatem, nedum in negotiationibus, ſed etiam 17
† *in proprio patrimonio, quia ex quo mercantur de patrimonio, dignum eſt quod non ſint priuilegiati, ita probatur in dict. cap. fin. & ibi Bald. Ioann. Andr. & Petr. de Ancharran.* 1. & 3. *not. & clariùs Ant. de Butr.* 3. *not. Abb.* 2. & 3. *not. & in gloſſ. in verſic. Tertiò, in fin. & in conſil.* 6. *in fin. vol.* 1. *Et quamvis Imol, ibi* 3. *not. Federic. de Senis conſ.* 207. *in fin. & Lap. Petr. de Ancharr. Geminian. & Petrus in dict. cap. Quamquam, per illum textum, ibi, & in dict. Clement. fin. vbi etiam Bonifac. num.* 8. *& Firmian. in tractat. de Epiſcop. lib.* 4. *part.* 1. *quæſt.* 16. *& in Repertor. verbo Clericus aurifex* 2. *col. referens ita conſuluiſſe dom. ſuum. Ioann. de Port, teneant contrarium, quod* † *imò, quod abſque alia monitione* 18
perdant immunitatem in rebus, in quibus negotiantur, vt puniantur in quo delinquunt, & dicunt quod trina monitio † *eſt* 19
neceſſaria ad effectum, vt perdant priuilegium in alijs rebus ſuis, non in his quæ negotiantur, tamen prima opinio eſt verior. Hæc Marcabrun. Adde Gonçalez *dict. gloſſ.* 56. *num.* 10. Felician. Mexiam, & Leſ. *vbi ſuprà*, Lassart. *dict. cap.* 19. *num.* 79. P. Sanchez *dict. dub.* 51. P. Dian. *dict. reſolut.* 44. Cala *a num.* 220. & 226. vbi plenè, Lezan. *dict.* verbo *Gabella, num.* 19. & *dict.* verbo *Negotiatio, num.* 3. *ante fin.* Delbene *de Parlamen. diſp.* 26. *ſect.* 1. Azeuedo, Didac. Perez, & alios apud P. Quintanadueñas *ſingular. tom.* 2. *tract.* 13. *ad excommunic. cenſur. pro Regular. exemption. ſingular.* 13. *à num.* 2. & *ſingular.* 14. Domin. Riaño *vbi ſupra numer.* 249.

Dixi *ſupra num.* 14. *Coram Sæculari conueniendos Eccleſiaſticos negotiatores, ſi moniti à negotiatione non deſiſtant*, vt ita intelligatur, me loqui de his Eccleſiaſticis negotiatoribus, quos verè conſtat eſſe tales; nam ſi alias dubia res eſt, vtrùm ſcilicèt res illæ ſint Clerici, vel Eccleſiaſtici alicuius, & an ex negotiatione procedant, Eccleſiaſticus † iudex cognoſcere debet, non Sæcularis, ita Salced. *ad Bernard. Diaz vbi ſupra, cap.* 58. *in fin. §. Erit tamen*, Pat. Sanchez *dict. cap.* 4. *dub.* 52. Cardinal. *in dict. Clement. fin. de cenſib. num.* 9. verſic. *Sexto quæro, ex textu, ibi*: Locorum Diœceſani; & *deinde illic*: Poſtquam de his ipſis conſtiterit, Abb. *in cap. Qualiter, num.* 9. *de iudic.* Natta *conſil.* 311. *num.* 4. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 301. *numer.* 35. Graſſ. *dict. effect.* 3. *num.* 296. Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. part.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *num.* 175. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 69. Lezan. *dict.* verbo *Gabella, num.* 19. *in fin.* Pat. Dian. 1. *part. Moral. tract.* 2. *reſol.* 47. vbi ſententias concordat, ita: *Vt Clericus* † 21
ſtatim ex cauſa negotiationis amittat priuilegium exemptionis, & hac immunitate non priuatur, niſi poſt trinam monitionem, nam quantum ad res ipſas, quas defert occaſione negotiationis, eo ipſo caret exemptione, abſque vlla monitione; pro quibus ſi exigitur

ga-

22 *gabella* † *& pedagium nulla incurritur excommunicatio, & ſic procedit prima opinio, quantum verò ad alia omnia bona ſua & perſonam non amittit ſimpliciter priuilegium*
23 *immunitatis, niſi poſt trinam* † *monitionem, ſi deſiſtere nolit, & ita procedit ſecunda opinio. Ita docent Mar. Alter. de cenſ. tom.* 1. *diſput.* 19. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæſt.* 3. *Molin. de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 147. *concluſ.* 5. *Duard. in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *Can.* 18. *quæſt.* 8. *num.* 9. *Zeuall. de cognit. per viam violent. p.* 2. *quæſt.* 64. *Gutierr. de gabell. lib.* 7. *quæſt.* 94. *Marta de iuriſd.* 4. *part. centur.* 1. *caſ.* 3. *à num.* 2. Hæc P. Diana, videndi etiam ſunt Imol. *in d. cap. fin. not.* 3. vbi etiam Lap. Geminian. Ancharran. & Beroi. *in dict. cap. Quamquam*, & *in d. Clement. fin.* vbi Vitalin. *num.* 8. Bertachin. *de Epiſcop. dict. lib.* 4. *part.* 1. *quæſt.* 16. & in *Repertor.* verbo *Clericus artifex*, Graſſ. *d. effect.* 3. *à num.* 183. Senis *conſ.* 207. *in fin.* Portell. *in dub. Regular.* verbo *Tributum, num.* 5. Malder. 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 9. Turrian. *tom.* 2. *diſp.* 44. *dub.* 4. *num.* 12. Anſald. *vbi ſuprà part.* 2. *tract.* 11. *cap.* 34. *numer.* 32. Bobadill. *d. cap.* 18. *num.* 123. D. Caſtro *num.* 79. D. Morote verſic. *Que no*
24 *es neceſſaria, vbi ſuprà*, qui tenent, † eò ipſo abſque monitione, obligari Clericum negotiatorem. Quibus addendi ſunt Borrell. *in ſumm. deciſionum, tit.* 7. *de Clericis, num.* 7. Cened. *d. collect.* 37. *num.* 2. verſic. *Quod planè*, Stracc. *de mercatur.* 3. *p. à num.* 8. Graſſ. *vbi ſuprà effect.* 1. *n.* 847.
25 qui, quando requiritur † trina monitio aſſerunt, non ſufficere vnam pro tribus, Didacus Perez *in l.* 13. *tit.* 3. *lib.* 3. *Ordinan.* verbo *Por tres vezes*, Tabien. verbo *Excommunicatio* 5. *num.* 24. Sylueſt. verbo *Clericus* 3. *num.* 3. Comitol. *dict. quæſt.* 53. Nauarr. *in manual. cap.* 27. *num.* 81. Lezan. *dict. num.* 19. Delbene *dict. ſect.* 1. *num.* 3. vbi plures refert, Parlad. *dict. cap.* 3. *num.* 17. Quintanaduenas *vbi proximè ſingul.* 17. Pat. Sanchez *dict. dub.* 51. *numer.* 2. Barboſa *in dict. cap. fin. numer.* 4. Marcabrun. *dict. conſ.* 18. *num.* 243. qui *à num.* 242. 248. 259. & alij docent, hanc
26 † monitionem eſſe faciendam ab Eccleſiaſtico, non ab alio, vel à priuato.

Hæc autem omnia procedere tantum puto, quando Eccleſiaſtici ſiue Sæculares, ſiue Regulares Sacro Ordine condecorati, veram & *propriam* exercent lucratiuam negotiationem: non verò quando *in propriam*, ſeu *non propriam* admittunt.
27 Ad quod † aduerte, negotiationem duplicem eſſe, aliam veram & *propriam*, & aliam *non propriam*. Propria & vera negotiatio eſt, in qua res † comparatur, 28
vt integra & immutata carius vendatur, ita ex Diuo Ioanne Chryſoſtomo ſeu auctore Imperfecti operis, *homil.* 38. *ad cap.* 21. *Matthæi*, refert *cap. Eijciens* 11. 88. *diſtinct.* in verbis mox referendis, docent P. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſput.* 23. *ſect.* 4. *num.* 2. P. Paul. Comitol. *dict. quæſt.* 53. *num.* 1. Salon. *de iuſtit. quæſt.* 79. *de vectigal. art.* 6. Cardin. Lugo *vbi infrà*, Graſſ. *lib.* 2. *deciſion. cap.* 19. *num.* 16. Azeued. *in dict. leg.* 7. *num.* 11. Quintanad. *vbi ſuprà, ſingul.* 16. Lezan. *dict.* verbo *Gabella, num.* 19. & *d.* verb. *Negotiatio, num.* 2. D. Peña Montenegro, *vbi infr.*

Vbi *num.* 4. docet, hanc ipſam prohibitionem procedere reſpectu † contractus 29
permutationis, commutationis, vel alterius, quoties lucri cauſa celebrantur, quod etiam docuère P. Leonardus Leſ. *d. lib.* 2. *de iuſtit. & iur. cap.* 21. *dub.* 1. *num.* 4. Barboſ. *d. cap.* 40. *num.* 115. & *de Paroch. cap.* 6. *num.* 36. Cardinal. Lugo *de contract. diſp.* 26. *ſect.* 3. *num.* 21.

Non propria † verò negotiatio eſt, 30
in qua res comparatur, vt poſtea mutata & melior effecta, carius vendi poſsit, *dict. cap. Eijciens*, ibi: *Oſtendam ergo quis non eſt negotiator, vt qui talis non fuerit, eum intelligas eſſe negotiatorem. Quicumque rem comparat, non vt ipſam rem integram & immutatam vendat, ſed vt materia ſibi ſit inde aliquid operandi, veluti ſi ex lana empta panni conficiantur, porci, & bobes ſeu equi emantur, vt ſaginentur, & carius vendantur.* Ioann. de Medin. *de reſtitut. quæſt.* 30. Proſper. Auguſtinus *in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullar.* verbo *Vectigal, pag.* 494. Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 17. *§.* 7. *à num.* 39. Comitol. *dict. numer.* 1. Pat. Molin. *dict. diſput.* 342. *num.* 14. Cardinal. Lugo *vbi proximè*, Bonacin. *de reſtit. diſp.* 2. *punct.* 2. *à num.* 6. Lezan. *locis vbi ſuprà.*

Igitur quoad præſentem diſputationem, obſeruandum eſt, Eccleſiaſticis ſuperius relatis *propriam* † tantum negotiationem, ſecundum Sacros Canones 31
iam adductos, eſſe prohibitam, non verò *in propriam*, ſiue *non propriam* negotiationem, quæ verè & propriè induſtria, & artificium dici poteſt, & debet, *d. Cap. eijciens* 11. *cap. Nunquam.* 33. *de conſecrat. diſtinct.* 5. Ioann. Beetz *in decem præcept. Decalog. circa præcept. expoſit.* 1. *cap.* 14.

Syl-

Sylueſt. *in ſumm.* verbo *Clericus, quæſt.* 2. & verbo *Excommunicatio* 9. *n.* 21. *§. Primò verò*, Medin. & Molin. *vbi proximè*, Filliuc. *tractat.* 43. *cap.* 4. *quæſt.* 15. Lugo *n.* 27. & Lezan. *num.* 4. *ad med. vbi ſupr.* Leſ. Molin. Bellet. Alter. Duard. Malder. Silu. Tanner. Turrian. Rebel. Ricc. Mart. Fauſt. Barboſ. Palao apud P. Dian. 5. *p. Moral. tract.* 1. *reſol.* 27. verſic. *Et ad magis.*

Quid dicendum, ſi Clerici neceſſaria ad proprium vſum emant, deinde mutato conſilio, vel quia ſuperſint, ea carius vendant, erunt ne hoc caſu negotiatores? Et
32 verius † eſt, non eſſe, nec teneri ad gabellam, ita Bonacin. *tom.* 2. *tract. de reſtitut. in particul. diſp.* 2. *quæſt.* 9. *punct. vltim. num.* 3. verſic. *Tunc Clericus*, Flores de Mena *d. cap.* 21. *§.* 4. *num.* 231. Graſſ. *vbi ſupr. effect.* 5. *num.* 22. P. Fragoſ. *de regim. Reipubl.* 1. *part. lib.* 2. *diſp.* 4. *num.* 214. Dom. Larrea *d. allegat.* 111. *num.* 4. Pat. Dian. 11. *part. Moral. tract.* 3. *reſolut.* 10. Cardinal. Lugo *d. diſputat.* 26. *ſect.* 3. *à num.* 27. & *diſputat.* 36. *ſect.* 10. *num.* 170. Barboſ. *d. cap.* 40. *num.* 118. & 122. & *de Paroch. d. cap.* 6. *num.* 40. & 44. & *de poteſtat. Epiſcop. d.* 2. *part. alleg.* 13. *à num.* 11. & *de appellat. verbor. appel.* 162. Caſtro Palao *tom.* .. *tract.* 12. *punct.* 6. *numer.* 16. Quintanadueñas *vbi infrà*, Lezan. *dict.* verb. *Negotiatio, num.* 2. *in fin.* Pat. Baun y *Theolog. moral.* 1. *part. tractat.* 11. *quæſt.* 15. *in fin.* D. Peña Monten. *in Itin. lib.* 1. *tract.* 13. *ſeſ.* 5. Pallares Gayoſo *in alleg. iur. pro exempt. Eccleſ. à contributione de los Millones, num.* 71. & 72.

Quoniam in præfata ſpecie, tituli primordium
33 † inſpiciendum eſt, non conſilij mutatio & poſterior euentus, *ex leg. vnica, in fin. C. de impon. lucrat. deſcript.* commune & verum eſt in omni negotio, principium, primordium, originem & cauſam, attendi debere *l. Clam poſſidere* 6. *ff. de acquir. poſſeſſion. l.* 3. *§.* 1. *ff. de minor. l. Si quis nec cauſam* 4. *ff. ſi cert. petatur*, *l. Qui id quod* 34. *ff. de donat. l.* 1. verſic. *Quod ſi extant*, vbi gloſſ. verbo *Pacto*, *C. de natur. liber. leg.* 1. *§. Idem Pomponius*, *ff. depoſit. leg. Tutor* 70. *de fideiuſſor.* gloſſ. *in leg. Dic ſponſaliorum, §.* 1. *in fin. ff. depoſit.* Bald. *conſ.* 306. *in fin. lib.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 14. *n.* 13. *in fin.* & *§.* 23. *gloſſ.* 1. *num.* 25. Barboſ. *in l. Si cum dotem, §. Si pater, num.* 4. *ff. ſolut. matrim.* Dec. *in cap. Licet, de probat, num.* 30. Tiber. Decian. *conſ.* 11. *numer.* 10. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 160. *num.* 16. Gutierr. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 60. *num.* 6. *et* 2. D. Caſtillo *lib.* 5. *controu. cap.* 89. *num.* 132. & *lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 45. Addent. ad Dom. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 24. Antunez *de donat. Reg.* 3. *part. cap.* 26. *num.* 64. Ignat. Pereyr. de Souſa *de reuiſion. cap.* 3. *à num.* 1.

Verumtamen, quia hæc *non propria* negotiatio Eccleſiaſticis nimis indecora eſt & indecens, ab illis exerceri non debet, niſi aliqua † rationabili cauſa con- 34
currente, vtputa ſubleuandæ neceſsitatis, ita Filliuc. & Layman *vbi ſupra*, faciunt benè *cap.* 1. 2. & 3. 21. *quæſt.* 3. & notant Lezan. *dict.* verbo *Negotiatio*, *numer.* 4. qui *num.* 5. cum Cardinal. de Lugo *vbi ſupr. diſput.* 28. *ſect.* 2. *num.* 30. docet, non eſſe negotiationem his iuribus interdictam, permutare † Eccleſiaſticos 35
aureas pecunias quas habent, pro argenteis cum lucro, & alij.

Et licèt P. Molin. *dict. diſp.* 342. *ſub num.* 8. & eo relato, Barboſ. *in dict. cap. fin. de vita & honeſt. Cleric. n.* 3. doceant, Regulares in Indijs Orientalibus exiſtentes, quod ad proprium † vſum & ad vi- 36
tam neceſſaria, certo modo poſſe in Luſitania negotiari: contrarium eſt verius, vt notat Gabr. à Sanct. Vincent. *dict. diſput.* 1. *num.* 142. maximè ſtantibus nouis Pontificijs Conſtitutionibus, de quibus *infrà Cap. Sequenti*, præcipuè nouiſsima à Sanctiſsimo Clemente Papa IX. edita, in illis verbis: *Y por quanto los que delinquen en lo referido, y cerca de ello, preſumen eſcuſarſe muy mucho, con el pretexto de neceſsidad, por ſus Miſsiones, determinamos, y declaramos, que ſem jantes eſcuſas de ninguna manera puedan, ni deban ſufragarles à ellos, ò à qualquiera dellos. dict. Cap. ſeq. num.* 33.

Limitari ſolet prædicta communis ſententia & traditio, quando negotiatio
† exercetur pro neceſsitate ſubuenienda: 37
non animo & auiditate cumulandi & acquirendi diuitias, ita P. Molinæ ſententiam proximè adductam, admittit Gabr. à Sanct. Vincent. *d. num.* 142. *in fin.* iunctis P. Leſsio *d. dub.* 1. *num.* 6. Graſſ. *vbi ſupr. effect.* 6. *num.* 24. Redoan. *d. tract. de ſpol. quæſt.* 2. *num.* 16. 46. & 64. Marcabr. *dict. conſ.* 18. *num.* 261. Villalob. *in ſumm. part.* 2. *tract.* 21. *diffic.* 3. *à num.* 6. Barboſ. *d. cap.* 40. *ſub num.* 116. & 119. & *d. cap.* 6. *de Paroch. num.* 38. & 41. Bordon. *tom.* 3. *reſol.* 53. *num.* 97. D. Tapia *vbi ſupr. num.* 7. D. Peña Monteneg. *in ſuo Itin. lib.* 5. *tract.* 2. *ſeſ.* 8. *n.* 4. Quòd † tamen ad- 38
mit-

mitterem, quando eſt vera, omnimoda, ac pura neceſsitas, non verò quando ad hoc fingitur, ſupponitur, vel prætexitur, aut allegatur neceſsitas, ad hoc, vt libere procedat negotiatio: hoc enim excluditur & reprobatur in præfata Apoſtolica Conſtitutione, in verbis traditis *num.* 33. ibi: *Con el pretexto de neceſsidad.* & *numer.* 25. *Debaxo* (inquit) *de varios pretextos, ſocolores, y preſupueſtos.* & *numer.* 30. ibi: *Por qualquier pretexto, titulo, ſocolor, ingenio, cauſa, ocaſion, y forma*, quod etiam continetur in motu proprio Pauli V. *Cap. ſeq.* relato *num.* 2. ibi: *Sub prætextu, quod redditus ſufficientes, ad eorum congruam ſuſtentationem, non habeant.* & *num.* 6. illic: *Quouis prætextu, cauſa & occaſione.* Et in Conſtit. Vrban. VIII. *ibidem* adducta *n.* 14. ibi: *Quouis alio prætextu, cauſa, aut colore.* Adde tradita *Cap.* 46. *num.* 47.

Rurſus, ex eadem nouiſsima Conſtitutione Apoſtolica, repellitur alia limitatio, à multis admiſſa, vt videre eſt apud Cened. *dict. collect.* 37. *n.* 2. eandem probant Graſſ. Salas, Leſ. Malder. & alij apud P. Dian. *d.* 1. *p. tract.* 8. *reſol.* 72. verſic. *Limita*, Barboſ. *in d. cap. Secundum inſtituta* 6. *n.* 2. *in fin. ne Cleric. vel Monach.* & *d. cap.* 40. *n.* 120. & *d. cap.* 6. *num.* 42. Quintanad. *d. ſing.* 13. *num.* 9. & *ſingul.* 17. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 213. *num.* 56. meus collend. D. Merlo *en ſu defenſa legal, n.* 499. *liter. F.* quæ tenet, præmiſſam prohibitionem non procedere,
39 quando ſemel, aut iterum † tantum negotiatur Eccleſiaſticus, item quod eo caſu nec mortaliter peccetur, vt patet in illis verbis: *Aunque ſea vna vez, por ſi, ò mediante Miniſtros, ò otras perſonas ſubſidiarias, directa, ò indirectamente, aſsi en nombre proprio, como de ſus Religiones, ò Congregaciones, ò Compañias, aunque ſean de IESVS, ò de otros qualeſquiera reſpectiuamente, y en otro qualquier modo, y de qualquier ſuerte.* Et etiam illic: *Aunque ſea vna ſola vez en qualquier manera.*

Quæ verba ſimiliter exterminant aliam limitationem, ex Bart. *in l. Legatis, in princ. ff. de legat.* 3. vbi etiam Cuman. & Firmian. *de gabell. p.* 7. *q.* 7. traditam à Marcabr. *vbi ſupr. num.* 252. & ex Theſaur. *in prax. part.* 2. verb. *Negotiatio, cap.* 1. à Lezan. *dict.* verb. *Gabella, num.* 19. & *dict.* verbo *Negotiatio, ſub num.* 4. quæ docet,
40 Clericum † in vno ſolo negotio negotiantem, in hac prohibitione non comprehendi; exemplo prohibitionis, qua Clericis interdicitur exercere officium procuratoris laicorum, quæ ſolum procedit in procuratione generali, non reſpectu † vnius tantum cauſæ, Innoc. *in* 41
cap. 1. *de oblig. ad ratiocin.* Dec. *conſ.* 115. *num.* 4. Marcabr. *ſupr. num.* 256. Aluarez Pegas *ad Ordinat. Portugal. tom.* 4. *tit.* 48. *gloſſ.* 24. *num.* 3.

Tandem, ex eiſdem Conſtitutionis verbis, reijcitur opinio tenens, Regulares & alios Eccleſiaſticos negotiari prohibitos, poſſe mercaturæ † & negotiationi- 42
bus incumbere, per interpoſitas perſonas, quam docuere Aragon. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 4. P. Molin. *d. diſp.* 342. *num.* 10. Leſ. *dict. dub.* 1. *num.* 6. Malder. 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 2. *dub.* 4. Tabien. verb. *Emptio, q.* 26. Turrian. 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 59. *dub.* 2. *n.* 3. Medin. *d. q.* 30. *art.* 3. Graſſ. *d. effect.* 6. *n.* 23. Barboſ. *d. cap.* 40. *num.* 121. & *d. cap.* 6. *num.* 43. P. Dian. *d. reſol.* 72. *in fin.* Lezana *d. num.* 4. P. Pelliz. *vbi ſupr. tractat.* 4. *cap.* 5. *num.* 450. cum expreſsè contrarium ſtatuat præfata Apoſtolica deciſio, & ante eam idem tenuerunt. Salced. & Proſper. Auguſtin. *vbi ſupr.* Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 13. *§.* 17. *num.* 1. Genuenſ. *in prax. Curiæ Archiep. Neapol. dict. cap.* 62. *num.* 6. Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſiaſt. reſolut.* 205. *num.* 2. *part.* 3. Magall. 2. 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *q.* 5. *num.* 157.

Bona autem ex hac illicita † negotiatione quæſita ad Cameram Apoſtolicam pertinent, *ex Bull.* Pij Papæ IV. incip. *Decens eſſe, pag.* 28. *tom.* 2. *Bullar.* & Sixt. Papæ V. incip. *In conferendis, pag.* 676. *eod. tom.* de qua re agunt P. Suarez *tom.* 4. *de Religion. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 22. P. Azor *inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *quæſt.* 1. & 2. Lezan. *dict.* verbo *Negotiatio, num.* 10. & *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. P. Pelliz. *vbi ſupr. tract.* 6. *cap.* 10. *à num.* 30. & *tract.* 7. *cap.* 6. *à num.* 91. & alij paſsim. Addit rurſus Pelliz. *dict. cap.* 10. *nume* 28. idem ſtatutum eſſe reſpectu bonorum, † ex illicita negotiatione, ab 44
Apoſtata acquiſitorum, nō verò ſi à laico, Regulari Apoſtata fuerint quæſita, cum in eo huiuſmodi Pianæ Conſtitutionis intentio ceſſet, ita docet ex P. Suarez *dict. cap.* 2. *num.* 24. & 30. Lezana *dict. cap.* 10. *num.* 4.

Verùm, quoad hæc Indiarum Regna, aliter in dicta Clem. Papæ IX. Conſtitutione prouiſum & decretum eſt. Itaque in illa ſancitum & iuſſum videmus, vt hæc omnia bona † Hoſpitalibus & alijs 45
pijs

pijs locis, per locorum Ordinarios, applicentur, ibi: *Por el tenor de las preſentes, aplicamos las mercaderias, y negociaciones, para los vſos, y comodo de los pobres, Hoſpitales, Seminarios Eccleſiaſticos, y operarios (no empero de las Religiones, Congregaciones, y Compañias, aunque ſean de IESVS, ò del inſtituto de aquellos, que en lo ſobredicho, ò cerca dello ayan delinquido) ſino de los otros que no delinquen.* Quæ noua ſanctio Ordinarios locorum † circa hoc facit executores, in illis verbis: *Los quales eſtèn obligados à conſignar ſemejantes mercaderias, y ganancias à los Ordinarios de los Lugares, ò à ſus Vicarios generales en lo eſpiritual, ò Oficiales, ò Vicarios Apoſtolicos, ò Vice-Vicarios, los quales como Delegados de la dicha Sede, deben diſtribuirlo, como eſtà dicho, y no en otros vſos, ſobre lo qual cargamos ſus conciencias, d. Cap. Seq. n. 32.* 46

Poſſunt tamen Eccleſiaſtici fructus † & prouentus, ex proprijs bonis & beneficijs quæſitos, vendere, & à proprio loco ad alium, vbi carius vendi poſsint, extrahere, cum hoc nullo modo valeat dici negotiatio illicita, Abb. *d. conſ. 6. in fin. volum. 1.* Ancharr. & Imol. *in dict. cap. fin. de vit. & honeſt. Clericor.* Dec. *in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 78.* Sylueſtr. *dict.* verbo *Excommunicatio 9. reſponſ. 5. §. 2.* & verbo *Immunitas cap. 1. q. 6. n. 3.* Rebuff. *ad conſt. Gallic. tom. 2. de mercat. art. fin. num. 23.* Nauarr. *in manual. d. cap. 27. num. 128.* P. Azor *dict. lib. 8. cap. 10.* Crauet. *conſ. 6. num. 116. & conſ. 163. num. 3.* P. Molin. *d. diſp. 341.* Leſ. *d. dub. 1. à n. 4.* Alter. *d. diſp. 19. cap. 16. dub. 7.* Mart. *de iuriſd. d. caſ. 3. num. 10.* Menoch. *conſ. 626. num. 14.* Firmian. *dict. q. 7. num. 18.* Ripa *conſ. 22. num. 4. lib. 2.* Malder. *de iuſt. tit. 5. cap. 2. diuiſ. 4.* Turrian. *d. diſp. 59. dub. 2. num. 1.* Tanner. *tom. 3. diſput. 4. q. 7. dub. 2. num. 69.* Fauſtin. *ſpec. confeſſ. diſp. 33. q. 17.* Duard. *in Bull. Cœnæ, d. Can. 18. num. 14.* Bellet. *diſq. Cleric. tit. de diſcipl. Cleric. §. 21. à num. 7.* Caſtro Palao *d. tom. 2. tract. 12. diſp. vnic. punct. 9. à num. 16.* Ricc. *in prax. tom. 1. reſolut. 317.* Bobadill. *in polit. dict. cap. 18. num. 123.* Laſſart. *dict. cap. 19. num. 64.* Pereyr. *dict. cap. 38. à num. 10.* P. Bauny *1. p. Theolog. moral. tractat. 10. q. 49.* Quintanadueñas *vbi ſupr. ſingul. 16. num. 6. & ſingular. 17.* Alexand. Sperell. *deciſ. 12. à numer. 40.* & *deciſ. 94. num. 12.* Dom. Feloaga *vbi ſupra num. 51. & 58.* Dom. Morote *in dict. alleg.* verſic. *Dize que fueron*, Don Franciſc. de Palacios *in allegat. contrar. num. 64.* 47

Referunt item Firmian. & Ripa, Hieronymum Zanetum Doctorem inſignem Bonon. conſuluiſſe, quod Clerici poterant vinum † ſuum nedum ad groſſum vendere, ſed etiam ad minutum, ſine ſolutione gabellæ, vt alij omnes aduertunt & tenent. Adde Grammat. *deciſ. 100. n. 6.* Bonifac. & alios apud Marcabrun. *vbi ſuprà à num. 286. vſque 290.* Souſam *in Bullam Cœnæ, cap. 19. diſput. 92. caſ. 1. numer. 4.* Pat. Dian. *dict. 5. part. tract. 1. reſol. 27.* verſic. *Ex quibus*, Barboſ. *dict. cap. 40. num. 126.* & *dict. cap. 6. num. 48.* & *de appellat. verbor. appellat. 162.* Lezan. *dict.* verb. *Gabella, num. 19.* qui dicit, hoc Regulares † in ſuis domibus facere non poſſe, ſed ſolum in domibus Sæcularium per Sæculares. & *dict.* verbo *Negotiatio, num. 5. & 7.* Pallares Gayoſo *vbi ſuprà num. 72.* 48 49

Huc ſpectat Conſtitutio Clem. Papæ VIII. pro agro Romano edita, incip. *Inter multiplices, pag. 100. tom. 3. Bullar. in §. 5. Statuimus* (inquit Pontifex) *etiam quod Clerici, in Caſalibus † tamen proprijs & non conductis, poſsint dictam artem Agriculturæ per ſe, vel per alios exercere & exerceri facere, nec eis, vel eorum hæredibus per Cameram Apoſtolicam ſeu illius Miniſtros obijci aut imputari poſsit, quod illicitam negotiationem fecerint, aut ſpolijs ex cauſa præfata ſubiaceant. Declarantes dictam artem Agriculturæ etiam in ipſis Clericis in eorum Caſalibus licitam & permiſſam.* Vide *cap. Dilecti 8. de decim. cap. Epiſcopus 3. 88. diſtinct.* Redoan. *de ſpol. quæſt. 2. numer. 10.* Filliuc. *dict. tractat. 43. cap. 5. num. 21.* Marcabrun. *vbi ſuprà num. 78. & ſeqq.* Ricc. *in prax. deciſ. 553. à num. 4.* Barboſ. *dict. cap. 40. num. 117. & num. 123. & in cap. 1. & cap. 2. à numer. 2. ne Cleric. vel Monach.* Palacios *vbi ſuprà num. 53.* 50

Vnum interim nota, Eccleſiaſticum cum proprijs fructibus & eorum † nomine, alios primo emptos vendentem, priuilegio fori non potiri, & coram Sæculari conueniri poſſe, Acuña *in Decret. 1. p. diſt. 88. cap. 2. n. 7.* Rodrig. *in ſum. tom. 2. tractat. 2. cap. 75. n. 11.* Quarant. *in ſum. Bullar.* verbo *Vectigal.* Turrian. *vbi ſuprà diſputat. 44. dub. 4. num. 12.* Mart. *d. caſ. 3. num. 1.* Comitol. *dict. quæſt. 53. num. 4.* Homobon. *conſult. caſ. conſcient. part. 2. reſp. 3.* Molfeſ. *in ſumm. tom. 2. tractat. 12. cap.* 51

cap. 2. *num.* 173. Ioan. de la Cruz *in direct. conſc.* 1. *part. propoſ.* 7. *art.* 3. *dub.* 1. *concluſ.* 1. Ferret. *de gabell. num.* 572. Suarez *inchirid. caſ. conſc. lib.* 4. verb. *Tributum, §. Clericus non tenetur.* Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. d. cap.* 3. Reginald. *in prax. for. pœnit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 279. Dom. Riaño *vbi ſupr. num.* 232.

Denique in præcedentium omnium declarationem & confirmationem, extant
52 duæ † Sacræ Congregationis Concilij celebres deciſiones, mire huiuſmodi materiam complectentes (niſi in aliquo per nouas Pontificum Conſtitutiones & declarationes ſublatæ, aut reformatæ fuerint) quas, quia ad plura poſſunt conducere, ad literam refero.

Prima eſt. *Capitulum Presbyteri & Clerus Ciuitatis & Diœceſis Caputaq. ad Sacram Congregationem hæc dubia propoſuit.*

53 *I An liceat eis † terras patrimoniales & beneficiales per laicos colere?*

54 *II Pro neceſſario culturæ † vſu, an poſſint emere boues & alia animalia, & fœtus illorum vendere?*

55 *III An ij, qui ex proprijs † bonis habent quercus & caſtaneas, quorum fructibus ſues veſcuntur, poſſint ſues emere, eoſve alere, & pro ſua & familia ſuſtentatione vendere?*

56 *IV An Clerici pauperes † ad ſuam, ſuæque familiæ ſuſtentationem, poſſint terras Eccleſiæ conducere?*

57 *V An ij Clerici cum folijs † ſuarum arborum poſſint in proprijs, ædibus arti ſericæ operam dare, vel idem opus dare ad medietatem, ſeu ad quartum, & fructus inde percipiendos vendere, abſque reatu illicitæ negotiationis?*

58 *VI An poſſint locare † boues, oues & animalia, quæ habent ex ſucceſsione, vel alijs debitis, vel ex decimis, eorumque fructus vendere?*

59 *VII An liceat † ex oliuis, vineis, quercubus, & alijs arboribus exiſtentibus in terris patrimonialibus & beneficialibus & alijs obtentis, vendere oleum, vinum, glandes, & alios fructus, ad ſuſtentationem ſuæ familiæ: item granum, & frumentum huiuſmodi ex bonis patrimonialibus, aut beneficialibus?*

Sacra Congregatio Cardinalium, Concilij Tridentini interpretum mandauit, tranſmitti ſupraſcripta dubia per manus Eminentiſsimorum & dari declarationes Sacræ Congregationis Epiſcoporum S. Congreg. Eminentiſsimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, præuia matura conſideratione, & inhærendo declarationibus alias factis.

Ad I. reſpondit, licere † Clericis agros 60
beneficiorum & bonorum patrimonialium, laicorum opera colere, abſque metu illicitæ negotiationis. Addendi ad hoc Viuian. *de iur. Patron. lib.* 6. *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 200. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 57. *num.* 27. Pallares Gayoſo *vbi ſupr. num.* 44. & alij paſsim.

Ad II. poſſe ſimiliter † Clericos pro 61
culturæ vſu boues & alia animalia emere, illorumque fœtus iuſto pretio, & honeſta ratione vendere, nec ob id prohibitæ negotiationis prætextu vexari poſſe, aut debere.

Ad III. Item, & poſſe Clericos habentes † in proprijs bonis quercus & caſtaneas, 62
ſues emere, eoſque alere pro ſua, & familiæ ſuſtentatione: dummodo tamen in emendis, alendis, diſtrahendisve nihil ſordidum aut indecens Ordini Clericali exequantur. Adde Barboſ. *de appellat. verbor. appellat.* 106. *num.* 4. Quintanad. *vbi ſupr. ſingul.* 16. *à num.* 3.

Ad IV. Licere † Clericis folia arborum, 63
in proprijs bonis exiſtentium, alicui laico concedere, eo pacto adiecto, vt lucram ex bombicibus inter vtrumque diuidatur, & pariter eiſdem licere earundem arborum folijs per ſe ipſos, abſque officij eorum detrimento arti ſericæ operam dare, pro ſuæ & familiæ ſuſtentatione, dummodo tamen in artificio huiuſmodi perſonas non ſuſpectas adhibeant, & quoad hoc Epiſcopi † li- 64
centia, quæ gratis ſit concedenda, obtineatur.

Ad V. Clericos pauperes † ad ſuam 65
ſuæque familiæ ſuſtentationem, poſſe terras Eccleſiæ conducere, abſque reatu illicitæ negotiationis, bona verò † laicorum non poſ- 66
ſe, niſi ex mera & preciſa neceſsitate. Adde Nald. *in ſumm.* verbo *Clericus, num.* 36. Barboſ. *dict. cap.* 40. *num.* 125. & *d. cap.* 6. *n.* 47. vbi Sacræ Congregationis Epiſcopor. & Regular. 19. *Ianuarij* 1593. declarationis meminit, Lezan. *d.* verbo *Negotiatio, num.* 4. *in fin.*

Quoad locationes prædiorum † Sæ- 67
cularium, ſeu laicorum pro neceſſaria ſuſtentatione, videndi ſunt Genuenſ. *vbi ſup. cap.* 62. *n.* 12. Gutierr. *de gabell. q.* 93. *à num.* 54. Trullench. *tom.* 2. *Decalog. lib.* 7. *cap.* 22. D. Gregor. Lop. *in leg.* 45. *tit.* 6. *p.* 1. verb. *Arrendadores*, Quintanad. *ſupr. ſing.* 13. *& ſeqq.* P. Steph. Bauny *Theolog. moral.* 1. *part. tract.* 11. *quæſt.* 16.

Ad

68 *Ad VI. posse retinere & locare † boues & oues, & alia animalia, quæ habent ex successione, vel ex decimis, necnon, fructus illorum vendere, absque reatu illicitæ negotiationis.*

69 *Ad VII. eosdem posse † vendere granum, ordeum & alios fructus recollectos ex bonis patrimonialibus, vel Ecclesiasticis, pro sua & suorum sustentatione. R. Cardinal. Vbaldinus; Francisc. Paulutius Sanct. Congregat. Secretar.* Aliam Sacrę Congregationis Episcopor. & Regular. declarationem 15. *Nouembris* 1616. adducit Barbos. *in collectan. Bullar.* verbo *Negotiatio*, & *dict. cap.* 40. *num.* 126. & *dict. cap.* 6. *num.* 46. Lezan. *vbi proximè num.* 5.

70 Secunda † declaratio est. *Sacerdotes & Beneficiati Diœcesis. Alexand. & Vgantin. in infra scriptis casibus supplicant Sanct. Congreg. vt dignetur declarare, quando in eisdem sit licita vel illicita Oratoribus negotiatio.*

71 *I. An Sacerdotes † & Clerici Beneficiati possint operas suorum boum, quos pro laborandis prædijs suis patrimonialibus, seu beneficialibus, aut ad eos quoquomodo spectantibus; retinent; dum sibi vacant, alijs locare pro certa mercede absque periculo spolij & pœnarum, Clericis negotiatoribus impositarum?*

72 *II. An possint boues, † quos emerint vel in suis prædijs natos educauerint, instruxerint concedere, vt vulgo dicitur* à giouatico *pro certa tritici quantitate, quolibet anno persoluenda.*

73 *III. An possint † oues centum, vel saltim quinquaginta, simili ratione concedere, pro certa caseorum quantitate pro eorum & suæ familiæ vsu.*

74 *IV. An in suis † molendinis pro tritico & pristinis pro oleo postquam suum triticum & oliuas molucrint, alienum triticum & alienas oliuas, certa mercede constituta, molere possint; suppositis infrascriptis; quod id ab immemorabili tempore semper fuerit factum & obseruatum; quod singulis annis non expedit, pro solo seruitio proprio triginta ducatos impendere in conficiendis pristinis; nam fiunt ex iuncis & alijs materijs, quæ mensibus quinque aut sex corrumpuntur, & in vno equo & quatuor personis inseruientibus ipsis pristinis? & quod molitia oliuarum durat per quatuor, quinque, & sex menses, iuxta annorum fertilitatem.*

V. An possint assumere † onus colligendi, aut faciendi à sua familia colligere oliuas pro certa olei portione domino oliueti reddenda, suppositis in hoc immemorabili consuetudine? 75

VI. An possint † in bonis amicorum & propinquorum operas diurnas præstare, vt illi easdem in proprijs prædijs restituant? 76

Ad dubia proposita responsum fuit, vt sequitur.

Ad I. Affirmatiuè, si tot iuga † boum retineantur, quo sunt pro prædijs necessaria, vel si vltra necessitatem boues illi nati sint ex vaccis, quæ pro necessitate culturæ prædiorum, vel alio licito modo tenentur. Ex Molin. *vbi infra.* 77

Ad II. Quoad boues † emptos negatiuè; quo vero ad boues proprios affirmatiuè. P. Molin. *de contractib. disputat.* 342. *sub num.* 4. quem refert & sequitur Quarant. *in dict.* verbo *Vectigal, §. Similiter ad illicita.* Barbos. *d. cap.* 40. *n.* 123, & *dict. cap.* 6. *n.* 45. 78

Ad III. Affirmatiuè, si oues † pro priæ fuerint & non emptæ ad illum effectum; etsi emptæ, contractus fiat ad comparandum necessaria ad victum, & non ad lucrum. 79

Ad IV. Affirmatiuè duobus † concurrentibus, videlicet, modo ad hanc causam non se substrahant ab ijs, in quibus ex officio Clericali incumbere debent, & dummodo non ad lucrum, sed ad necessaria vitæ comparanda pro se, & sua familia; non enim huiusmodi artificium sordidum videtur, aut inhonestum in illis partibus, cum per vnum equm & quatuor famulos seu operarios fiat, & non per ipsos Clericos. Quarant. *vbi supr. §. Difficultas versatur, circa med. & in fin.* 80

Ad V. Negatiuè, nisi proprij † redditus sibi, suæque familiæ non sufficiant; nam hoc casu ad comparandum victum † etiam aliena prædia conducere ligare, gloss. *in cap. Conductores* 88. *distinction.* quod est de mente omnium Doctorum, vt testatur Quarant. *vbi supra, §. Quæritur, in fin.* 81 82

Ad VI. Si opera † non sint sordida & inhonesta possunt fieri huiusmodi commutationes, per ea quæ scribit Quarant. vbi supra, §. Difficultas in fin. ex doctrina Syluestri. 83

Has Sacræ † Congregationis declarationes ad literam tradit Barbos. *dict. cap.* 40. *sub num.* 127. & post eum Quintanaduenas *vbi supra, singular.* 19. 84

Lezan. *dict.* verbo *Negotiatio*, *numer.* 8. & 9. meminère etiam earumdem idem Barboſ. *in collectan. Bullar.* verbo *Clericus* 1. vbi teſtatur, ſe vidiſſe originale illarum, & verbo *Negotiatio*, Aldan. *in Compend. Canonic. reſolution. libr.* 2. *titul.* 20. *numer.* 3. Aliam Sacræ Congregationis declarationem ſub die 8. *Februarij ann.* 1647. tradit Lezan. *dict. numer.* 9. *in fin.* in qua, poſtulante Epiſcopo de Potentia, ita reſpondit, *Sacra Congreg.*&c. *cenſuit, oratori vtique licere*, † *terras ſuæ Menſæ Epiſcopalis, per laicos colere, & pro eiuſdem culturæ vſu animalia, ac pro nutriendis animalibus paſcua neceſſaria coemere, ipſarumque terrarum & animalium fructus & fœtus, pro ſua & familiæ ſuſtentatione vendere, nec propterea illicitæ negotiationis prætextu à quopiam vexari poſſe aut debere.*

85

SVMMARIVM.

1 *APoſtolicæ Conſtitutiones, illicitas negotiationes in Indijs prohibentes, referuntur.*

2 *Paulus Papa V. Eccleſiaſticis Indiarum, etiam Parochialium Eccleſiarum Rectoribus prohibuit negotiationes.& n.6.7.9.*

3 *Aliquì prætextu quod redditus non ſufficiunt, & alijs friuolis excuſationibus, negotiationem exercent. & n.25.*

4 *Negotiatio Prouincialibus & Synodalibus Conſtitutionibus, ſub pœna excommunicationis, prohibetur.*

5 *Eccleſiaſtici negotiatiores peccata peccatis, & ſcelera ſceleribus, addunt.*

8 *Excommunicatio Eccleſiaſticis negotiatoribus impoſita à Concilio Limenſi III. tollitur à Paulo Papa V.& n. 42. 44.*

10 *Vrbanus Papa VIII. Regularibus in Miſsionibus Iapponicis & Indijs Orientalibus occupatis, ſub pœna excommunicationis omnem negotiationem interdixit. & num. 11. 15. 18. 19. 20. 23. 24.*

12 *Regulares Mendicantes, & non Mendicantes, etiam Societatis Ieſu comprehendit Bulla Vrbani. & numer. 13. 21.*

14 *Siue negotiatio exerceatur ab ipſis, ſiue per alios.& n.22.*

16 *Diœceſani ſunt Delegati Apoſtolici ex hac Bulla.*

17 *Clemens Papa IX. hoc plenius prohibet, etiam in Indijs Occidentalibus.& n.26. 27. 47.*

18 *Etiam ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & amiſsionis bonorum negotiationis.& n.29.*

30 *Negotiatio prohibetur exerceri ſub quouis colore, etiam pro vna vice. & num.35.*

31 *Bona negotiationis applicantur Hoſpitalibus, & alijs pijs locis.*

32 *Regularium Superiores ſub pœnis tenentur, harum negotiationum bona exhibere & conſignare. & numer.34.*

33 *Neceſsitatis prætextu, an liceat negotiationem exercere.*

36 *Abſolutio excommunicationis Sedi Apoſtolicæ reſeruatur, excepto caſu mortis.*

37 *Nullus defectus poteſt contra hanc Bullam opponi. & numer. 38. 39. 40. 41.*

42 *Concilium Limenſe III. Parochis negotiationem per ſe, vel per alios exercere prohibet, ſub pœna excommunicationis.& n.43.*

44 *Hæc pœna licet fuiſſet ſublata à Paulo V. ex Bullis Vrbani & Clement. iterum inducta eſt.*

45 *Eccleſiaſticorum nomine, quæ perſonæ contineantur.*

46 *Ordinariorum nomen, in hac re, ad quos ſe extendat.*

AR-

ARGVMENTVM.

DE Eadem materia. Afferuntur nouiſsimæ Apoſtolicæ Conſtitutiones, quoad Indias Occidentales, expeditæ.

CAPVT LXXVI.

1 TAndem, prętęr latè *ſuperiori Capitè* tradita, extant hodiè nouiſsimæ Apoſtolicæ Conſtitutiones, antiquum ius *ibidem* relatum, innouantes, pro hiſque Indiarum partibus, & Regnis, in ſpecie editæ & expeditæ. Igitur Paulus Papa V. *anno* 1607. Motu proprio, Eccleſiaſticis omnibus, etiam Parochialium Eccleſiarum Rectoribus & Doctrinarijs, quodvis illicitæ negotiationis genus denuo interdixit, ſub pœnis in ipſius literis contentis; quæ literæ ita ſe habet.

PAVLVS Papa V.

Ad perpetuam rei memoriam.

CVm, ſicut accepimus, nec ſine animi noſtri moleſtia, in Indiarum Occidentalium partibus inoleuerit abuſus, ſeu potius corruptela, vt Clerici, & in Sacris, & Presbyteratus Ordinibus conſtituti, ac
2 *etiam † Eccleſiarum Parochialium Rectores, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ, partim ſub prætextu redditus ſufficientes, ad eorum congruam ſuſtentationem, non habeant;*
3 *partim † alijs friuolis cauſis, ſed potiùs auaritiæ, quæ omnium malorum radix exiſtit, adducti, diuerſis illicitæ negotiationis generibus ſeſe inuoluunt, in Eccleſiaſtici Ordinis dedecus, eorumque animarum perniciem, & ſcandalum plurimorum, & licet Prouincialibus, & Synodalibus Conſtitutionibus, ſub excommunicationis &*
4 *aliarum † cenſurarum Eccleſiaſticarum pœnis, ipſo facto incurrendis vetitum fuerit Clericis & Presbyteris, ne decimarum arrendationes, mercaturas, agriculturas, locationes animalium, aut aliàs quaſcumque ſimiles, vel diſsimiles negotiationes facere, auderent, nihilominus aliqui à ſimilibus negotiationibus non abſtinuerint, nec abſtinent; quinimo cenſuris huiuſmodi alligati, in eorum ordinibus, etiam Sacris & Presbyteratus, & etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, curamque animarum exercere, & in miniſtrandis eorum Parochianis Eccleſiaſticis Sacramentis, continuate non deſtiterint, nec deſiſtant; Indeque † peccata peccatis cumulent, ſcelera ſceleribus addant, grauioribuſque in dies cenſuris ſeſe implicent, irregularitatiſque notam contraxerint & contrahant.* ¶ 5

26 Hæcque, de qua agitur, est iuri † communi conformis, vt exprimit ipsa, ibi: *Considerando, que por los Sagrados Canones, Decretos de los Concilios, y Constituciones Apostolicas se prohibe rigurosamente à todos los Religiosos, y tambien à las demàs personas Ecclesiasticas, principalmente constituidas en Ordenes Sacros, la mercancia, y negociaciones seculares* --- & ibi: *Por lo qual arrimandonos à los Sagrados Canones, y à los Decretos, y Constituciones sobredichos, y aprobandolos, y principalmente la dicha Constitucion de Vrbano.* Hæc iura, ad quæ ista noua Constitutio se refert, sunt *cap. fin. de vita & honestat. Clericor. cap.* 2. *cap. Secundum instituta* 6. *ne Clerici vel Monachi, cap. Consequens* 2. *cum seqq.* 88. *distinct. Clement.* 1. *de vita & honestat. Cleric.* cum alijs adductis *supra Cap.* 75. *à num.* 1.

Estque similiter eorum iurium † 27
extensiua, & maximè illius Vrbani Constitutionis, vt & Responsum notauit, ibi: *Extensiua de la Bula de la Santidad de Vrbano VIII.* Ergo debet esse omnino eiusdem ordinis & qualitatis; augmentum † enim eiusdem 28
naturæ est, & debet esse cum principali, cuius est augmentum & extensio, *cap. fin. §.* 1. *de conces. Præbend. in* 6. vbi id notat ex eo textu Geminian. Iass. *in l. Quod in rerum, §. Si quis post*, per illum text. *ff. de legat.* 1. Bald. *consil.* 407. *numer.* 3. versic. *Dicet aliquis, libr.* 1. Tiraquell. *de retract. lignagier. §.* 1. *gloss.* 18. *à numer.* 51. Ancharran. *consil.* 437. *numer.* 3. Bartholom. Peret. *in Extrauagant. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien. num.* 22. Cardin. Tusc. *liter. A. conclus.* 555. Farinac. *decision.* 72. *numer.* 4. & *decision.* 94. *numer.* 3. *part.* 2. *recent.* Sesse *decis.* 124. *numer.* 28. Aguirre *in Apolog.* 4. *part. num.* 56.

Sic augmentum † dotis gaudet eo- 29
dem iure, quo ipsa dos, sitque eiusdem naturæ, *l. Etiam* 8. vbi Barthol. Bald. & alij *Cod. de iur. dotium, l. Si proprietati* 4. *ff. eod.* Authent. *de æqualit. dot. §. Aliud*, Iass. *in rubric. ff. solut. matrimon. column. fin. vltim. lectur. & in l. Titia, §. Idem, in* 1. *not. n.* 5. & 8. *ff. de verbor. obligat.* Corn. *consil.* 13. *num.* 2. & *consil.* 240. *num.* 4. Rip. *in l.* 1. *ff. solut. matrimon. numer.* 28. Ruin. *consil.* 13. *num.* 27. *lib.* 2. Cephal. *consil.* 156. *num.* 26. Farinac. *vbi proximè*, Bessold. *consil.* 133. *n.* 138. Fontanell. *de pact. nuptialib. claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 7. *n.* 69.

D. Bolero Caxal *de decoct. debitor. Fiſcal. tit. 5. quæſt. 4. à princ.* cum alijs.

30 Idem dicitur † de augmento Regni, Feudi, &c. Afflict. *ad Conſtitut. Regni, tit.* hic finitur lex Federici, *§. His conſequenter, num.* 22. Tuſc. *vbi ſupr. numer.* 2. Ancharr. *num.* 3. Cephal. *num.* 26. *locis relatis.* Beſſold. *vbi proximè, numer.* 140. *ex cap.* 1. *§. Si quis de manſo, ſi de inueſtitur. feud. controu. fuer.* Aguirre *vbi ſupr. num.* 55. iunctis latè traditis *ſupra*

31 *Cap.* 7. *à num.* 43. Item † de augmento pignoris, *l. Si conuenerit* 18. *§. Si nuda, ff. de pignorat. action.* Cephal. *dict. numer.* 26. Beſſold. *ſupra num.* 141. de augmento maioratus ſimpliciter addito, & antiquiori maioratui vnito, quod regulari debet, & gubernari iuxta naturam & regulas antiquioris, cui additur & vnitur, D. Gregor. Lopez *in l.* 37. *titul.* 9. *part.* 6. *gloſſ.* 1. D. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 8. *à numer.* 35. Auendañ. *in l.* 45. *Taur. gloſs.* 1. *numer.* 6. *& in l.* 46. *gloſ.* 7. Mier. *de maiorat.* 3. *part. quæſt.* 8. Garc. *de expenſis, cap.* 12. *à num.* 5. *&* 22. D. Caſtill. *controuerſ. tom.* 3. *cap.* 10. *à num.* 9. Advocati Matritenſes Domini D. Petr. de Velaſco, D. Franciſc. Enriquez de Ablitas, D. Ioann. de Valdes, & Don Ludouic. de la Palma, *in allegat. iur. pro D. Duce Medina de las Torres, cum D. Marchione de Leganes, ſuper ſucceſſ. D. Comitis Ducis, numer.* 198. Vnde cum principale, cuius eſt augmentum & extenſio ſit perpetuò duraturum, vt dixi, neceſſario debet illius naturam & perpetuitatem induere augmentum, & extenſio.

32 Habemus † deinde in indiuiduo (quid apertiùs, & in ſpecie concludens veriùs, ac ſecuriùs potuit deſiderari?) Apoſtolicam Conſtitutionem, à Sanctiſſ. Paulo V. pro Indijs Occidentalibus latam, *ann.* 1607. quam ad literam tradidi *Cap. ſuperiori n.* 2. Vbi Motu proprio, ex certa ſcientia, matura deliberatione præmiſſa, ac de plenitudine poteſtatis, Eccleſiaſticis perſonis quibuſcumque illicitas negotiationes interdicit & prohibet, damnatque diſtrictè deteſtabilem hunc abuſum, ſub quouis prætextu exerceri, præpoſita huic Bullæ dictione illa, *Ad perpetuam rei memoriam*; vt videre licecet apud P. Quintanaduenas *tom.* 2. *ſingul. tract.* 6. *de Indic. priuileg. ſingul.* 5. *n.* 3. cuius originale in Collegio Societatis Ieſu Argentino aſſeruatur, vt *ibi* aduertit.

Exemplis tandem † apertiſsimis, 33 quibus facilè non ſatisfacient Accacius, & Ignotus, illorum placitum reprobabo; ex quibus apparebit, in hac re nullum eſſe diſcrimen inter hæc verba, *Ad perpetuam rei memoriam*, & illa *Ad futuram rei memoriam* conſtituendum.

Ad quod noto, ſecundum Bullarium Romanum vſque ad annum ſalutis 1061. quo fuit creatus Summus Pontifex Alexand. II. Bullas Apoſtolicas ſolitas fuiſſe † expedire ſine ver- 34 bis, & clauſulis illis, *Ad perpetuam rei memoriam*, atque *Ad futuram rei memoriam*: Ergo omnium primus Papa iſte Bullis præponere cœpit dictionem hanc † *In perpetuum*, vt patet *in ſua* 35 *Bulla* incip. *Nulli, pagin.* 51. *tom.* 1. *Bullar.* quem in hoc ſequuti fuere Paſchal. II. *pagin.* 56. *& ſequent.* Eugen. III. *pagin.* 61. Anaſtaſ. IV. *pagin.* 65. Alexand. III. *pagin.* 71. *eodem tom.* 1. & alij Pontifices. Adverto item, ante Alexand. II. & vſque hodiè, eſſe innumeras Bullas & Conſtitutiones Apoſtolicas, hanc tantum † continentes 36 clauſulam, *Salutem & Apoſtolicam benedictionem*; aut quid ſimile, omiſsis illis, *Ad perpetuam rei memoriam*, & *Ad futuram rei memoriam.*

Igitur † illa particula, *In perpe-* 37 *tuam rei memoriam*; ante omnes vſus fuit Alexander III. *ann.* 1175. *in ſua Bull.* incip. *Benedictus Deus, pag.* 69. & hac, *Ad rei memoriam ſempiternam* Innoc. IV. *ann.* 1245. *in Bull.* incip. *Ad Apoſtolicæ, pag.* 112. illa vero, *Ad perpetuam rei memoriam*, Alexad. IV. *ann.* 1256. *in Bull.* incip. *Romanus Pontifex, pag.* 137. *eod. tom.* 1.

Illam autem dictionem † & parti- 38 culam, *Ad futuram rei memoriam* induxit Innoc. VII. *ann.* 1405. *in Bull.* incip. *Sedis Apoſtolicæ, pagin.* 301. *eodem tom.* 1. qua approbatur Regula perpetuò valitura Fratrum & Sororum de pœnitentia, Ordinis Sancti Dominici; & poſt eum eadem vſi ſunt alij Summi Pontifices; Itaque poſt hoc tempus Bullis, & Apoſtolicis Conſtitutionibus fere ſemper præponitur, *Ad futuram rei memoriam*, vel *Ad perpetuam rei memoriam.*

Nunc attende Lector, Bullę Nicol. Papæ V. Canonizationis Sancti Bernardini † Senenſis, Ordinis Minorum 39

San-

Sancti Franciſci, eiuſque relationis in Sanctorum numerum, præponitur particula illa, *Ad futuram rei memoriam*, incip. *Miſericordias*, *pag.* 376. *eod. tom.* 1. *Bullar.* eadem clauſula vtitur Vrbanus VIII. *in Bull.* incip. *Domini noſtri*, *pagin.*
40 59. *tom.* 4. *Bullar.* qua † conceditur facultas recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de Beata Clara de Monte Falchio, Ordinis Sancti Auguſtini. Item *in Bull.* incip. *In Sede*, *pag.* 167. *eod. tomo.*
41 qua in Beatorum † Confeſſorum numerum refertur. B. Ioann. Dei, & conceditur facultas recitandi Officium & cele-
42 brandi Miſſam de eo. Beatificatio † Iacobi de Marchia, Ordinis Sancti Franciſci de Obſervantia, vna cum conceſsione celebrandi Miſſam & Officium in Eccleſia, vbi corpus requieſcit, continetur *in Bulla* Vrbani VIII. incip. *In Sede*, cui pręponitur clauſula, *Ad perpetuam rei memoriam.* Deinde in Bulla extenſionis dictæ conceſsionis ad omnes Eccleſias eiuſdem Ordinis, quę incipit: *Nuper*, ponitur *Ad futuram rei memoriam*, extant *pag.* 59. *tom.* 4. *Bullar.* audebit ne Conſilij ſupra relati Author dicere, has Bullas, quia illis pręponitur *Ad futuram rei memoriam*, non eſſe perpetuas extinctaſque fuiſſe cum ſuis auctoribus, & vltra non obligare?

Superioribus adde; Indictio Sacri
43 OEcumenici † Concilij Lateranenſis V. *pro die* 19. *Aprilis* 1512. refertur *in Bull.* Iulij II. incip. *Sacroſanctæ*, in cuius initio legitur. *Ad perpepetuam rei memoriam*, *pagin.* 519. Item indictio Generalis Concilij Conſtantienſis I. *pro* 1. *die Nouembris* 1414. *in Bull.* Ioann. XXII. incip. *Ad pacem*, *pag.* 308. cum eadem clauſula *Ad perpetuam rei memo-*
44 *riam.* Indictio vero † Sacri OEcumenici Concilij Tridentini *ad Kalendas Octobris* 1542. decernitur à Paulo III. *in Bull.* incip. *Initio noſtri*, *pag.* 753. *tom.* 1. cui præponitur particula *Ad futuram rei memoriam.* Item deinde à Pio Papa IV. innouatur indictio eiuſdem Sancti Tridentini Concilij *in Bull.* incip. *Ad Eccleſiæ*, *pagin.* 33. *tom.* 2. *Bullar.* cum dictione *Ad perpetuam rei memoriam.*

45 Coronationis item † Coloioannis Bulgarorum Regis ab Innocent. III. factæ, expeditur Bulla *ann.* 1204. incip. *Rex Regum*, *pagin.* 84. *tom.* 1. *Bullar.* cui pręponitur, *In perpetuum*;

Similiter Coronationis † Petri Regis 46
Aragonum, ab eodem Pontifice celebratæ *ann.* 1206. publicatur Bulla, incip. *Cum quanta*, *pagin.* 86. *eodem tom.* cui nulla ex prędictis clauſulis adijcitur. Tandem à Clement. VII. *anno* 1530. coronatur † Inuictiſsimus Ca- 47
rol. V. D. N. expediturque Bulla Coronationis, incip. *Cum proximo*, *pag.* 681. *eodem tom.* cum verbis *Ad futuram rei memoriam.* Bulla Paul. V. Fratribus Sanct. Auguſtini Indiarum conceſſa, incip. *Expoſitum*, *pagin.* 217. habet *Ad futuram rei memoriam*; & alia eiuſdem Pontificis Fratribus Sancti Franciſci indulta, incipit, *Expoſitum*, *pagin.* 237. *tom.* 3. *Bullar.* habet *Ad perpetuam rei memoriam*, & tamen ambæ † expedi- 48
tę fuerunt, ne Parochialium Rectores à Fratribus, pro funeribus in eorum Eccleſijs celebrandis, maiorem eleemoſynam accipiant, quam à Sancto Tridentino Concilio præſcriptam. En (Lector) in eadem re, & ſpecie Pontificias Bullas, promiſcue, illas particulas continentes.

Expendi etiam poſſunt in comprobationem aliæ quam plures Apoſtolicæ Conſtitutiones, quibus præponitur *Ad futuram rei memoriam*, quę non poſſunt dici extinctæ cum illarum conditoribus, præcipue Bull. Martin. V. incip. *Inefabile*, *pagin.* 327. *tom.* 1. *Bullar.* quæ decernit, Feſtiuitatem † 49
Sanctiſsimi Corporis Chriſti per Octauam celebrari poſſe, ianuis Eccleſiæ apertis, tempore interdicti, de qua Barboſ. *in Summ. deciſion. Apoſtolic. collectan.* 231. *num.* 3. *& in collectan. Bullar.* verbo *Corporis Chriſti*, §. 1. Pij II. *pagin.* 386. incip. *Execrabilis*, vt appellantes † à Summo Pontifice ad futurum 50
Concilium pœnis excommunicationis, & criminis læſæ Maieſtatis Diuinæ, & Humanæ ſubijciantur. Innoc. VIII. incip. *Summis*, *pagin.* 443. concedens † 51
Inquiſitoribus iuriſdictionem contra hæreſim, ſiue ſectam maleficiorum *eod. tom.* 1. (ad idem ſunt Bullæ Pauli III. incip. *In Apoſtolici*, *pagin.* 745. Iul. III. incip. *In multis*, *pag.* 803. *eod.* Pij IV. incip. *Paſtoris æterni*, *pag.* 65. Gregor. XIII. incip. *Antiqua*, *pag.* 450. *tom.* 2. *Bullar.*) Clem. VII. incip. *In ſuprema*, *pagin.* 687. *tom.* 1. quæ approbat † Congregationem Fra- 52
trum Minorum Sancti Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ. Pij IV. incip. *De ſalute*,

53 *pag.* 19. *tom.* 2. De reſidentia † Epiſcopali priuilegijſque reſidentium, & pœnis non reſidentium lata. Pij V. incip. *Etſi cuncta, pag.* 272. de Confirmatione exẽp-
54 tionum † Militum Sancti Ioannis Hieroſolymitani. Eiuſdem incip. *Expoſcit, pag.* 344. De iuriſdictione Epiſco-
55 porum viſitandi Parochiales † Sancti Ioannis Hieroſolymitani, quoad curam animarum. Gregor. XIII. incip. *Paſtoralis, pag.* 420. in qua continetur
56 † exemptio Clericorum Regularium Societatis IESV à ſolutione decimarum. Eiuſdem incip. *Pium, pag.* 459. vt perſo-
57 nę Societatis IESV à quocumque † Antiſtite extra tempora, de licentia ſuorum Superiorum, ad Sacros Ordines promoueantur, *eod. tom.* 2. Gregor. XV. incip. *Apoſtolatus, pag.* 439. *tom.* 3. qua
58 reuocatur licentia legendi † libros prohibitos (ad idem Bull. Vrban. VIII. incip. *Apoſtolatus, pag.* 176. *tom.* 4.) Eiuſdem Vrban. incip. *Cum ſicut, pag.* 192.
59 *eod. tom.* 4. vt Fratres † Sancti Auguſtini Diſcalceati in Philippinis, & Indijs Occidentalibus à quolibet Epiſcopo Sacros Ordines, non ſeruatis interſtitijs; ſuſcipiant.

Rurſus præter proximè adductas,
60 ſunt plures † alię Apoſtolicę Conſtitutiones, eandem particulam *Ad futuram rei memoriam* includentes, quæ ad præcedentium confirmationem rectè adducit poſſunt & expendi. In primo tomo Bullarij *pag.* 303. 327. 350. 365. 378. 380. 381. 396. 516. 518. 637. 709. 714. 756. 760. 792. In ſecundo tom. *pagin.* 24. 104. 105. 204. 305. 385. 386. 392. 404. 405. 459. 460. 537. 539. 634. 644. 703. In tertio tom. *pag.* 5. 14. 47. 56. 87. 92. 98. 167. 209. 225. 243. 252. 421. 440. 446. Et in quarto tomo *pagin.* 81. 122. 131. 136. 152. 153. 173. 186. 187. 188. 196. 205. 255. 257. 260. 270. 286. 300.

Notandum tandem duxi, ex doctri-
61 na † noſtratis Accacij & Incogniti, eius aſſeclæ, neceſſario ſequi; Bullas illas & Conſtitutiones Apoſtolicas, ante Alexand. II. tempus, & deinde vſque hodiè expeditas, omiſsis verbis illis, *Ad perpetuam rei memoriam*, & alijs *Ad futuram rei memoriam*, nec dici poſſe perpetuas, cum eis deſit perpetuitatis ſignum, ſcilicet *Ad perpetuam rei memoriam*, neque temporales, ſeu cum vita auctorum perituras, quia non continent illa verba *Ad futuram rei memoriam*; cuius autem ordinis ſint, ipſi videant, ego enim non capio.

Nunc autem exemplo, ex Bulla in Cœna Domini deſumpto, oportet reſpondere; ad quod ſciendum eſt, antiquitus cenſuras in ea Bulla † con- 62
tentas, limitatas, & temporales fuiſſe, ad certum tantum tempus latas, quę, eo lapſo, vel defuncto Pontifice, expirabant, abſque vlla reuocatione; quo reſpectu † communiter *ab homine* 63
dicebantur; non enim per modum ſtatuti aut legis, ſed tanquam ſententiæ proferebantur; donec Pius Papa V. ſtatuit, eas durare † omnino, quouſque ſimilis Bulla ab eodem, vel alio 64
Romano Pontifice ediceretur, latè de hac re Alphonſ. Viuald. *in Candelabr. aur. in materia excommunicat. numer.* 54. *& in expoſition. Bullæ Cœnæ*, verbo *Volentes*, *numer.* 129. Frat. Anton. de Souſ. *in Bulla Cœnæ, ante cap.* 1. *numer.* 2. *& cap.* 1. *diſputat.* 1. *numer.* 4. *& diſputat.* 3. *numer.* 7. P. Fragoſ. *de Regim. Reipublic.* 2. *part. libr.* 1. *diſputat.* 3. *in Epitom. numer.* 3. 4. & 11. P. Ioſeph. Gibalin. *in Synopſ. cenſurar. ante litera A.* verſic. *Inter cenſuras.* Duard. *ad Bull. Cœnæ, lib.* 3. *§.* 1. *q.* 1. *n.* 3. & alij mox tradendi.

Durationem Bullæ Cœnæ publicatæ, donec † alia noua promulgetur, 65
exprimit bene Bulla Cœnæ Gregor. XIII. incip. *Conſueuerunt, pagin.* 462. *§.* 22. *tom.* 2. *Bullar.* ita: *Volentes præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quouſque alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut Romano Pontifice, pro tempore exiſtenti, fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri.* Eiſdem verbis vtuntur in ſuis Bullis Cœnæ, Pius V. Paul. V. *in Bull.* incip. *Paſtoralis, pagin.* 248. *§.* 21. *tom.* 3. Clemens VIII. & Gregor. XV. vt teſtatur Fragoſ. *dict. num.* 4. qui omnes Doctores † aduer- 66
tunt, quare hæc Bulla appelletur *proceſſus*. Adde Nauarr. *infra* referendum *cap.* 27. *numer.* 52. Rodrig. *in explication. Bullæ Cruciatæ, numer.* 66. Gabriel. à Sanct. Vincent. *de cenſur. diſputat.* 4. *numer.* 193. Souſ. Tolet. & alios *infra* Lodouic. Sarau. *de iuriſdiction. adiunct. quæſt.* 30. *numer.* 52. vbi cum Garcia *de Benefic.* 11. *part. cap.* 5. *numer.* 150. docet, Bullam † Cœnæ non recipien- 67
tes

tes peccare. Vnde circa hanc materiam tres ortæ ſunt ſententiæ ; prima tenet,
68 has Bullæ Cœnæ † cenſuras, eſſe potius *ab homine* , quam *à iure* , cum ſint facilè perituræ , & non publicentur per modum Conſtitutionis & legis, P. Suarez 5. *tom. in* 3. *part. diſputat.* 21. *de cenſur. ſection.* 1. *à numer.* 2. & *de legibus lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 15. *in fin.* Vbi innuit , poſt Bull. Gregor. XIII. aliud eſſe; Cardinal. Tolet. *in Summ. lib.* 1. *cap.* 18. Becan. *de Fide* , *cap.* 15. *q.* 8. *numer.* 6. quibus præiuerat Sotus *in* 4. *diſtinct.* 22. *quæſt.* 2. *artic.* 3. Nauarr. *in Manual. Hiſpan. cap.* 27. *numer.* 74. Iacob. de Graffis *libr.* 4. *deciſionum* , *cap.* 18. *num.* 4. Gregor. Sayr. *de cenſur. libr.* 3. *cap.* 1. *n.* 16.

Aduertunt nihilominus hi, & alij iam *tradendi* , cenſuras omnes , quæ *ab homine* dicuntur & ſolent, proferente mortuo, aut ab officio abdicato, ceſſare;
69 durare † rurſus poſt mortem , & dimiſsionem officij , ſi eas incurrit reus ante mortem , & abdicationem , donec abſolutio accedat , gloſſ. *in cap. A nobis* 21. verſic. *Non niſi ſubditi* , *de ſentent. excommunicat.* vbi Abb. *numer.* 12. fac. *cap. Cum deſideres* 15. *cap. A nobis* 28. *cap. Sicut nobis* 39. *eodem tit. cap. vnic. de maior. & obedient. in* 6. Tolet. & Fragoſ. *vbi ſupra.* Gibalin. *de cenſur. diſquiſit.* 1. *quæſt.* 3. *numer.* 1. Souſ. *d. cap.* 1. *diſp.* 1. *n.* 6. Rebuff. *ad Bull. Cœnæ, in princ. lit. C.*

70 Qualiter vero, & quando † ſententia excommunicationis *ab homine* lata, deſinat ligare , mortuo vel amoto ab officio eam proferente , tradunt Nauar. *in cap. Placuit* , *de pœnitent. diſtinction.* 6. *num.* 161. Dom. Couarrub. *in cap. Cum in officijs* , *num.* 8. *de teſtament.* Rodriguez *quæſt. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 61. *artic.* 1. Petr. Barboſ. *in l. Diuortio* , *§. Quod in anno*, *num.* 20. *ff. ſolut. matrim.* P. Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *diſputat.* 28. *n.* 74. Auguſt. Barboſ. *in d. cap. A nobis* 21. *num. fin. de ſentent. excommun.* & alij.

Secunda ſententia abſolutè docet, has cenſuras Bullæ Cœnæ, eſſe *à iure*, quia
71 perpetuitatem † quandam habent, neque mortuo conditore extinguuntur, donec noua fiat Conſtitutio , & publicatio , quę vox *Conſtitutio* in Bulla contenta , vti etiam clauſula illa *Ad perpetuam rei memoriam*, huius proceſſus firmitatem oſtendunt , ita Sylveſt. *in Summ.* verbo *Excommunicatio* 7. *numer.* 76. Nauarr. *in enchirid. Latin. in explicat. huius Bullæ, n.* 21. & *cap.* 23. *n.* 23. Viuald. *vbi ſupra.* Bonacin. *de cenſur. in particul. diſputat.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *numer.* 2. Mar. Alter. *eodem tractat. libr.* 5. *diſputat.* 1. *cap.* 4. & *diſputat.* 2. *cap.* 1. Pat. Auila 2. *part. cap.* 1. *dub. vnic.* verſic. *Rogas* , *pagin.* 18. Salas *de legib. diſputat.* 1. *ſection.* 9. *numer.* 62. Cornejo *de excommunicat. diſputat.* 1. *dub.* 3. *§. Sed reſpondetur* , Lezan. *tom.* 2. *Regular.* verbo *Bulla Cœnæ* , *numer.* 2. Duard. *in Bullam Cœnæ* , *libr.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *numer.* 9. & *cap.* 3. *quæſt.* 7. *à numer.* 28. Pat. Fragoſ. *dict. numer.* 3. verſic. *Dicendum.* Vbi addit , proceſſum hunc eſſe incluſum † in corpore iuris, 72
in Extrauagnt. 3. & 5. *de pœnitent. & remiſſion.* quod & alij notant ad probandam hanc ſententiam.

Tertia tandem ſententia docet , has cenſuras participare † rationem cenſu- 73
rarum *à iure*, & *ab homine* ſimul; ſanè cum cenſuræ perpetuæ non ſint , & abſque vlla reuocatione, aut iuris antiqui reſciſione ceſſent, dum noua Bulla publicatur , quæ ſi eaſdem cenſuras, quas vetus non ferat , etiamſi illas non refigat , deſinant tamen illæ obligare, non poſſunt illæ cenſuræ *à iure*; neque etiam ſunt *ab homine* , quandoquidem mortuo conditore non expirant , ſed perſeuerant vſque ad nouæ Bullę publicationem ; habent nihilominus aliquam affinitatem cum cenſuris *à iure* , quia feruntur per legem & ſtatutum generale , & cum cenſuris *ab homine* , quia feruntur ad certum dumtaxat tempus, quo elapſo , non valent abſque vlla alia reuocatione , ita Pat. Gibalin. *dict.* verſic. *Inter cenſuras* , *in fin.* & in hanc videntur inclinare proximè *traditi.*

Originem etiam , & antiquitatem † huius Bullæ adducit *ibidem* Pat. Gi- 74
balin. verſic. *Huius* , cuius verba referre decreui ad aliorum notitiam , quia plene , veriuſque quam alij , illam exponit ita : *Huius Bullæ originem à Martino V. circa* † *annum* 1420. *poſt Bohemorum hæreſes* , *à Concilio Conſtantienſi* 75
damnatas , *deducunt aliqui* , *quod probant* , *quia neque Sanct. Thomas* , *neque alij antiquiores Scholaſtici* , *eiuſmodi Conſtitutionis meminère. Verum Tolet. lib.* 1. *cap.* 18. *refert* , *in Bibliotheca Vaticana*

re-

reperiri ſimiles proceſſus Gregor. XI. qui
76 † *vixit anno* 1370. *atque hoc antiquior*
77 *Clem. V. qui* † *creatus eſt ann.* 1305. *& obijt ann.* 1315. *teſtatur Clement.* 1. *de Iudic. Romanos Pontifices ſolitos fuiſ-*
78 *ſe, ſolemnibus* † *anni diebus, quoſdam proceſſus generales facere, quod ipſum dixerat Bonifac. VIII. eius deceſſor in Conſtitutione, cuius rigorem temperat Clement. de citationibus, inſtar edictorum Prætoriorum factis, etiam extra dies ſolemnes, in quibus Romani Pontificis proceſſus generales facere conſueuerunt. Obſeruat vero gloſ. ibidem in verbo ſolem-*
79 *nes, hos proceſſus factos fuiſſe* † *die Cœnæ Domini, die Aſcenſionis, & menſe Nouembri, die dedicationis Baſilicæ Sancti Petri, ait præterea in verbo Generales, hos proceſſus fuiſſe contra hæreticos, contra deferentes arma Sarracenis, Piratas, imponentes noua pedagia, falſantes literas Apoſtolicas, & ſimiles, contra quos omnes Bulla Cœnæ ſolet promulgari; lapſu deinde temporis deſierunt fieri frequentes illi proceſſus, & ſemel tantum in an-*
80 *no, feria quinta* † *maioris hebdomadæ, publicari; quod ſuo tempore factitatum refert Cardinal. in cap. Quod olim, de Iudic. & Antonin. 3. part. titul. 25. cap. 72. de tempore Martini V. cuius proceſſum ibidem refert cum hoc titulo.* Proceſſus annualis, qui fit annuatim in Curia in Cœna Domini. *Hoſtienſ. titul. de crimin. falſi, §. Qualiter committatur, videtur quoque meminiſſe huius Bullæ, dum ait, falſantes literas Apoſtolicas quidpiam diſtrahendo, aut addendo incurrere ex ipſo facto excommunicationem, Sedi Apoſtolicæ reſeruatam, ex Canone facto in Curia, qui Canon ſanè alius non eſt, quam hic proceſſus Curialis ſiue Conſtitutio. Vnde fit, vſum huius Bullæ antiquiorem eſſe Clement. IV. & Vrban. IV. quandoquidem Hoſtienſis*
81 † *vixit ſub Innocent. IV. Alexand. IV. circa annum* 1254. *Verum quiſquis primus hunc vſum induxerit, conſtans hodiè eſt, & ſingulis annis eiuſmodi proceſſus publicantur, qui cum ſint generales, non indigent ſpeciali citatione, & nomine Bullæ ſignificantur.* Hęc Gibalin. Adde Bullas Vrban. V. incip. *Apoſtolicæ, pagin.* 282. *Iul. II.* incip. *Conſueuerunt, pagin.* 516. Paul. III. incip. Similiter. *Conſueuerunt, pagin.* 714. *tom.* 1. *Bullar.* Gregor. XIII. & Paul. V. *ſupra* adductas, P. Fragoſ. *à numer.* 1. Suoſ. *ante cap.* 1. *à numer.* 1. & 6. Lezan. *dict.* verbo *Bulla Cœnæ, à num.* 1. Duard. *dict. lib.* 1. *cap.* 4. *quæſt.* 1. *num. fin. locis citatis.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop.* 3. *p. alleg.* 50. *n.* 55.

Ex quibus iam omnino apparet, Bullam † Cœnæ ab initio & abſolutè, non 82
dici perpetuam, quia ſemper pro tempore determinato & limitato proferebatur, ſicut hodie profertur; & ſolum poſt Pij V. ſtatutum, dici poſſe perpetuam ſecundum quid, quatenus ab eo, & Pontificibus ſucceſſoribus decretum eſt, vltimam Bullam Cœnæ durare, donec alia noua promulgetur. Igitur minus rectè inferebat Auctor Reſponſi, id procedere, quia prędictæ Bullæ præponebatur titulus ille, *Ad futuram rei memoriam*, & non alius *Ad perpetuam rei memoriam.*

Immo fortiter ſic contra illum inſurgo, & retorqueo argumentum. Bulla † Cœnæ Martini V. qui *anno* 1417. ad 83
Pontificatus culmen aſcendit, & *ann.* 1431. obijt; continebat particulam illam, *Ad perpetuam rei memoriam*, probant D. Antonin. 3. *p. Summ. tit.* 24. *cap.* 72. Silueſt. *in Summ.* dict. verbo *Excommunicatio* 7. *num.* 76. illic: *Prædicta omnia recitata de proceſſu Curiæ, etiam hodiè tenent, quia Martinus ſtatuit ea* Ad perpetuam rei memoriam, *& in fine, ſuum proceſſum appellat*, Conſtitutionem. Pat. Fragoſ. *vbi ſupra num.* 3. P. Gibalin. *dict.* verſic. *Inter cenſuras*; Ergo ante Pium V. qui † coronatus fuit *anno* 1566. fe- 84
re per centum & quinquaginta annos, Bulla Cœnæ erat neceſſario perpetuo valitura, in Ignoti ſententia, quia continebat clauſulam *Ad perpetuam rei memoriam*; Ad quid ergo fuit neceſſaria Pij extenſio: *Y fue neceſſario*, inquit, *que Pio V. la eſtendieſſe vſque ad nouam publicationem, ſupra num.* 9.

Nec obſtat Petrus Rebuff. *ad Bullam Cœnæ Domini*, verbo *Ad futuram, pagin.* 301. ab Accacio citatus, dicens † Bul- 85
lam continere verba illa *Ad futuram rei memoriam*, quia reſpondetur, illum non loqui de Bulla Martini V. ſed de alia nempe Paul. III. cum illis verbis expedita, nec probat quod ſupponit, & ex hucuſque adductis facilè eius ſuppoſitum reijcitur, & probatur oppoſitum; ſuppono † enim, hanc Bullam à nouo 86
ſemper Pontifice Summo edici, variè tamen, aliquando præpoſita dictione *Ad futuram rei memoriam*, vt patet *in*

Bul-

Bullis Iulij II. Paul. III. aliquando illa alia *Ad perpetuam rei memoriam*, vt *in Bullis* Martini V. Gregor. XIII. Paul. V. & aliorum. Item ſi Bulla Cœnæ ſecundum Reſponſum, perpetuata fuit per aliam, à Pio V. latam, ad quid iterum, atque iterum Gregor. XIII. & Paul. V. ediderunt ſuas, cum relata clauſula, *Ad perpetuam rei memoriam*, & quomodo Doctores *ſupra* adducti adhuc poſt illas, defendunt; hanc Bullam eſſe *ab homine*, & non *à iure*, vt vidimus?

Illud denique in dicto Conſilio reſolutum, nempe, Bullam Clement. IX.
87 ad Miſsionibus † occupatos ſpectare, non ad Doctrinarios & alios, omnino falſum eſt, penituſque reprobatum iudico, relatis ſolum verbis præfatæ Apoſtolicæ Conſtitutionis, poſt vltima, ex eadem *in dict. Conſilio* adducta, proximè ſequentibus, ibi: *Debaxo del nombre de Miſsioneros, ò con otro qualquier titulo, ò que reſidieren en aquellas partes, en qualquier manera.* Adde Bullam Paul. V. de qua *ſupra num.* 32. in illis verbis: *Ac Eccleſiarum Parochialium Rectores, aliæque perſonæ Eccleſiaſticæ.*

88 Limitatio † tandem *ibidem* relata, ex P. Bordon. illic: *Niſi data neceſsitate ſeipſos, vel parentes ſuſtentandi*; ante dictam Conſtitutionem procedebat, vt tradidi *ſupr. Cap. 75. num. 37.* cum P. Molin. P. Leſſ. P. Bordon. Gabriel. à Sanct. Vincent. Graſſ. Redoan. Villalob. Barboſ. Marcabrun. & D. Tap. poſt illam vero non poteſt admitti (niſi vt *vt ibidem* limitaui *num.* 38.) quæ ita decidit: *Y por quanto los que delinquen en lo referido y cerca de ello, preſumen eſcuſarſe muy mucho, con el pretexto de neceſsidad, por ſus Miſsiones, determinamos, y declaramos, que ſemejantes eſcuſas de ninguna manera puedan, ni deban ſufragarles à ellos, ò à qualquiera de ellos.* Vt *ibidem* retuli; Quæ ad euacuandam dictam limitationem, addita fuere, *dict.* Bull. Paul. V. illic: *Sub prætextu quod reddittus ſufficientes ad eorum congruam ſuſtentationem non habeant*; debentque ſuum
89 effectum operari, cum † nulla clauſula, dictio, aut verbum, ſine virtute operandi, vel ſuperfluum eſſe debeat. *l. Si quando* 112. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. *in princip. ff. quod met. cauſ. l.* 1. *in fin. ff. ad munipal. l.* 3. *in princip. ff. de iure iurand. cap. Si Papa in princip. de priuileg. in* 6. gloſſ. *in cap. Si Romanam* 19. *diſtinct.* Bald. *in rubric. Cod. de contrahend. empt. num.* 16. *& in l. Titia, §.* 1. *ff. de legat.* 2. *& conſil.* 51. *lib.* 5. Tiraquell. *de retract. conuenent. §.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 22. Surd. *deciſ.* 64. *num.* 19. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 47. *n.* 17.

Imò neque † ſyllaba vlla, maximè 90
in Bullis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, gloſſ. *in cap. Solitæ*, verbo *Tanquam, de maiorit. & obedient. & in dict. l.* 1. *ff. quod met. cauſ.* vbi Bald. Staphi. *de liter. gratiæ, titul. de vi & effect. clauſ. §.* 1. *num.* 6. Dec. *conſil.* 46. *num.* 2. Crauet. *conſil.* 297. *num.* 4. Simon de Præt. *de interpret. vltimar. volunt. lib.* 2. *interpret.* 3. *dub.* 2. *fol.* 5. Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 1. P. Sanchez *de matrim. libr.* 3. *diſput.* 26. *num.* 6. *in fin.* D. Caſtill. *controu. lib.* 4. *cap.* 38. P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 76. *in fin.* D. D. Franciſc. de los Herreros *in alleg. iur. cum Capitulo Eccleſiæ Cordubenſ. ſup. expenſis adminiſtrationis decimar. n.* 34. D. Porres Enriquez *in alleg. iur. pro Marchioniſſa de Alcañizas ſuper ſolutione dimidiæ Annatæ, gratiæ de Grande, numer.* 17. Senator illuſtriſsimus, nobilitate pariter, & integritate, ac omnigena Iuriſprudentiæ & eruditionis ſapientia præſtantiſsimus, multis ſemper, & vbique nominibus laudandus, à me maximè & venerandus, D. D. Benedictus Trelles, Marchio de Torralbi, glorioſa in Ouetenſi Salmantino Maiori Collegio proles, ex quo iam ad Neapolitanas res bene gerendas aſſumptus miſſuſque, ac Hiſpaniæ deinde poſtliminio redditus & reſtitutus merito, è Supremo tandem Italico Senatu ad Caſtellę & Cameræ Conſeſſum, examini voto adlectus Conſiliarius, *in doctiſſ. iuris allegat. pro antiquiori vxore Illuſtri Domna Theodora Carrillo & Albornoz, Marchioniſſa de Torralba* (quam ſorte ſuperna in primo fontis lauacro ſpiritualem aſſequutus fui matrem) *cum Comite de Bonorba ſuper* Feudis, *artic.* 2. *ſub num.* 129. in cuius fœlici nomine, ac tanta aurea claue hæc de illicita Eccleſiaſticorum negotiatione clauditur diſceptatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores Iudices dantur ad tuendos aliquos, contra manifeſtas iniurias.& n.2.*
3 *Item contra vſurpantes & inuadentes Regularium bona.*
4 *Verbales iniuriæ qualificatæ, ad Iudices conſeruatores ſpectant.*
5 *Conſeruatores Iudices non admittuntur in Regno Valentiæ.*
6 *Papa ſolus concedit Iudices conſeruatores Regularibus.*
7 *Princeps ſæcularis aſsignat ſimiliter Iudices conſeruatores.n.65.*
8 *Princeps Supremus poteſt laicum conſeruatorem, contra laicum concedere.*
9 *Item Eccleſijs & Eccleſiaſticis aſsignare poteſt conſeruatores, etiam Clericos; ſed eos ad id non poteſt cogere. & n.10.*
11 *Contra Clericos vero vel Eccleſias non dat.*
12 *Princeps ſæcularis eſt conſeruator ſuorum vaſſallorum.*
13 *Eſt defenſor & protector Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum.*
14 *Conſeruator à Papa datus eſt maior omni Ordinario & Delegato.*
15 *Poteſt Ordinarijs & Delegatis inhibere.*
16 *Conſeruator eſt Delegatus Iudex, non Ordinarius.*
17 *Religiones plures gaudent conſeruatore; veluti.*
18 *Caſsinenſes Monachi de Padua.*
19 *Canonici Regulares Lateranenſes.*
20 *Quatuor Ordines Mendicantes.*
21 *Monachi Congregationis B.Mariæ Montis Oliueti.*
22 *Monachi Camaldulenſes.*
23 *Fratres B.Mariæ de Mercede.*
24 *Fratres Minimi S.Franciſci de Paula.*
25 *Clerici Regulares S.Pauli Decollati.*
26 *Clerici Regulares Societatis Ieſu.*
27 *Equites Sancti Ioannis Hieroſolymitani.*
28 *Religiones aliquæ ex communicatione priuilegiorum nominant conſeruatores Iudices.*
29 *Mendicantes communicant ad inuicem priuilegia.*
30 *Regulares aliarum Religionum, an poſſint vti priuilegijs, quæ à Patre Generali Societatis aſsignatis, concedi ſolent?*
31 *Religiones Indiarum, an communicent priuilegia?*
32 *Communicatio priuilegiorum, an extendatur ad pœnas?*
33 *Communicatio priuilegiorum non extenditur ad exemptionem à decimis.*
34 *Conſeruatores ius communi, tantum de iniurijs & violentijs manifeſtis cognoſcunt.*
35 *Conſeruatoria non poteſt ad alios caſus, vel perſonas extendi.& n.42.*
36 *Conſeruatores ſolent ſæpe excedere & extendere ſuam iuriſdictionem.*
37 *Conſeruatores dati ad tollendas iniurias, ſolent eas inferre.*
38 *Conſeruatores excedentes poſſunt ab Ordinarijs, etiam cenſuris Eccleſiaſticis, puniri.*
39 *Geſta præter conſeruatoriam ſunt nulla.*
40 *Conſeruatores non poſſunt cognoſcere de nullitate, ab eis commiſſa.*
41 *Conſeruatoris iuriſdictio non poteſt prorogari de partium conſenſu.*
43 *Conſeruatoribus, ex nouis Conſtitutionibus, amplior facultas indulta erat.*
44 *Poterant de cauſis ciuilibus & criminalibus cognoſcere.*
45 *Hodiè ex Bulla Gregorij XV. cognoſcunt, quando Regulares ſunt rei; non quando ſunt actores.& n.60.66.67.*
46 *Limitatur, quando datur iniuria, vel violentia manifeſta.& n.69.70.*
46 *Gregorius XV. reuocauit omnes conſeruatorias, ante ipſum conceſſas, iuſſitque tantum ſeruari contentum in ſua Conſtitutione.& n.48.*
49 *Qui valeant conſeruatoris munus exercere ex hac Conſtitutione. & numer. 51.*
50 *Conſeruatores eligendi debent eſſe Iudices Synodales.& n.54.*
52 *Pœna contra eligentes conſeruatores, & admittentes officium aliter, quam ſancitum eſt, in præfata Conſtitutione. & n.53.*
55 *Ordinarius qualiter ſubſtituere debeat Iudices in locum decedentium, ex electis in Synodis.*
56 *Conſeruatorum electio debet Ordinarijs notificari, & intra quod tem-*

tempus. & numer. 57.
58 *Regulares conueniuntur coram Ordinario, non data legitima conseruatoris electione.*
59 *Conseruatores legitimè electi, intra quinquennium sine causa, non possunt amoueri seu mutari.*
61 *Conseruatores extra Ciuitatem vel Diœcesim non possunt procedere.*
62 *Competentia inter conseruatorem & Ordinarium mota, nullus procedit, donec decisa fuerit contentio.*
63 *Pœna conseruatoris excedentis à sua iurisdictione, refertur.*
65 *Regulares possunt à Principibus sæcularibus Conseruatores petere, in casibus permissis. & n.* 7. *cum seqq.*
68 *Gregorij XV. Constitutio Religionem Hierosolymitanam non afficit.*
71 *Scholares Salmanticenses & alij, Regularibus iniuriam inferentes, coram Academiæ Conseruatore conueniuntur.*
72 *Ex duobus Conseruatoribus diuersarum Religionum, procedit, qui præuenit.*

ARGVMENTVM.

DE Iudicum Conservatorum, Regularibus indulgeri solitorum, iurisdictione & potestate, disseritur; afferturque noua Gregorij Papæ XV. in hanc rem nuper edita Constitutio.

CAP. LXXVIII.

PAssim solet in his Indiarum Prouincijs, de Regularium Conseruatorum potestate, ac iurisdictione esse contentio; ideò nonnulla de hac materia, & quæ his Regnis specialia videntur, in medium proferre duxi. Itaque Conseruatores † 1 dicuntur Iudices à Papa assignati, ad tuendum aliquos, contra iniurias & violentias manifestas, iudiciali non vtentes indagine, ita colligunt omnes Doctores, *ex cap.* 1. *in fin. de offic. & potest. Iudic. delegat. in* 6. *Sanct. Tridentin. Concil. sess.* 14. *de Reform. cap.* 5. *l.* 1. *& seqq. tit.* 8. *lib.* 1. *Recop. l.* 1. *& seqq. tit.* 8. *lib.* 1. *Summ. legum Indicar.*

2 Hanc materiam latè exornant † & referunt Ioann. Andr. *in dict. cap.* 1. *column.* 2. vbi Monach. *num.* 1. Ancharran. *num.* 5. Franc. *num.* 7. Speculat. *tit. de Iudic. Delegat. §. Excipi potest. num.* 24. Nauarr. *in manual. cap.* 27. *num.* 125. Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 1. *Ordinam.* Sylvest. *in Summ.* verbo *Conseruator, num.* 1. Iacob. Spiegel. *in lexic. iur.* eodem verbo, Petr. Gregor. *lib.* 47. *syntagm. cap.* 22. *n.* 26. Frat. Ludou. Mirand. *in Manual. Prælat. tom.* 2. *q.* 47. *art.* 1. Emm. Rodr. *tom.* 1. *Regular. q.* 65. P. Azor. *instit. Moral. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 35. *q.* 1. 7. & 13. P. Molin. *de iustit. tract.* 5. *disp.* 29. Salced. *ad Bernard. Diaz in prax. crimin. cap.* 3. *§. Sed dubium.* P. Suar. *tom.* 5. *in* 3. *p. disp.* 31. *sect.* 3. *n.* 17. P. Sanch. *cons. Moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 5. *à n.* 11. Mandos. *de signat. gratiæ, tit. de conseru.* Frat. Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 10. Ioann. Franc. Leo *in Thesaur. for. Eccles.* 2. *p. cap.* 3. *n.* 102. & *seqq.* Azeued. *in d. l.* 1. *& seqq. tit.* 8. *lib.* 1. *Recop.* Ioann. Gutierr. *practicar. lib.* 3. *q.* 9. Laurent. Portell. *in dub. Regul.* verb. *Conseruator,* Laurent. Peyr. *tom.* 2. *priuileg. in Constit.* 5. *Gregor. XV. §.* 1. *à princ.* Hieron. Rodr. *in compend. quæst. Regul. resolut.* 33. Caued. *diuersor. iur. argum. lib.* 3. *cap.* 18. Farinac. *cons.* 68. *n.* 20. Ioann. Aloys. Ricc. *collect.* 899. *& in decisionib. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.* 258. *p.* 2. Ioann. Anton. Massobr. Ioann. Petr. Moneta, Erasm. Cochier. *in particularib. tract. de Conseruator. editis,* Marcell. Vulpe *in prax. Iudic. for. Eccles. cap.* 12. Cardos. *in prax. Iudic. & Aduocat.* verbo *Conseruator,* Hieronym. Zeuall. *commun. contra commun. q.* 897. *à numer.* 696. *& in tractat. de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæst.* 20. *à num.* 1. *&*

q.

q. 11. n. 1. Decian. *lib. 5. crimin. cap. 32. n. 9.* Seraphin. Freytas *in Scholijs ad Bull. VI. Benedict. XIII. fol. 72. Bullar. ſui Ordin. B. Mariæ de Mercede*, Sayr. *in florib. deciſion. tit. de offic. Delegat. deciſ. 1.* Barboſ. *ad Concil. Trid. in d. cap. 5. à n. 1. & de offic. & poteſt. Epiſc. 3. p. alleg. 106. à princ. & in d. c. 1. de off. & poteſt. Iudic. Delegat. in 6. n. 7. & in Sum. deciſion. Apoſtolic. collect. 216.* D. Solorzan. *de Indiar. Gubernat. lib. 3. cap. 26. à n. 111.* D. Salgad. *de Reg. protect. 1. p. cap. 1. prælud. 2. n. 27. & 2. p. cap. 10. n. 67. & de ſupplic. ad Sanctiſſ. 2. part. cap. 11.* D. Valençuel. *conſ. 84. à n. 1.* Narbon. *ad l. 60. tit. 4. lib. 2. Recopil. num. 78.* Pereyr. *deciſ. 118. à num. 15.* Aluar. Valaſc. *conſult. 152.* Campanil. *in diuerſor. iur. Canon. rubric. 12. cap. 13. num. 26.* Ioann. Maria Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Conſeruatores*, Ioan. Anton. Nouar. ipſius frater, *in Summ. Bullar. tit. de Conſeruator.* P. Baptiſt. Fragoſ. *de Regimin. Reipublic. 2. p. lib. 4. diſput. 12. à n. 1. & 23.* Sorbus *in compend. priuileg. Mendicant.* verbo *Conſeruatores*, Mendez à Caſtro *in prax. p. 2. libr. 2. cap. 3. à num. 23.* Ioann. Maria Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Clericor. perſon. §. 2. à n. 5.* Bartholom. Gauant. *in Manual. Epiſcop.* verbo *Conſeruatores*, *à num. 1.* Pareja *de inſtrumentor. edit. tit. 2. reſolut. 5. n. 15.* Themudo *deciſ. 260. n. 18. & deciſ. 270. n. 4. p. 3.* Aſcan. Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. diſput. fin. per tot.* Magiſt. Ioann. Baptiſt. Lezan. *quæſt. Regular. tom. 1. p. 1. cap. 3. n. 11. & part. 2. cap. 10. à num. 1. & conſult. 40. à n. 77. tom. 4.* P. Anton. Quintanaduen. *tom. 2. ſingul. tract. 5. ſing. 14. à n. 3. & tractat. 6. ſingul. 12. num. 3.* D. Villarroel *en el Gouiern. Eccleſiaſt. q. 6. art. 13. à n. 15.* P. Auendañ. *in Theſaur. Indic. tit. 4. à n. 56.* Reyna *de perfect. Prælat. tom. 1. lib. 2. tractat. 2. cap. 8.* Ioann. Paul. Xammar. *de offic. Iudic. 1. p. quæſt. 14. num. 25.* Rota apud Poſth. *deciſ. 374.* Cardin. Lugo *reſponſ. Moral. lib. 4. dub. 38. num. 3.* D. Palafox *in defenſ. Canonic. ſobre las licencias para predicar y confeſſar 5. part. num. 38.* P. Mendo *de iur. Academic. lib. 1. à num. 516.* D. Frances de Vrtutigoit. *de intruſion. quæſt. 73. num. 2. & in Paſtoral. 1. p. clauſ. 4. num. 3. & clauſ. 10. num. 17. & 2. part. q. 26. n. 4. & de compet. q. 6. n. 24.* Sim. Barboſ. *in repertor.* verbo *Conſeruator*, March *vbi infr. à n. 1.* Emm. Aluar. Pegas *ad Ordin. Portug. tom. 3. lib. 1. tit. 9. §. 12. n. 41. gloſſ. 14.*

Item dati contra vſurpantes † & invadentes Regularium, vel aliorum bona, Alexand. Sperell. *deciſ. 8. num. 44.* Salced. *ad Diaz vbi ſupra* verſic. *Nota*, vbi ita deciſum tradit; vel eoſdem iniuria † verbali qualificata & notoria, iniuriantes, atque offendentes, Zeuall. *de cognition. per viam violentiæ, 2. part. quaſt. 59. num. 18.* Don Nicol. Fernandez de Caſtro *en ſu Portugal conuencida, 1. part. cap. 7. ſect. 1. cum ſeqq.* Dom. Solorzan. *dict. cap. 26. num. 119. & ſeq.* D. Vrrurigoit. *de intruſion. dict. quæſt. 73. num. 40.* In Regno vero Valentiæ † Conſeruatores Iudices non admitti, ſupponit doctiſ. D. D. Laur. Matheu & Sanz *de Regimin. Valent. c. 7. §. 1. n. 200.* 4 5

Hos Conſeruatores † Iudices, ſecundum Canonicas ſanctiones traditas, ſolus Papa poteſt concedere, vt benè indicant *d. cap. 1.* illic: *Concedimus. & cap. fin.* ibi: *A Sede Apoſtolica conceduntur*; notant Diu. Antonin. *in Summ. 3. part. titul. 9. cap. 4. & titul. 34. num. 37.* Zeuall. *in dict. tract. de cogn. per viam violent. 2. p. q. 26. n. 10.* Rota apud Poſth. *poſt tract. de manuten. deciſ. 635. à n. 14.* P. Sanchez *conſil. Moral. lib. 6. cap. 9. dub. 6. num. 4.* Rodrig. *d. quæſt. 65. art. 2. in princip.* P. Azor. *dict. cap. 34. quæſt. 6.* Moneta *de conſeruat. cap. 4. quæſt. 1. à num. 3. cum ſeqq.* Portell. *num. 1.* Hieron. Rodrig. *n. 2.* Mirand. *art. 1. locis vbi ſupra*, Barboſ. *d. allegat. 106. n. 7. & d. cap. fin. n. 3.* D. Villarr. *d. art. 13. n. 16.* 6

Licet, ſuo † modo, ſecularis Supremus Princeps poſsit etiam conſeruatores deputare. *d. cap. fin.* ibi: *Regibus & Reginis, qui ſicut dignitatis altitudine præminent; ſic prærogatiua gratiæ ipſos conuenit anteferri, dumtaxat exceptis*; Bull. Gregor. XV. *infr.* tradita *num. 45. 60. 66. 67.* notant, Rebuff. *de priuileg. Scholar. priuileg. 161. num. 3.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 19. à num. 86.* Emman. Rodriguez *dict. quæſt. 65. artis. 1.* Monet. *dict. cap. 4. à num. 32.* vbi *n. 35.* ait, quod poteſt dare conſeruatorem † laicum contra alios laicos, & *n. 37.* quod poterit dare † Clerico & Eccleſię conſervatorem, ex Speculat. *tractat. de mod. celebrand. Concil. Genral. rubric. 40. & n. 48.* quod etiam eligit Conſeruatorem † Clericum contra laicos, vbi contrarijs reſpondet; addit tamen *num. 41.* quod ad id nō poterit Clericus cogi; Non vero poterit dare † contra Clericum & Eccleſiam conſeruatorem, vt late *ibi à n. 42.* Ego nihilominus limitarē, iuxta tradita *Cap. 41. per tot.* Princeps † enim 7 8 9 10 11 12

ipſe

ipſe aduerſus iniurias & violentias manifeſtas eſt Conſeruator ſuorum vaſſallorum, vt *ibidem* latè tradidi & docet Dom. Salg. *dict. num.* 77. eſtque defenſor † & 13
Protector Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum, dixi *Cap.* 16. *num.* 7. adde Zeuall. *de cogn. per viam viol.* 1. *p. gloſſ.* 6. *num.* 62. & 2. *p. q.* 20. *n.* 21. Bobad. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 154. Flor. de Men. *var. lib.* 1. *q.* 12. *n.* 8. D. Palaf. *vbi ſupr.* 4. *p. n.* 28. contemporarium, & amicum noſtrum doctiſ. Don Ioſeph. de Ledeſm. *in alleg. iur. por la inmunidad de la Igleſia, y por Doña Angela* Knoler, *ſobre la muerte de Bernardino Buſier, num.* 53.

14 Vnde Conſeruator † à Papa datus, quia eſt maior omni Ordinario & Delegato Eccleſiaſtico, *cap. Paſtoralis* 11. *§. Præterea, de offic. ordin. cap. Significaſti* 7. *cap. Sanè* 11. *de offic. & poteſtat. iudic. delegat. cap. Paſtoralis* 28. *§. Quia verò, eod.* Fachin. *contr. lib.* 12. *cap.* 84. P. Molin. *de iuſtit. tract.* 5. *diſp.* 26. Gratian. *diſcept. for. cap.* 111. *à num.* 65. Claper. *cent. cauſ. Fiſc. cauſ.* 8. *q.* 1. *num.* 20. Cochier. *tom.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *num.* 19. Manifeſt. ſeu Defenſor. *pro iuſtific. Tribun. S. Inquiſ. Mexicanæ cum D. Archiep. Bugueiro, ſuper priuileg. & exempt. n.* 46. P. Sanch. *vbi ſupr.* poteſt
15 eiſdem † rectè inhibere, Macerat. *deciſ. Papiæ* 17. *p.* 1. Ricc. *d. collect.* 899. Martin. Maguer. apud D. Solorç. *dict. cap.* 26. *num.* 112. Vela *in cap.* 1. *de offic. ordin.* 2. *p. num.* 74. P. Fragoſ. *d. diſp.* 12. *num.* 43. Delben. *de immun. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 14. *ſect.* 11. *num.* 5. D. Bolero *de decoct. debitor. Fiſc. tit.* 2. *q.* 4. *ſub num.* 1. Eſtque verè
16 Delegatus, non † Ordinarius, vt omnes ſuperius traditi notant, Guid. Papa *deciſ.* 18. & *deciſ.* 247. Add. vbi Accac. Ripoll. *var. cap.* 1. *num.* 47. Macerat. *lib.* 1. *var. reſol.* 16. *num.* 4. Valaſc. *d. conſult.* 152. *num.* 6. P. Fragoſ. *vbi proximè n.* 2. Narbon. *in dict. leg.* 60. *à num.* 71. Parej. *dict. reſol.* 5. *num.* 15.

His ergo Iudicibus Conſeruatoribus
17 quamplures gaudent † Religiones & Congregationes, ex ſpecialiſsimis conceſsionibus, à Sancta Romana Sede obtentis, veluti Caſinenſes † Monachi de
18 Padua Ordinis S. Bened. *ex Bul.* Eugen. IV. incip. *Militanti Eccleſiæ, §.* 3. *pag.* 346. & *pag.* 451. *tom.* 1. *Bullar.* Canonici Re-
19 gulares † Lateranenſes *ex Bul.* Sixt. IV. incip. *Dum ad vniuerſos, pag.* 415. *§.* 22. *eod. tom.* eandem facultatem & priuilegium conceſſiſſe hunc Pontificem quatuor

† Ordinibus Mendicantibus, ex Caſarr. 20
in comp. priuil. Mendic. verbo *Conſeruatores Ordinum, num.* 1. & Rodrig. *d. quæſt.* 65. *art.* 3. tradit Lezan. *d. cap.* 10. *n.* 3.
Monachi † Congregationis B. Mariæ 21
Montis Oliueti, *in Bul.* Iulij II. incip. *Militanti Eccleſiæ, pag.* 482. Monachi † Ca- 22
maldulenſes *in Bul.* Leon. X. incip. *Etſi, pag.* 536. *§.* 52. Fratres † Ordinis B. Ma- 23
riæ de Mercede, *in Bul.* Greg. XI. *fol.* 52. Benedict. XIII. *fol.* 70. & Alex. VI. *fol.* 119. *Bullar. eiuſdem Ordinis.* Fratres † 24
Minimi S. Franciſci de Paul. *in Bul.* Clement. VII. incip. *Conqueſtionem, pag.* 652. Clerici Regulares † S. Paulì Decollati, 25
in Bull. Iul. III. incip. *Ad hoc nos Deus, pagin.* 789. *eod. tom.* 1. Patres † Societatis 26
IESV. *in Bull.* Greg. XIII. incip. *Æquum reputamus, pag.* 361. *tom.* 2. de qua agit amicus noſter D. D. Gines. Morote iam Mexicanus Senat. *in alleg. iur. pro creditor. in cauſ. falliment. Colleg. S. Hermereg. Hiſpalenſ. num.* 7. Monet. *de conſeru. cap.* 2. Carrill. *in defenſ. pro D. Epiſcop. Paraq. diſc.* 4. *num.* 10. *fol.* 58. Equites † San- 27
cti Ioannis Hieroſolymitani *in Bulla* Pij IV. incip. *Circunſpecta, pag.* 9. *§.* 41. *eod. tom.* 2. Barboſ. *dict. alleg.* 106. *ſub num.* 7. & *d. collect.* 216. *à num.* 2. & *in collect. Bullar.* verbo *Conſeruator, in princ. cum §§. ſeqq. & alij.*

Et quamvis aliquæ Religiones ſpecificè † non habeant indulta eligen- 28
di ſibi Conſeruatores, nihilominus ipſos rectè nominant & eligunt, ex communicatione priuilegiorum cum alijs, ea habentibus, ita deciſum à Sacra Concilij Congregatione, *die* 12. *Septembris* 1620. referunt Aldan. *in compend. Canonicar. reſolut. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 11. Ioann. Mar. Nouar. *dict.* verbo *Conſeruatores, num.* 7. Barboſ. *d. allegat.* 106. *n.* 7. & *dict. collectan.* 216. *numer.* 11. & *in dict. cap.* 5. *Concilij, num.* 4. & *dict.* verbo *Conſeruator, §.* 11. Pat. Suarez *de legib. lib.* 8. *capit.* 16. Mirand. *dict. tom.* 2. *quæſt.* 46. *art.* 1. Rodrig. *dict. tom.* 1. *quæſt.* 55. *art.* 1. alter Rodrig. *reſol.* 116. *à n.* 38. Bellet. *dict. §.* 2. *à num.* 5. Tamburin. *dict. diſputat. vltim. quæſito* 1. *num.* 9. Domin. Palafox *dict.* 5. *part. numer.* 21. vbi quod Mendicantes † communicant ad inuicem 29
priuilegia, quibus addendi ſunt Frat. Paulin. Bertus *in prax. criminal. Regular. tit.* 4. *cap.* 29. *num.* 39. Confect. *in ſumm. priuileg. Mendicant. tit.* 3. *cap.* 5. Sorbus *vbi ſuprà.* verbo *Communicatio priuilegiorum,*

rum, P. Dian. 5. *part. moral. tract.* 13. *re-*
30 *ſolut.* 46. vbi quærit, an Regulares † aliarum Religionum vti poſsint priuilegijs Societatis IESV, quæ conceduntur aſsignatis tantum à Patre Generali? Et reſpondet affirmatiuè, cum Cœleſtino *in compend. Theolog. moral. tract.* 8. *cap.* 15.
31 De communicatione priuilegiorum † Religionum in Indijs tradit aliqua P. Auendañ. *in Theſaur. Indic. tit.* 12. *à num.* 131. *& à num.* 153. *& in Auctar.* 3. *part. à numer.* 167. & ante eum, Frat. Franciſc. de Herrera Commiſſar. General. Peruan. Ordin. S. Franciſc. *in allegat. iurium pro exempt. Religion. fol.* 13. & an, & quan-
32 do † communicent quoad pœnam, priuilegia, inuenies apud P. Bordon. *tom.* 2. *reſol.* 52. *quæſt.* 34. Pat. Pellizzar. *in manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 1. *numer.* 48. an autem Priores Ordinum Militarium communicent ad inuicem indulta & priuilegia, P. Mendo *de Ordin. Militar. diſquiſ.* 7. *num.* 126. affirmat, & licet eum impugnet Pat. Gabr. de Henao *de ſacrific. Miſſæ, part.* 2. *diſput.* 27. *à num.* 75. ab ipſius argumentis ſe defendit, *in ſtater. opinion. diſſert.* 13. *quæſt.* 21. *à num.* 307.

Aduerte tamen, communicationem
33 priuilegiorum non extendi † ad exemptionem à ſolutione decimarum, niſi expreſſa de hac re mentio fiat, quia huiuſmodi communicationes non extenduntur ad ea, quæ non ſolent concedi, vel ſaltem cum magna difficultate conceduntur, maximè cum reſultet tertij præiudicium, Rot. apud Tamburin. *poſt tract. de iur. Abbat. tom.* 3. *deciſ.* 89. *per totam.* & apud Tondut. *poſt tract. de penſionib. deciſ.* 28. *numer.* 8. idem Tondut. *reſol. benef. part.* 1. *cap.* 101. *num.* 7. idem Tambur. *tom.* 1. *de iur. Abbat. diſp.* 15. *quæſito* 18. *à n.* 38. Caualer. *deciſ.* 247. *num.* 10. *& deciſ.* 101. *num.* 3. Noguer. *allegat.* 39. *num.* 17. Barboſ. *de offic. Paroch. cap.* 25. *num.* 9. & *de iur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 9. & *in cap. Nuper, num.* 41. *de decim.* Caren. *reſolut. forenſ. reſol.* 245. *numer.* 4. *&* 10. Don Gabr. de Eſpinoſa Ribadeneyra, ex primarijs doctus Matritenſis Aduocatus *in allegat. iur. por el Conde de Peñaranda, Comendador mayor del Orden de Calatraua, con algunos Caualleros del miſmo Orden, ſobre la paga de diezmos de bienes patrimoniales, numer.* 40. vbi præter Noguerol, & Barboſ. à nobis laudatos, adducit Farin. *deciſ.* 214. *num.* 5. & Coccin. *deciſ.* 279. *num.* 2.

Iure communi † Conſeruatores iſti, 34
ſolum de iniurijs & violentijs manifeſtis, ſecundum formam *in dict. cap.* 1. *& fin. de offic. iudic. deleg. in* 6. cognoſcebant, vt *ibidem* ſcribentes notant, & alij plures apud Barboſ. *dict. allegat.* 106. *numer.* 16. Tambur. *d. tom.* 3. *diſp. vltim. quæſito* 2. *num.* 1. Zeuall. *d.* 2. *part. quæſt.* 11. *num.* 1. *& q.* 20. *à num.* 1. Lezan. *d. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 22. *& d. tom.* 4. *conſult.* 40. *à num.* 77. P. Fragoſ. *d. diſp.* 12. *à num.* 1. *&* 23. Nec poterant † Conſeruatoriæ 35
literæ, & ipſi Conſeruatores ad alios caſus ſe extendere, ex natura Delegationis & Delegatorum officij, Anton. de Butr. *in cap.* 1. *de election. in* 6. Valaſc. *d. conſult.* 152. *num.* 4. Vrſill. ad Affict. *deciſ.* 264. *in fin.* Gutierr. *d. quæſt.* 9. *num.* 1. *& ſeqq.* Ricc. *dict. deciſ.* 258. *num.* 5. *&* 7. Fragoſ. *vbi ſupr. à num.* 24. Zeuall. *d. quæſt.* 897. *num.* 722. D. Salgad. *d.* 2. *part. cap.* 10. *à num.* 66. D. Vrrutigoit. *de intruſ. dict. quæſt.* 73. *num.* 9. & *de compet. dict. quæſt.* 6. *num.* 24.

Si verò † extendant, & excedant, 36
vt ſæpè ſolent hi iudices, *dict. cap. fin. §. Vt autem Conſeruatores, limites ſibi traditæ poteſtatis, quos frequenter excedunt*, vbi omnes, P. Auend. *vbi ſupr. n.* 58. Accac. de Ripoll. *var. d. cap.* 1. *num.* 50. qui tradit, quid obſeruet Cathalonia in his caſibus; vndè hos iudices datos ad tollendam vim, ſolere violentias † & iniurias infer- 37
re, ad exemplum alguacellorum, qui ſunt creati ad capiendos malefactores, & ſunt ipſi malefactores & facinoroſi, tradit Zeuall. *d. q.* 897. *à num.* 708. *& d. quæſt.* 20. *in tract. de cogn. per viam violent. num.* 10. *&* 13. à locorum † Ordinarijs etiam cen- 38
ſuris, tanquam Ordinariam turbantes & vſurpantes iuriſdictionem, poterunt puniri, *cap. Dilecto* 6. *de ſent. excom. in* 6. Bonac. *tom.* 3. *de cenſ. diſp.* 18. *punct.* 3. *n.* 2. Frat. Hyacinth. Donatus *rerum Regular. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 17. *quæſt.* 42. *n.* 6. Gauant. *vbi ſupra num.* 22. Lezan. *d. cap.* 10. *num.* 70. corruuntque aliter facta, ſunt † nulla, & poſſunt de eis Ordinarij 39
cognoſcere, *Cap. Cum dilecta* 22. *de Reſcript. l. Si pupillorum* 7. *§. Si Prætor, ff. de reb. eor.* ibi: *Et mea fert opinio, eum qui aliud fecit, quam quod à Prætore decretum eſt, nihil egiſſe, l. Si diligenter* 5. *ff. mandat. leg. Si itaque mandatum* 19. *ff. de iur. iur. leg. Sed etſi ante* 10. *ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* Bald. *conſ.* 51. *lib.* 5. Reginal. *pract. cap.* 42. *num.* 9. Mendez *in prax. d.* 2. *p. lib.* 2.

cap.

cap. 3. *à num.* 1. Pat. Fragoſ. *vbi ſuprà à num.* 46. plura & plures adducens Dom. Valenç. *conſ.* 177. *num.* 40. D. Fermoſin. *in cap.* 1. *de iudic. quæſt.* 30. *num.* 3. latè nouiſ. Aluarez Pegas *reſol. forenſ. cap.* 18. *à num.* 39. Fontan. *deciſ.* 263. *numer.* 9. Giurb. *deciſ.* 96. *num.* 10. Dom. Salgad. *de Reg. protect.* 4. *part. cap.* 3. *num.* 64. *& capit.* 6. *num.* 3. & *in labyr. cred.* 2. *part. cap.* 6. *à num.* 15. *&* 110. D. Giles Pretel *in alleg. iur. pro Don Franciſco Ladron de Gueuara, cum Don Miguel Perez Oliuan, ſuper bonis Don Ioannis de Villanueua, n.* 48. Non tamen 40 poterit de hac nullitate † ipſe conſeruator diſſerere, quia ſiue bene, ſiue male determinet, functus eſt officio ſuo, ita *ex l. Iudex poſteaquam* 55. *de re iudic. leg. Si vt proponis* 4. *C. quomod. & quand. iud.* deciſum tradit Capell. Toloſan. *deciſ.* 38. ex Innoc. *in cap. Cum in literis, de offic. & poteſt. iud. deleg.* Zeuall. *dict.* 2. *part. de cognit. per viam violent. quæſt.* 26. *à numer.* 1. Monet. *vbi ſuprà cap.* 7. *numer.* 37.

Nec etiam de partium conſenſu po- 41 teſt Conſeruatoris † iuriſdictio prorogari, niſi ex Reſcripto aliud conceſſum ſit, Valaſcus *dict. num.* 4. vbi plura, Dom. Valenç. *conſ.* 84. *à num.* 3. *cum ſeqq.* Fragoſ. *vbi proximè*, aut comprehendi in literis 42 perſona † non nominata, *cap. P. & G.* 11. *de offic. iudic. delegat.* Cochier. *de iuriſd. in exempt.* 2. *part. quæſt.* 11. *num.* 2. Mendez *num.* 3. Pegas *num.* 41. *locis vbi ſuprà.*

Nouis deinde priuilegijs & indultis, aliquibus Religionibus, à Sancta Romana Sede conceſsis, Regularium † Con- 43 ſeruatoribus amplior facultas data eſt, vt patet *in Bull.* Clem. VII. Minimis expedita, ibi: *Ne permittatis eoſdem ſuper libertatibus, priuilegijs, indultis, rebus, & bonis prædictis ab eiſdem, & quibuslibet alijs indebite moleſtari, vel eis grauamina vel damna ſeu iniurias irrogari, aut coram quibuſcumque Iudicibus Ordinarijs, vel Delegatit, etiam Apoſtolicis, quauis occaſione vel cauſa, etiam criminali, eoſdem Fratres trahi, &c.* & *in Bulla* Gregor. XIII. pro Ieſuitis, illic: *De quibuslibet moleſtijs, iniurijs, damnis, nunc præſentibus, & futuris,* & alijs latè traditis à Lezan. *d. cap.* 10. *à num.* 22. Tamburin. *d. diſp. vlt. quæſito* 2. *ſub num.* 23. vbi, quod poterant Conſeruatores ex hac Bulla, † cognoſcere de omnibus 44 cauſis ciuilibus, & criminalibus, ſiue eſſent rei, ſiue actores. March *in ſumm. liter. I. reſol.* 140. *num.* 2. Hodie tandem, ex nouiſsima Sanctiſsimi Gregor. XV. Conſtitutione, incip. *Sanctiſsimus*, Conſeruatores Regularium ſolum de eorum cauſis poſſunt cognoſcere, in quibus † ſunt rei, 45 non verò quando ſunt actores, exceptis tamen cauſis & caſibus iniuriarum, † & 46 violentiarum manifeſtarum, ſecundum Sacræ Congregationis declarationem *infrà* tradendam. Audi nunc verba Conſtitutionis præfatæ.

Sanctiſsimus in Chriſto Pater & Dominus noſter, D. Gregorius Diuina prouidentia Papa XV. ex certis rationalibus cauſis, animum ſuum mouentibus, & de voto Venerabilium fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium, Concilij Tridentini interpretum, partim fœl. record. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris ſui veſtigijs inhærendo.

§. 1. *Reuocauit, ac nullas* † *& inualidas decreuit, omnes & quaſcumque iudicum conſeruatorum electiones, nominationes, ſeu deputationes, tàm in vim literarum Conſeruatoriarum, iuxta formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, quam in vim quorumcumque priuilegiorum, perpetuo vel ad tempus, nondum elapſum, Apoſtolica auctoritate conceſſorum, ſeu aliàs quocumque iure vel titulo hactenus factas, pro quibuſcumque Conuentibus, Capitulis, Militijs etiam S. Ioannis Hieroſolymitani, Congregationibus, Collegijs, Ordinibus, Monaſterijs, Hoſpitalibus, aut alijs quibuſcumque pijs, tàm Sæcularibus, quàm cuiuſvis Ordinis, etiam Mendicantium, ſeu Inſtituti vel Societatis, Regularibus locis, quantumvis exemptis, etiam de neceſsitate exprimendis, ſeu illorum perſonis, cuiuſvis qualitatis, ſeu conditionis exiſtant.* 47

§. 2. *In futurum* † *verò Sanctitas ſua hac generali & perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuit & decreuit, vt Iudices Conſeruatores huiuſmodi, ſeu principales, ſiue ſubrogati, eligi, nominari, aut deputari non poſsint, niſi, non ſolum habeant qualitates requiſitas & deſcriptas, in Conſtitutione ſimilis record. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris ſui, quæ incipit* Statutum, *ita vt,* † *vel dignitate Eccleſiaſtica præditi, vel perſonatum obtinentes, vel Eccleſiarum, Cathedralium Canonici exiſtant, ſed etiam* † *in Concilijs Prouincialibus, aut Diœceſanis, iuxta Decretum Concilij prædicti, Iudices electi ſeu deſignati ſint.* 48 49 50

§. 3. *Quodque deinceps* † *literæ conſeruatoriæ per Sedem Apoſtolicam concedendæ, ſupra ſcriptis tantum dirigantur, & ſi* 51

quæ literæ aliter expedientur, illæ ac deputationes huiuſmodi, omniaque ex inde ſequenda, nullius ſint roboris vel momenti.

§. 4. Et nihilominus, qui ſecus quam
52 iuxta formam ſuperius præſcriptam, † Conſeruatores huiuſmodi cum effectu eligere, nominare, ſeu deputare, aut electis, nominatis, ſeu deputatis vti auſi fuerint, Regulares quidem voce activa & paſsiva ſint ipſo iure priuati, adeò, vt habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice conſequi valeant, reliqui vero alijs pœnis arbitrio Sanctitatis ſuæ coerceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monaſteria ac loca huiuſmodi, eorumque perſonæ
53 ac bona, careant Conſeruatore † ad annum, ita vt illorum cauſæ interea coram locorum Ordinarijs dumtaxat cognoſci, ac definiri debeant.

§. V. Cæterùm, † vt latius pateat
54 Conſeruatorum huiuſmodi diligendorum facultas, Sanctitas ſua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, vt in Synodis Prouincialibus aut Diœceſanis, quam plures perſonas ex habentibus qualitates, in prædicta Conſtitutione eiuſdem Bonifacij prædeceſſoris contentas, & alioquin ad id aptas, deſignari procurent, & ſi aliquem interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius † loci cum conſilio Ca-
55 pituli alium in eius locum, vſque ad futuram Prouincalem aut Diœceſanam Synodum.

§. 6. Inſuper Sanctitas ſua inhærendo hac in parte Decreto ſimilis record. Gregor. Papæ XIII. etiam prædeceſſoris ſui, ſtatuit, & ordinauit, vt Regulares † ac per-
56 ſonæ huiuſmodi in Italia infrà duos, extra Italiam verò, infrà ſex menſes à die publicationis in vrbe præſentis Conſtitutionis inchoandos, debeant ſibi eligere & aſſumere Conſeruatores, iuxta formam ſuperius propoſitam.

§. 7. Eiuſque † electionis, ſeu aſ-
57 ſumptionis documentum infrà tempus huiuſmodi, penes acta Curiæ Ordinariorum exhibere & dimittere teneantur, alioquin, eo termino elapſo, quandiu Conſeruatores †
58 ſecundum formam præſentis Conſtitutionis non elegerint, coram eiſdem Ordinarijs conueniantur.

§. 8. Quodque Conſeruatores huiuſmodi ſemel legitimè deputati, niſi ex legi-
59 tima † cauſa, à Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinarijs, prout ijſdem Regularibus & alijs ſupra dictis libuerit, approbanda, durante quinquenio à die deputationis, amoueri, aut mutari nullatenus poſsint, aut valeant.

§. 9. Ad hæc ſtatuit Sanctitas ſua, vt coram ipſis Conſeruatoribus Regulares † ac 60
perſonæ ſupraſcriptæ conueniri quidem aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſsint, ita vt memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares & alij actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in his tantum, in quibus rei extiterint, neque † extra Ciuita- 61
tes ſeu Diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcumque procedere præſumant.

§. 10. Si qua verò inter Iudices Conſeruatores huiuſmodi, & locorum Ordinarios † controuerſia, ſuper competentia iu- 62
riſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedant, donec per arbitros in forma iuris electos, ſuper iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum. Pegas vbi ſuprà d. gloſſ. 14. num. 123.

§. 11 Quod ſi qui Conſeruatores, ſiue in hac parte, ſiue aliàs quomodolibet † 63
ſuos limites exceſſerint, per annum ab officio conſeruatoris huiuſmodi ſuſpenſi ſint, & pars, quæ in hoc fieri procurauerit, ſententiam excommunicationis incurrat, iuxta formam alterius Conſtitutionis eiuſdem Bonifacij prædeceſſoris, quæ incipit: Hac Conſtitutione, quam Sanctitas ſua in omnibus, quæ præſenti Conſtitutioni non aduerſantur, innouauit & innouat.

§. 12. Per hoc tamen † non intendit Sanctitas ſua prohibere, quominus Re- 64
gulares & alij ſupradicti, in caſibus à iure permiſsis, petant iudicem non ſuſpectum à Principibus, ſeu Magiſtratibus Sæcularibus, dum † tamen hæc tria copulatiue concurrant, videlicèt, vt Regulares & 65
alij prædicti ſint actores, non autem rei, vtque agant contra laicum; non autem contra Eccleſiaſticum vel alias à iuriſdictione Sæculari exemptum, atque vt cauſa in qua iudex deputatur, fuerit prophana; non autem Eccleſiaſtica, & in ea iuxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem laicus, vt præfertur, eligendus iudex competens exiſtat.

§. 13. Quæ omnia & ſingula in præſenti Conſtitutione contenta, Sanctitas † ſua voluit inuiolabiliter obſeruari, 66
decernentes ſic in ijs, cæteriſque omnibus præmiſsis, per quoſcumque &c. etiam Sacri Palatij Apoſtolici Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, ſublata &c. iudi-

ca-

cari, &c. necnon irritum & inane, &c.

67 §. 14. *Non obſtantibus* † *Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac literis conſeruatorijs, quas omnes ad formam præſentis Conſtitutionis reduxit, in fauorem quorumcumque Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Ioannis Hieroſolym itani, Congregationum, Societatum, aut cuiuſvis alteriùs Inſtituti; etiam neceſſario exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, ac piorum quorumcumque, tàm Sæcularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque etiam ex cauſa & titulo oneroſo indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla Aurea, aut alias nuncupatis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficatioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis ſeu extenſionis conceſsis, & iteratis vicibus approbatis & innouatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus & formis, ſpecialis & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſsis habentes, quibus quoad ea quæ præſentibus aduerſantur, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogauit, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.*

§. 15. Cæterùm, vt præſens conſtitutio faciliùs omnibus innoteſcat, Sanctitas ſua voluit & mandauit, vt non ſolum in Cancellaria Apoſtolica, ſed etiam ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, & in acie Campi Floræ publicetur, illiuſque exempla in ijſdem locis affixa dimittantur, ac in Quinterno Cancellariæ inter Conſtitutiones perpetuas deſcribatur, & annotetur.

Et *in fine* additur, publicatam fuiſſe hanc Conſtitutionem *die* 20. *Septembris anno* 1621. eam habemus *tom.* 3. *Bullar. pag.* 392. referunque ad literam Barboſ. *dict. allegat.* 106. *num.* 55. Peyrin. *dict. tom.* 2. *priuileg. Minimor. Conſtit.* 5. *Gregor. XV.* & latius *à num.* 52. Tambur. *dict. diſp. vltim. quæſito* 1. *poſt num.* 12. P. Fragoſ. *dict. diſput.* 12. *à num.* 118. Lauret. de Franch. *in controu. inter Epiſcop. & Regular. pagin.* 169. Ceſped. *de exemption. Regular. diſt.* 318. *cap.* 22. *num.* 1. Cardin. Lugo *reſponſ. moral. lib.* 4. *dub.* 38. *per tot. & num.* 14. Dom. Morote *vbi ſuprà num.* 7. Pat. Quintanad. *dict. tom.* 2. *ſingular. tract.* 5. *de reuocat. Oraculor. ſingul.* 14. *ſub num.* 4. Dom. Vergara *in addition. ad tract. de Concil. vniuerſalib. Don Didaci de Alaba,* 2. *part.* §. 30. Pegas *dict. gloſſ.* 14. *num.* 151. vbi in fine multos citat. & *tom.* 4. *tit.* 35. §. 8. *cap.* 2. *num.* 72. *gloſſ.* 18. vbi ſuprà traditam Conſtitutionem ad literam adducit, nota vnum hanc Bullam Gregor. XV. ex Sacræ Congregationis declaratione, ad Vrban. VIII. approbata, *in Bull.* incip. *Exponi nobis, pagin.* 136. *tom.* 4. *Bullar.* non afficere † Religionem Hieroſolymitanam, 68
vide *ibi*:

Poſt hanc verò Bullam *pag. ſequenti* 393. *Bullar.* dubium quoddam propoſitum, & à Sacra Concilij Congregatione reſolutum, affertur, in hunc modum. *In Conſtitutione de Conſeruatoribus edita* † *à* 69
San. mem. Greg. XV. ex ſententia Sacræ Congregationis Concilij, inter cætera ſtatutum eſt, vt coram Conſeruatoribus Regulares conueniri quidem aut trahi debeant, ſed alios conuenire aut trahere non poſsint, ita vt memorati Conſeruatores in cauſis, in quibus Regulares & alij actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in ijs tantum, in quibus rei extiterint.

Dubitatur nunc, an per hæc verba, ſublata ſit facultas, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares & alios, à manifeſtis iniurijs & violentijs, quæ illis de facto inferuntur, dum à ſuis poſſeſsionibus deijciuntur, & proprijs bonis vti ac frui impediuntur?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit, eiuſmodi verbis † *minimè ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent Conſeruatores defendendi Regulares à manifeſtis iniurijs, ac violentijs, dummodo obſeruent formam præſcriptam Conſtitutionibus Innocent. IV. & Bonifac. VIII. relatis in* 70
capit. 1. & *fin. de offic. delegat. in* 6.

C. Card. de Torres. Huius declarationis meminere Barboſa *dict. allegat.* 106. *numer.* 56. *& in ſumm. deciſion. Apoſtolicar. dict. collectan.* 216. *num.* 19. *& ad Concil. Trident. ſeſ.* 25. *de Reformat. cap.* 10. *à numer.* 2. Lauret. de Franch. *in controu. inter Epiſcop. & Regular. pag.* 176. Peyrin. *vbi ſupr. numer.* 56. Portell. *in dub. Regular.* verbo *Conſeruatores*, Gauant. *vbi ſuprà num.* 13. Bellet. *dict. §. 2. numer.* 8. Ioann. Mar. Nouar. *dict.* verbo *Conſeruatores, numer.* 12. Tamburin. *vbi ſuprà quæſito* 2. *in fin.* Lezan. *dict. cap.* 10. *num.* 47. *& dict. conſult.* 40. *ſub numer.* 77.

71 Limita tamen proximè † dicta, ex iure Regio, in ſtudioſis Salmanticenſibus, Complutenſibus, & Valliſoletanis, qui ſi iniuriam Regularibus inferant, non coram Regularium conſeruatoribus, ſed coram Academiæ, & Vniuerſitatis conſeruatore, conueniendi ſunt. *leg.* 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recopilat.* ibi: *Que el Maeſtre-Eſcuela, ò ſu Lugar-Teniente puedan conocer, y conozcan, de todas las coſas tocantes à la dicha Vniuerſidad, y à las perſonas del dicho eſtudio, aunque no ſean injurias, ni fuerças notorias, y manifieſtas*; ita Eſcobar *de Pontific. & Reg. iuriſdict. cap.* 55. *num.* 27. contra Emmanuel. Rodriguez *dict. tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 65. *artic.* 15. Pat. Fragoſ. *dict. diſput.* 12. *numer.* 29. Pat. Molin. *dict. tractat.* 5. *diſputat.* 29. *num.* 7. vbi de aliis Academijs loquitur, Zeuallos *dict. quæſt.* 20. *à numer.* 29. *& dict. quæſt.* 897. *numer.* 724. Lanfranch. Zach. *de ſalar. & merced. quæſt.* 91. *num.* 25. D. Aluar. de Velaſco *de priuileg. paup.* 2. *part. quæſt.* 12. *à numer.* 19. Pat. Mendo *de iur. Academ. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 25. Adde tradita *Cap. Sequenti, à num.* 41. Accaſ. March. *vbi ſuprà num.* 3.

Nota tandem in hac materia vnum; ſcilicèt, ſi duo Monaſteria Iudices Con-
72 ſeruatores habentia, litigent, eum † procedere debere, qui præuenit, ita *ex leg. vnic. in princ.* vbi gloſſ. *ff. de offic. conſul.* Roman. *conſ.* 412. & Mandoſ. *de ſignat. gratiæ*, verbo *Conſeruatoriæ*, docet P. Sanch. *conſ. moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 6. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores eligendi quas qualitates habere debent, ne acta aliàs ſint nulla. Et num.* 2.

3 *Conſeruatores à Regularibus eligendi debent eſſe Sæculares, in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. Et num.* 12.

4 *Guardiani, Priores, & alij Regulares Superiores non poſſunt eſſe Conſeruatores, licet aliud olim ſeruaretur. Et num.* 5.

6 *Regularium Superiores dicuntur eſſe in dignitate Eccleſiaſtica, vbi an Prælatura Regularis ſit beneficium Eccleſiaſticum?*

7 *Priorum nomine, Regularium Prælati aliquando veniunt.*

8 *Priores Sæculares, an poſsint Conſeruatoris officium exercere?*

9 *Hi in Eccleſia Collegiata ſunt dignitates, & obtinent primum locum.*

10 *Hodie poſſunt Priores, Abbates, & Superiores Regulares eſſe conſeruatores, modo ſint iudices Synodales electi. Et num.* 11.

13 *Canonici Cathedralis Eccleſiæ poſſunt eſſe Conſeruatores.*

14 *Canonici hi dicuntur dignitatem obtinere, & Clerici primi gradus.*

15 *Canonici Collegiatæ Eccleſiæ, an poſsint eſſe Conſeruatores.*

16 *Capitulum Cathedralis Eccleſiæ eſt veluti Senatus, & Canonici quaſi Senatores Eccleſiaſtici. Et num.* 17.

18 *Sæculares alij Eccleſiaſtici non poſſunt eſſe Conſeruatores, licèt lato modo habeant dignitatem.*

19 *Doctores graduati dicuntur dignitate gaudere.*

20 *Dignitas Eccleſiaſtica in præſenti ſumitur ſtricto modo.*

21 *Vicarius Epiſcopi, an poſsit eligi Conſeruator? Et num.* 24.

22 *Vicarius Epiſcopi poteſt eſſe Papæ Delegatus, ad executionem gratiarum & conceſsionum.*

23 *Gratiarum executio ſolet à Papa, dignitatem habentibus committi.*

25 *Conſeruatoris ad officium exercendum ſuf-*

ſufficit habere electum qualitates, tempore conceſsionis, licet eas non habeat tempore præſentationis.

26 *Conſeruatores electi non poſſunt mutari, niſi in Capitulis Prouincialibus.*

27 *Debent intra menſem à die electionis, Ordinarijs indicari.*

28 *Conſeruatores tenentur literas Conſeruatoriæ Ordinarijs oſtendere.*

29 *Principum officialibus non creditur, ante literarum exhibitionem.*

30 *Apoſtolicis Nuntijs, & Delegatis non creditur, niſi literis exhibitis.*

31 *Delegatus non habet exercitium iuriſdictionis, ante literarum examen.*

32 *Geſta ab Ordinario valent, antequam à Delegato præſententur literæ.*

33 *Qualitas tribuens iuriſdictionem debet ante omnia probari.*

34 *Delegatus eſt maior Ordinario, & poteſt illi inhibere. Et num. 35.*

36 *Conſeruatores debent eligi in qualibet Diœceſi & Ciuitate, vbi Regulares degunt.*

37 *Conſeruatores poßunt procedere, licèt bona Regularium extra Ciuitatem exiſtant.*

38 *Conſeruatoris iuriſdictio extenditur ad tres dietas, & an procedat hoc poſt Bullam Gregor. XV? Et num. 40.*

39 *Dieta dicitur iter vnius diei.*

41 *Scholares debitores ſuos vſque ad quatuor dietas coram Conſeruatoribus Academiæ conueniunt.*

42 *Conſeruator extra Regnum, eligi non poteſt.*

43 *Decretum Senatus Caſtellæ, & eius praxis in hoc adducuntur.*

44 *Luſitania habet Ordinationem, vt extra Regnum Conſeruator non eligatur.*

45 *Conſeruatores procedunt quando Regulares ſunt rei, non quando ſunt actores, limita in cauſis iniuriarum. Et num. 46.*

47 *Regulares debitores ſuos coram Conſeruatoribus non conueniunt, licèt alij contrarium perperam docuerint. Et num. 48.*

49 *Regulares rei poſſunt etiam coram ſuis Superioribus Regularibus conueniri.*

50 *Conſeruatoria quinquennio tantum prodeſt.*

51 *Conſeruatores intra quinquennium ſine cauſa, non poſſunt mutari.*

52 *Conſeruatores pro tempore limitato electi, eo elapſo, ceſſant.*

53 *Conſeruatorum iuriſdictio eſt odioſa, ideò debet reſtringi.*

54 *Recurſus per viam violentiæ habet locum, quando Conſeruator procedit, finito tempore Conſeruatoriæ.*

55 *In dubio iudicatur, Conſeruatorem non habere iuriſdictionem.*

56 *Conſeruator non vtitur iudiciali indagine, & qualiter hoc procedat.*

57 *Iuriſdictione conceſſa, intelligitur conceſſum, quidquid ad illam exercendam, neceßarium eſt.*

58 *Conſeruator poteſt vti ea indagine, & inquiſitione, ſine qua conſeruatoria exerceri non poteſt. Et num. 59.*

60 *Conſeruator declarat ſe incompetentem, quando ex inquiſitione apparet, non eße caſum conſeruatoriæ.*

61 *Conſeruatoris iuriſdictio competit pro qualificata iniuria, non pro ſimplici. Et num. 62.*

63 *Interpretatio auctoris diſpoſitionis & actus, alijs omnibus præferenda eſt.*

ARGVMENTVM.

QVi valeant Conſeruatorum officium exercere, qualiter ipſi eligantur; an & quando procedere poſsint, licet Regulares ſint actores? Vbi alia de hac materia expenduntur.

CAP. LXXIX.

1 EX traditis *ſuperiori Capite* ſequitur, in Iudicem Conſeruatorem † eligendum & deputandum, neceſſario continere, & habere debere qualitates, *in Cap. fin. de offic. & poteſt. iudic. delegat. in 6.* expreſſas, in illis verbis: *Vt conſeruatores de cætero deputari non poſsint, niſi Epiſcopi, vel eorum Superiores, Abbates, ſeu Dignita-*

tates, vel perſonatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs obtinentes. Cap. ſtatutum 11. *de Reſcript. in* 6. Bulla Gregor. XV. *dict. Cap. adducta. §.* 2. *num.* 48. Sylveſt. *in ſumm.* verbo *Conſeruator, num.* 2. Mirand. *in manual. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 47. *art.* 2. *concluſ.* 1. Emman. Rodrig. *Regular. quæſt. tom.* 1. *quæſt.* 65. *art.* 2. Pat. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 34. *quæſt.* 4. Petr. Gregor. *lib.* 47. *ſintagm. cap.* 22. *numer.* 28. Pat. Molin. *de iuſtit. tract.* 5. *diſp.* 29. *num.* 3. P. Fragoſ. *de regim. Reipubl.* 2. *part. lib.* 4. *diſp.* 12. *num.* 3. Ioann. Aloyſ. Ricc. *collect.* 899. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 106. *num.* 8. & *in dict. cap. Statutum*, & *in d. cap. fin.* vbi omnes ſcribentes, D. Villarroel *en el gouierno Eccleſiaſtico, q.* 6. *art.* 13. *num.* 17. Frat. Ioan. de la Cruz *de ſtat. Relig. lib.* 2. *cap.* 10. Cochier. *de iuriſd. in exempt.* 1. *part. quæſt.* 39. *num.* 3. Dom. Palafox *in defenſ. Canonic. contra Patres Ieſuitas*, 5. *part. num.* 15. alioquin

2 acta à Conſeruatore, † illas non habente, erunt nulla *dict. cap. Statutum* 11. *dict.* Bull. Gregor. XV. *§.* 3. *num.* 51. Monet. *de conſeruat. cap.* 8. *num.* 120. Tondut. *vbi infr. à numer.* 5. Pegas *vbi infrà numer.* 24. Pat. Fragoſ. *vbi proximè à num.* 46.

Similiter prouenit *ex dictis*, Conſeruatorem nominandum & eligendum à Regularibus, eſſe debere Clericum † Se-

3 cularem, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, non Regularem, ita apertè deducitur, *ex relatis iuribus*, præcipuè *ex dict.* Bulla Gregor. XV. *§.* 2. & 3. *à numer.* 48. ex Bulla Pij IV. incip. *Circunſpecta, pagin.* 9. *§.* 41. *tom.* 2. *Bullar.* & Clem. VIII. incip. *Sanctiſſimus, pagin.* 3. *§.* 1. *tom.* 3. *Bullar.* extatque in ſpecie Sacræ Congregationis Epiſcopor. & Regular. declaratio, in hunc modum: *Quærente Archiepiſcopo Turritano* (amantiſſimæ patriæ meæ, Ciuitatis nempè *Saſſer* nuncupatæ, in Regno Sardiniæ, præſule) *an Regulares vnius Conuentus, Monaſterij, vel Domus, aliquem Priorem, ſeu Guardianum, vel quemvis alium, quauis dignitate Regulari fulgentem, in ſuum Conſeruatorem eligere vel deputare poſsint? Sacra Congregatio Cardinalium, negotijs Regularium præpoſitorum, non poſſe, reſpondit. Romæ* 6. *Octobris* 1617. *Anton. Maria Cardinalis Gallus V. Theat. Secret.* Hanc referunt D. D. Felician. de Vega *in cap. Cauſam, quæſt.* 9. *num. fin. de iud.* Barboſ. *dict. allegat.* 106. *num.* 15. & *in ſumm. deciſion. Apoſtolicar. collect.* 216. *per tot.* & *in collectan. Bullar.* verbo *Conſeruator, §.* 13. Bellet. *diſquiſ. Clerical.* 1. *part. tit. de fauor. Clericor. perſon. §.* 2. *num.* 5. Balb. *deciſ.* 122. Ricc. *dict. collectan.* 899. *in princip.* Dom. Solorç. *de Indiar. gubernat. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 123. Domin. Palafox *vbi ſuprà num.* 18. Dom. Villarroel *ſuprà numer.* 19. amicus & contemporarius noſter Don Alphonſ. Carrillo, Matritenſ. Aduocatus doctiſ. *in defenſ. D. Epiſc. Paraquarenſ. fol.* 58. *diſcurſ.* 4. *num.* 9. 13. *& ſeqq.*

Ergo Guardiani, Priores, & alij quicumque Regulares, hodie † Conſeruato- 4
res eſſe non poterunt, ita ex præfata Sacræ Congregationis declaratione, docent Doctores *adducti*, quibus addendi ſunt Bartholom. Gauant. *in manual. Epiſcopor.* verbo *Conſeruatores, numer.* 7. Pater Pellizzar. *in manual. Regular. tractat.* 8. *cap.* 8. *numer.* 90. vide *infrà à numer.* 10.

Licet aliud † de iure communi obſeruaretur, ſiquidem poterant hi & alij, 5
in dignitate Eccleſiaſtica Regulari conſtituti, Conſeruatores deputari & nominari, ita Rodriguez *dict. quæſt.* 65. *artic.* 2. & 3. Mirand. *dict. quæſt.* 47. *artic.* 2. *concluſ.* 3. & 4. Armilla verbo *Conſeruator, num.* 2. alter Rodrig. *in comp. quæſt. Regular. reſolution.* 33. *numer.* 2. Monet. *de conſeruat. cap.* 5. *numer.* 24. 79. & *ſeq.* Dom. Vega *vbi ſuprà*, Barboſ. cum alijs, *dict. allegat.* 106. *num.* 15. *in princ.* Pat. Sanchez *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 13. *numer.* 79. Pat. Fragoſ. *dict. diſput.* 12. *numer.* 3. verſic. *Ex dictis*, Tambur in. *de iur. Abbat. tom.* 3. *diſp. fin. quæſito* 4. *num.* 1. & *ſeqq.* Lezan. *tom.* 1. *Regular. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. 14. 50. & 84. Domin. Solorçan. *vbi ſuprà.*

Dixi, *in dignitate Eccleſiaſtica Regulari*, quia Superiores Regulares † di- 6
cuntur *in dignitate* conſtituti, *cap. Niſi eſſent* 21. *in fin. de Præbend.* ibi: *Non dignitas Prioratus, ſed perſona Prioris, maneat onerata*, vbi Ioann. Andr. *numer.* 4. Butr. *num.* 14. Cardin. *numer.* 3. Abb. & alij apud Tamburin. *dict. quæſito* 4. *ſub num.* 6. & *tom.* 1. *diſp.* 1. *quæſito* 3. & 5. Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 16. *art.* 6. Portel. verbo *Prælati iuriſdictio*, Lezan. *vbi ſupr. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 2. & *dict. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 9. & 26. Vitalin. *in Clement.* 2. *num.* 25. *de Reſcript.* Pat. Sanchez *vbi ſu-*

ſupr. Pat. Mendo *in ſtater. opinion. differt. 1. quæſt. fin. à num.* 307. (vbi quærit an Prælatura Regularis ſit beneficium Eccleſiaſticum) Quod etiam *ex Bull.* Clem. VIII. pro Minimis expedita, de quà *Cap. Præcedenti, num.* 24. deducitur, quæ di-
7 rigitur *ad Priores*, quo nomine † Regularium Prælati veniunt, ita Rodrig. *d. q.* 65. *art.* 3. & 7. Peyrin. *tom.* 2. *priuileg. ſui Ordin. in Conſtitut.* 5. *Gregor. XV.* §. 2. *num.* 15. Tamburin. & Lezan. *ſupr.* Pelliz. *dict. num.* 90. & *tract.* 9. *cap.* 3. *numer.* 169.

Similiter poterant Conſeruatoris
8 munus exercere Priores † Sæculares Eccleſiarum Collegiatarum, Nauarr. *conſil.* 4. *num.* 3. *tit. de maiorit. & obed.* cum obtineant primum in Eccleſia Collegia-
9 ta † locum, ſintque dignitates, Ioann. Selu. *de benef.* 1. *part. quæſt.* 2. *num.* 62. Caſan. *in Cathalog. glor. mund.* 4. *p. conſid.* 38. Cardinal. *in Clement.* 1. *de Præb. num.* 4. Monet. *dict. cap.* 5. *num.* 94. Peyrin. *in d. conſtit.* 5. *num.* 15. Tamburin. *d. quæſt.* 4. *num.* 2. qui *num.* 6. affirmat, etiam hodie poſt Bullam relatam Gregor. XV. poſſe Conſeruatores eligi & nomi-
10 nari Abbates, Priores, † & alios, nullum Superiorem in Monaſterio habentes, modo hi in Synodo ab Archiepiſcopo vel alio Dięceſano Synodo pręſidenti, fuerint electi Iudices Synodales, (cuius quali-
11 tas † ſemper à Bulla requiritur, vt patet *Cap. Superiori*, §. 2. *num.* 48. Tamburin. *d. diſput. vltim. quæſito* 1. *numer.* 11. Gauant. *dict.* verbo *Conſeruatores, num.* 8. Carrillo *vbi ſupr. num.* 17. Pat. Auend. *in Auctar. Indic. part.* 1. *num.* 252. & alij) vt tradidit deciſum à Sacra Concilij Congregatione, *die* 2. *Martij* 1619. in perſonam Abbatis Oliuetani, Barboſ. *d. alleg.* 106. *num.* 15. *in fin.* & *in collectan. Bullar.* verbo *Abbas Oliuetanus*, & verbo *Conſeruator*, §. 5. Gauant. *vbi ſupr. in addit. num.* 1. Lezan. *d. cap.* 10. *num.* 14. *in fin.* & Pat. Pellizz. *d. cap.* 8. *num.* 90. hoc ipſum docent. In hac ſpecie accipiendus eſt Don Hyppolit. de Samper. *en ſu Monteſa iluſtrada*, 4. *part. num.* 7. *n.* 197. *in fin.* & *à num.* 255. alioqui non minimam continet difficultatem quod reſoluit, ſuppoſitis principijs iam adductis, & referendis.

12 Itaque, ſecundum ſuperius tradita † Archidiaconus, Archipresbyter, Primicerius, Præpoſitus, Decanus, Theſaurarius, Cantor, Scholarum Magiſtri, & alij in Cathedrali Eccleſia dignitates obtinentes, rectè poterunt in Conſeruatores aſſumi & deputari, ita exprimunt & referunt Monet. *dict. cap.* 5. *à num.* 88. Peyrin. *dict. num.* 15. Confect. *in ſumm. priuil. cap.* 5. Barboſ. *d. alleg.* 106. *num.* 13. *in fin.* Tambur. *d. quæſito* 4. *num.* 3. Accaſ. March. *in ſumm. liter. I. reſolut.* 140. *à num.* 5.

Idem dicendum † eſt de Canonicis 13
Cathedralis Eccleſiæ: Tùm quia id expreſsit Bulla ſæpè relata Gregor. XV. §. 2. *num.* 48. illic: *Vel Eccleſiarum Cathedralium Canonici exiſtant.* Tùm etiam, quia hi, dignitatem † dicuntur obtinere, ita 14
Verrall. *deciſ.* 33. *part.* 1. Ricc. *d. collect.* 899. Felin. Ludou. Gomez, Rìpa, Mandoſ. Dom. Valençuel. *contra Venetos p.* 4. *num.* 255. Gonçalez *ad regul. octau. Cancel. gloſſ.* 2. *num.* 39. apud Don Gabr. de Eſpinoſa *in alleg. iur. por el Dean y Cabildo de Canarias, con el Obiſpo, y Audiencia de ellas, ſobre poner Sillas en las Igleſias, numer.* 16. & ſunt Clerici primi gradus, Ioan. Montaigne *in tract. de Auctor. Concilior. in princ. numer.* 8. ex Innoc. *in cap. Sedes Apoſtolica, de præſcript.* Altamiran. *de viſitat.* verbo *Metropolitano, num.* 21. *fol.* 9. Barboſ. *vbi proximè à num.* 9. qui *numer.* 12. tradit, quid dicendum ſit de Canonicis Collegiatæ † Eccleſiæ, iunctis 15
Peyrin. *dict.* §. 2. *num.* 10. Monet. *dict. cap.* 5. *à numer.* 118. Lezan. *dict. cap.* 10. *num.* 16. & 52. Tambur. *d. diſput. vltim. quæſito* 1. *num.* 10. Dom. Villarroel *vbi ſupr. num.* 18.

Sunt equidem Cathedralium Eccle-
ſiarum Canonici † veluti Eccleſiaſtici 16
Senatores, & Epiſcopi adiutores, cum Capitulum, † tanquam Senatus habea- 17
tur, vt ex Diuo Hieronymo *in cap. Eccleſia habet Senatum, cætum Presbyterorum* 7. 16. *quæſt.* 1. docent Cardinal. Paleot. *in Archiepiſcop. Bononienſ.* 7. *part. pag. mihi* 513. verſic. *Rurſus.* Dom. Solorç. *d. lib.* 3. *cap.* 13. *in princ.* Genuenſ. *in practic. cap.* 85. *num.* 10. Barboſ. *de Canonic. & dignitat. cap. fin. num.* 1. Rodulph. Cuperſ. *in repet. Can. oportebat* 89. *diſt.* §. *Ius diuinum multiplici accipitur ſenſu, numer.* 11. P. Ludouic. Celocius *de Hierarch. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 12. verſic. *Dixi Clericis*, Lndouic. Sarau *de iuriſd. adiunctor. q.* 1. *num.* 35. & 56. Frances de Vrrutigoit. *de Eccleſ. Cathedralib. cap.* 15. *num.* 154. *in fin.* Ludouic. Betancurt. *in memor. ſobre que prefieran en las Prelacias de las Indias*

dias los Prebendados dellas, propoſ. 1. §. 3. *in fin.* Dīdac. Vald. *in allegat. iur. ſuper retentione Breuis Apoſtolici, quæ Duei Metinæ de Rioſeco, Almirante de Caſtilla, præſentatio Præbendarum Ciuitatis Palentinæ indulta fuit, num.* 45. *in fin.*

18 Non tamen eligi & eſſe poſſunt † Conſeruatores alij Eccleſiaſtici Sæculares, licèt lato modo dignitatem obtinere dicantur, *Eccleſiaſt.* 41. illic: *Vt ſit illi Sacerdotij dignitas in æternum, cap. Denique* 6. 4. *diſt.* ibi: *Sacerdotes & Diaconi & reliqui omnes, quos dignitas Eccleſiaſtici gradus exornat.* vbi gloſſ. verbo *Dignitas.* latè Card. Tuſc. *liter. D. concluſ.* 419. P. Quintanad. *tom.* 1. *ſing. in Appendic. tract.* 3. *dub.* 7. Ita etiam dignitate gau-

19 dere videntur † Doctores, in aliqua approbati ſcientia, *cap. Quanto* 3. *de Magiſtr.* in illis verbis: *Dignos eſſe animaduerſione cenſemus, qui nomen Magiſtri Scholarum & dignitatem aſſumunt.* vt notarunt Barth. *in leg. Hæc quæ neceſſario, C. de nouo, Cod. faciend. num.* 10. laſ. *in leg. Si quis in conſcribendo, num.* 4. *C. de pact.* Anton. Corſet. *in ſuo repertor.* verbo *Doctoratus*, Pat. Fragoſ. *vbi ſup. num.* 3. verſic. *Tota difficultas*, & relatis Tiraquell. Marquard. Dueñas, Caſaneo, Roland. Cephal. Cauallin. Iacob. Benni, Didac. Perez, Menoch. Cened. Emman. Rodrig. Bobadill. Cardoſ. Azeued. Ioann. Garc. & Rebuff. docet Barboſ. *in dict. cap. Quanto* 3. *numer.* 2. Quoniam debet eſſe dignitas in

20 ſtricta ſignificatione, quatenus † ſcilicèt prærogatiuam, ſeu præminentiam quandam in Eccleſia ſignificat Cathedrali, vt *ſuperius adducti* aduertunt, videndi etiam ſunt in hoc Tuſc. *dict. concluſ.* 419. Federic. de Senis *conſ.* 25. *à num.* 4. Zerol. *in prax. Epiſcop.* verbo *Dignitas*, Quintanad. *vbi ſupr.*

21 An autem Vicarius † Epiſcopi eligi poſsit Conſeruator? Dubia eſt quæſtio, & affirmatiue reſpondendum videbatur, cum ſit hic in dignitate & honore conſtitutus, ideòque poteſt eſſe Papæ Delega-

22 tus, † ad gratiarum & conceſsionum executionem, gloſſ. verbo *Delegatus*, *in Clem.* 2. *de Reſcript.* Cened. *Canonic. quæſtion. quæſt.* 18. Menoch. *conſ.* 51. *numer.* 33. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 4. *numer.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 106. *num.* 28. Sbroz. *de Vicar. Epiſcop. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 6. Maſſobr. *de Synod. Diœceſan. cap.* 4. *dub.* 13. *numer.* 10. latè Barboſ. *vbi ſupra. alleg.* 54. *à num.* 132. & *in dict. cap. Statutum* 11. *à num.* 5. *de Reſcript. in* 6. Aluarez Pegas *reſolut. forenſ. cap.* 18. *à num.* 21. *& num.* 23. ait, harum executionem ſemper à Papa, dignitatem † habentibus in Cathedralibus, commit- 23
ti ſolere, Barboſ. *vbi proximè à numer.* 1. *& de Canonic. & Dignitat. cap.* 19. *à numer.* 5. Tondut. *reſolut. benef.* 1. *part. cap.* 77. *num.* 6. Dom. Villarroel *dict. num.* 18. *in fine.*

Contrarium † tamen eſt verius, 24
quoniam licet Vicarius Epiſcopi ſit in honore & officio, iuriſdictionis adminiſtrationem & exercitium continente, non ideò habet dignitatem, vel perſonatum in aliqua Eccleſia, quare hanc partem defendunt Cardin. *in dict. Clem.* 2. *de Reſcript. quæſt.* 12. vbi alij, Pauin. *de poteſt. Cap. Sedevacante, part.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 16. Rodriguez *dict. quæſt.* 65. *artic.* 13. verſicul. *Ex his*, Barboſ. *dict. allegat.* 106. *num.* 13. P. Auend. *in Auctar.* 1. *part. num.* 252.

Hoc loco aduertendum eſt, ad Conſeruatoriæ munus exercendum ac ſubeundum, ſufficere habere qualitates, ad id requiſitas, electum tempore † conceſsio- 25
nis, aut electionis, licet illis careat præſentationis tempore, Tuſc. *dict. liter. D. concluſ.* 145. *num.* 15. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 4, *quæſt.* 1. *num.* 17. & *lib.* 1. *quæſt.* 11. *à num.* 9. Gigas *de penſion. quæſt.* 22. *num.* 19. Tiraquel. *in tractat. ceſſante cauſa, limit.* 4. *num.* 4. Azeued. *in leg.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopilat. numer.* 60. & *in Curia Piſan. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 66. Gratian. *vbi ſupr. cap.* 92. *à numer.* 1. *cum ſeqq.* Maſſobr. *vbi proximè numer.* 47. Garc. *de benef.* 2. *part. cap.* 2. *num.* 351. Gonçalez *ad regul. octau. Cancel.* §. 3. *præam. num.* 75. P. Fragoſ. *dict. diſp.* 12. *à num.* 112. Girond. *de priuileg. num.* 510. *cum ſeqq.* Barboſa *in dict. cap. Statutum, num.* 18. *& dict. cap.* 19. *de Canonic. à num.* 6. & *ad Concil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 10. *à numer.* 18. *& ſeqq.* Pat. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſput.* 27. *num.* 28. Lezan. *dict. cap.* 10. *numer.* 50. D. Vrrutig. *de intruſion. quæſt.* 22. *à numer.* 3. Pegas *dict. cap.* 18. *à numer.* 25.

Conſeruatores † itaque à Regula- 26
ribus ſemel electi & nominati, ab eiſdem, niſi in Capitulis Prouincialibus, mutari non poſſunt, ipſorum † nomina intra 27
menſem, à die electionis & deputationis computandum, locorum Ordinariis te-

nen-

nentur indicare, alioqui coram eisdem interim conueniuntur, *Bulla præfata* Gregor. XV. §. 7. & 8. *à n.* 57. ita decisum ex Piasec. *in prax. Episcop. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 43. tradit Barbos. *ad Tridentin. sess.* 7. *de Reform. cap.* 14. *nu ner.* 3. & *in collectan. Bullar.* verbo *Regulares* 1. §. 18. Confect. *vbi supr. tit.* 4. *cap.* 9. Quarant. *in summ. Bullar.* verbo *Priuilegia Regularium*, *pag.* 402. Paulin. Bertus *in prax. criminal. Regular. tit.* 4. *cap.* 29. *num.* 43. Gauant. *vbi supr.* verb. *Regularium iura sub Episcopis*, *num.* 56. & *seq.* Lezan. *dict. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. & *part.* 2. *dict. cap.* 10. *num.* 58. & *seq.* & *num.* 85. Tamburin. *dict. disputat. vltim. quæsito* 1. *numer. penult.*

28 Rursus Conseruatores † Iudices Conseruatoriæ literas Ordinarijs tenentur ostendere, nec aliter debent illis obedire, *cap. Cum in iure peritus* 31. *de offic.* & *potest. iudic. deleg. leg.* 1. *Cod. de mandat. Princip. Authent. de Collator. cap.* 9. illic: *Eos autem, qui in Prouincias pro quibuscumque publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, nisi prius Prouinciali iudicio insinuauerint impositas sibi, de hoc, iussiones.* Mirand. *dict. tom.* 2. *quæst.* 47. *art.* 8. *concl.* 5. §. *Aduerto*, Fuc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 23. *numer.* 3. P. Molin. *d. disp.* 29. *num.* 1. Valasc. *dict. consult.* 152. *num.* 7. Beltramin. *ad Ludouis. decis.* 239. Anton. Fab. *ad lib.* 4. *Codic. tit.* 15. *defin.* 63. Maceraten. *lib.* 1. *var. resol.* 16. *à num.* 1. Farinac. *decis.* 214. *à num.* 1. *part.* 2. *recent.* Narbon. *in leg.* 60. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil. à numer.* 71. 82. 84. Lezan. *dict. cap.* 10. *num.* 86. *in fin.* Gratian. *discept. forens. cap.* 170. *numer.* 20. Pareja *de instrument. edition. tit.* 2. *resol.* 5. Aluarez Pegas *vbi sup. num.* 37. Dom. Palafox *dict.* 5. *part. num.* 32. vbi adducit Sacræ Congregationis declarationem, sub *die* 11. *Iulij* 1620. de qua Ioan. Mar. Nouar. *in lucern. Regular.* verbo *Conseruatores*, *num.* 9. Barbosa *in summ. decis. Apostolic. collectan.* 216. *numer.* 18. idem Dom. Palafox *in defens. Canonic.* nouiter in lucem edita *ann.* 1652. *in eadem causa*, *fol.* 116. *num.* 116. *in fin.* amicus noster D. D. Ginef. Morote *in alleg. iur. por los acreedores en la quiebra del Colegio de la Compañia de Seuilla*, *num.* 6. Carrillo *vbi supr. num.* 35. D. Pinel. *in alleg. iur. pro Michael. Ruiz in causa visitationis cum Regio Fisco*, *num.* 31.

29 Cum his casibus † sine literis, & earum ostensione, etiam Principum officialibus credendum non sit, *dict. leg.* 1. *C. de mand. Princ.* per hæc verba: *Si quis asserat cum mandatis nostris secretis se venisse, omnes sciant, nemini quicquam, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum, nec vllius dignitate terreri, siue illi Tribuni, siue Notarij, siue Comitis proferat dignitatem, sed sacras nostras literas esse quærendas.* Barthol. *in leg. Prohibitum* 5. *num.* 1. *Cod. de iur. Fisc. lib.* 10. Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. à numer.* 16. vbi ait, quod dicenti se Delegatum Apostolicum, † credendum non est, nisi de mandato Apostolico doceat oculata fide, etiam quod esset Magnus Officialis, & in alta dignitate constitutus, adeò vt nec etiam credendum sit Nuntijs Sedis Apostolicæ, vel Legatis Principum, nisi literas suarum facultatum ostendant, vt ex alijs pluribus probat Carol. de Grass. *de effectib. Clericat. effect.* 1. *num.* 35. & his relatis Ioann. Mar. Vermigliol. *cons.* 145. *numer.* 2. faciunt etiam *Cap. fin.* 97. *dist. extrauag. Iniunctæ*, *de elect.* Sanfelic. *decis.* 62. *numer.* 28. & 88. Carol. de Tapia *decis. Suprem. Consil.* 3. *numer.* 49. & 62. iunctis Azeued. *in leg.* 3. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recop. num.* 5. Narbon. *vbi supr. num.* 8. Bobadill. *in politit. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 28. & *cap.* 16. *num.* 148. & *cap.* 19. *num.* 51. Boer. *decis.* 8. Pareja *d. resolut.* 5. *per tot.* & *num.* 67. Dom. Salced. *in alleg. iur. con el Arçobispo de Seuilla sobre la tassacion, y reduccion de Missas, quæ extat lib.* 2. *de leg. polit. sub cap.* 9. *num.* 249. *ex remission. ad tit.* 8. *lib.* 1. *Recop.* nouissimè plura adducens & obseruans D. D. Francis. de Vergara *in addit. ad tract. de Concil. vniuers. Don Didaci de Alaba*, *part.* 2. §. 12. *fol.* 90. *B.* & *sequenti.* 30

Nec habeat † interim Delegatus vllus, ante exhibitionem literarum iurisdictionis exercitium, *cap. Super eo* 12. *in fin. de appellat. d. cap. Cum in iure peritus* 31. vbi plenè Barbos. *à num.* 2. Dom. Valenç. *cons.* 125. *à num.* 12. vbi *num.* 13. docet, quod si ante præsentationem † literarum Delegati, Ordinarius procedat & iurisdictionem præoccupet, valent gesta, ex Felin. *in cap. Cæterùm*, versic. *Valet processus*, *de Rescript.* Dec. *in cap. Vt debitus*, *not.* 5. *de appellat.* Marant. *in specul. aur.* 4. *part. dist.* 16. *num.* 8. Mendez *in prax.* 2. *p. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 2. Pegas & alij *vbi proximè*, facit optimè *d. Bull.* Gregor. XV. §. 7. *num.* 57. 31 32

Cum

Cum pendeat hoc ab ipſis literis, poteſtatem & facultatem tribuentibus, quæ ante omnia probandæ & iuſtificandæ
33 ſunt, tanquam † qualitas iuriſdictionem concedens, *leg. 2. §. Sed ſi dubitetur. ff. de iudic. leg. Si quis 5. eod. leg. 1. §. Ait Prætor, ff. ne quid in flumin. public. l. 1. §. Docere, ff. de vi bonor. raptor.* Barthol. Bald. Alexand. Valaſc. Boer. Mart. Dom. Matienzo, Amat. Gratian. Gutierr. Pariſ. Dec. Curt. Iun. Crauet. & Menoch. apud Dom. Valenç. *conſ. 43. num. 132. & conſil. 191. à num. 2. 10. & 11.* idem Barthol. *in leg. Multum intereſt, num. 2. & 5. ff. de condit. & demonſtrat.* Abbas *in dict. cap. 1. de offic. & poteſtat. iudic. delegat. à num. 50.* Petr. Barboſ. *vbi infr. num. 148.* Andr. Gail. *de pac. public. lib. 1. cap. 13. à num. 12.* Paſchal. *de virib. patr. poteſt. cap. 6. num. 11.* Giurba *conſ. 99. num. 8.* Dom. Salgado *de Regia protect. 2. part. cap. 10. num. 68.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 8. gloſſ. 7. num. 1.* Farinac. *deciſ. 612. num. 5. part. 2. recent.* Peña *deciſ. 584. num. 3.* doctiſ. noſtras Laurean. Martinez de la Vega, Aduocat. Valent. *in defenſ. por los Caxeros de Menudo Ciuitatis Valentiæ, ſub num. 76. liter. N.*

Nec valebit Conſeruator, literas non exhibens, licet Delegatus Apoſtolicus &
34 maior † Ordinario, vt dixi *Cap. Superiori, num. 14.* Ordinario † inhibere, &
35 ſi de facto inhibuerit, ei parendum non eſt, Zeuall. *commun. contra comm. quæſt. 897. num. 755. & ſeq.* Mendez à Caſtro *dict. cap. 3. num. 6.* Barboſa *dict. allegat. 106. num. 26.* vbi latè, Gauant. *dict.* verbo *Conſeruatores, num. 9. & 10.* ex *dict.* Bulla Gregor. XV. *§. 4. num. 52.*

36 Præterea Regulares † Conſeruatores hos in ſingulis Diœceſibus, in quibus Monaſteria, Conuentus, & domos habent, eligere debent, ſicut deciſum eſt à Sacra Concilij Congregatione 15. *Aprilis* 1628. & 29. *Ianuarij* 1633. de quibus Ioann. Mar. Nouar. *dict.* verbo *Conſeruatores, num. 3.* Barboſ. *dict. alleg. 106. num. 7. in fin. & d. collect. 216. num. 17.* Lezan. *dict. cap. 10. num. 79.* vel in Ciuitatibus, vbi ſunt ſita Monaſteria, ibique tantum, & non alibi poterunt Conſeruatores procedere † in cauſis, etiam bo-
37 norum eiuſdem Monaſterij, extra Diœceſim vel Ciuitatem exiſtentium, ita declaratum ab eadem Sacra Congregatione *ſub die 23. Octobris* 1623. refert Barboſ. *dict. collect. 216. num. 16.* ex Peyrin. *tom. 3. priuileg. in additam, cap. 11. num. 17. & in collectan. Bullar.* verbo *Conſeruator.*

Extenditur itidem Conſeruatorum † iuriſdictio *ex Bullis* Gregor. XIII. pro 38
Ieſuitis, & Clement. VII. pro Minimis, ad tres dietas, ita Sorb. *in compend. priuileg. Mendicant.* verbo *Conſeruatores Ordinum, §. Item Conſeruator*, Peyrin. *tom. 2. priuileg. in Conſtit. 5. Gregor. XV. §. 6. numer. 48.* Barboſ. *dict. collect. 216. numer. 18. & in cap. fin. de offic. & poteſt. iudic. delegat. in 6. num. 14. & dict.* verbo *Conſeruator*, Tamburin. *d. diſput. vltim. quæſito 2. ſub num. 23.* Seraphin. Freytas *in Schol. ad Bull. VI. Benedict. XIII. ſol. 72. Bullar. ſui Ordin. B. Mariæ de Mercede.* Eſt autem † vna dieta, iter vnius diei, 39
id eſt, viginti milliaria continens, Portel. *in dub. Regular.* verbo *Conſeruatores, numer. 5.* Rodrig. *tom. 1. quæſt. Regul. quæſt. 65. art. 7.* Lezan. *d. cap. 10. numer. 27. &* 64. (vbi tradit qualiter *ex præfata* † Bul- 40
la Gregor. XV. limitata ſit hæc facultas & iuriſdictio, vide eam *§. 9. & dict. cap. Statutum 11. §. In illo)* Carleual *de iudic. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 8. ſect. 2. num. 981.* Barboſ. *vot. 126. num. 87.* Pegas *d. cap. 18. num. 42.* Fragoſ. *d. diſp. 12. num. 39.* Zeuall. *comm. contra commun. quæſt. 897. num. 730. & de cognit. per viam violent. 2. part. quæſt. 20. num. 35.* fac. Illuſtriſ. Dom. Ramos *ad leg. Iuliam, & Pap. lib. 1. cap. 25. num. 2.* Scholares verò † ſuos 41
debitores coram Conſeruatoribus, vſque ad quatuor dietas poſſunt conuenire, Rebuff. *de priuileg. Scholaſt. priuil. 161.* Barboſa *in d. Cap. Statutum 11. de Reſcript. in 6. num. 40.*

Extra Regnum verò non poteſt eligi † Conſeruator, vt benè exprimitur 42
in d. §. 9. in fin. in illis verbis: *Neque extra Ciuitatem, ſeu Diœceſes, in quibus fuerint deputati, contra quoſcumque procedere præſumant. d. cap. fin. de offic. & poteſtat. iudic. delegat.* latè & plenè Dom. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſ. 2. part. cap. 11. à num. 97.* Pat. Molin. *de iuſtit. tractat. 5. diſput. 29. num. 4.* Ceuall. *d. quæſt. 897. à num. 730.* Barboſa *in dict. cap. fin. numer. 13. in fin. & in dict. cap. Statutum, n. 37.* Gabriel. Pereyr. *de man. Reg. 2. part. cap. 65. num. 28.* P. Pellizzar. *d. tract. 8. cap. 8. à num. 95. & 107.* refertque ad rem Dominus Salgado *vbi proximè numer. 99.* Supremi Caſtellæ Senatus Decretum, quod eſt in Ordine 66. inter il-

lius

lius Senatus Decreta, & tale est.

43 *En 27. de Octubre de 1572. se † ordenò en el Consejo, que quando por alguno de los naturales deste Reyno, se truxeren algunos Breues, ò letras Apostolicas, en las causas Ecleſiasticas, para Iuezes Ecleſiasticos de fuera destos Reynos de la Corona de Castilla, no se permita vsar dellas, ni que los naturales del Reyno sean molestados, y conuenidos fuera dèl, y que se dè prouision por el Consejo, para que la parte que traxo el Breue para el Iuez fuera del Reyno, traiga Iuez dentro del Reyno, y no se vse del Breue en contra desto; y lo mismo se entienda y se haga, quando la parte lo quisiere tomar fuera del Reyno, por virtud de algunas letras Apostolicas, como processo fulminado, ò Conseruatoria.*

Addit rursus, quod licet Decretum hoc non referat Bobad. *in politic. lib. 2. cap. 19. num. 37.* ponit tamen praxim eiusdem Consilij, & casum in facti contingentia habitum, ibi: *O si el Iuez fuera del Reyno, como acaeciò el año de 588. en la Villa de Requena, que nombraron por Conseruador en el Reyno de Valencia, vnos Frayles que auia apelado vn Alguazil, el qual procedia contra la justicia Seglar, y para remedio de ello, se ganò prouision ordinaria, y otra prouision del Consejo de Aragon, para que el de Valencia la guardasse.* Ibidem tradit †

44 similem Lusitaniæ Ordinationem, *ex lib. 2. tit. 13. §. 1.* in hæc verba: *Nem impetre Iuizes Apostolicos fora de nossos Reynos, è Senhorios, nem requeira per ante elles cosa algunha.* relato Pereyr. *vbi suprà.*

Obserua etiam *ex eadem Bulla* Gre-

45 gor. XV. §. 9. Regulares † Conseruatoribus vti non posse, nisi quando sunt rei, non verò quando actorum partes agunt, ibi: *Vt coram ipsis Conseruatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conueniri quidem aut trahi debeant, sed alios conuenire aut trahere non possint, &c.* Exceptis causis iniuriarum & violentiarum manifestarum, quia in ijs etiam

46 actores † Conseruatoribus gaudent, vt ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij *Capite Præcedenti* adducta *num. 70.* apertè constat, iunctis *ibidem* traditis, & Gutierr. *lib. 3. practic. quæst. 9. à num. 8.* Barbosa *dict. allegat. 106. numer. 40. & 56. & in cap. 1. de offic. & potestat. iudic. delegat. in 6. num. 3.* Gauant. *dict.* verbo *Conseruatores, numer. 12.* Bellet. *dict. §. 2. numer. 6.* Lezana *dict. cap. 10. num. 60. & 1. part. cap. 3. num. 11. in fin.* Pat. Pellizzar. *dict. cap. 8. num. 120.* Tamburin. *dict. quæsito 2. in fin.* Cardin. Lugo *respons. moral. lib. 4. dub. 38. numer. 3.*

Ex quibus sequitur omninò, debitores suos in causis † ciuilibus Regula- 47
res, coram Conseruatore conuenire non posse, sed de his causis debitorum iudices cognoscere debere, ita Alcia. *de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 23.* Gutierr. & alij *vbi proximè*, Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 23. num. 5.* Caued. *diuersor. iur. argument. lib. 3. cap. 18. numer. 4.* Zeuall. *dict. quæst. 897. num. 711. & seqq. & dict. quæst. 20. à num. 16.* vbi plenè, Gauant. *vbi proximè num. 2.* P. Fragos. *vbi suprà num. 23. & 122.* Mirand. *dict. quæst. 47. art. 7. conclus. 5.* Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubric. 12. cap. 13. num. 20.* Pat. Dian. *3. part. Moral. tract. 1. resolut. 20.* Licèt contrarium † innuant Guid. Pap. 48
decis. 18. in fin. & Rodrig. *dict. quæst. 65. art. 12.* quibus respondet Gutierr. & se ab impugnationibus Rodrig. defendit *lib. 4. pract. quæst. 63. per tot.* P. Auend. *dict. tit. 4. num. 63.*

Vel etiam † Regulares rei coram 49
suis Superioribus conueniendi sunt, secundum declarationem à Sanctissimo Paulo Papa V. factam, *in sua Bulla* incip. *Religiosorum, pag. 222. tom. 3. Bullar.* maximè *in §. 2.* vbi declaratur his non obstare, *Cap. Volentes 1. de priuileg. in 6.* & Tridentin. Concilium *sess. 7. cap. 14. & sess. 24. cap. 20. de Reformat.* quæ contrarium fundere videbantur, illic: *Ab eadem verò Congregatione fuerit responsum, neque Constitutione in generali Concilio Lugdunensi edita, quæ incipit: Volentes, neque Decreto Concilij Tridentini Cap. 14. sess. 7. comprehendi Regulares, ideòque eos iuxta eorum priuilegia, coram suis Superioribus, vel Conseruatoribus esse conueniendos, &c.* iunctis latè traditis à Mar. Muta *decis. 2. à num. 14.* Paulin. Berto *in prax. crimin. Regular. tit. 4. cap. 29. à num. 43.* Dom. Salgad. *vbi supr. à num. 2. cum seqq.* Ricc. *decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. 223. numer. 2. part. 1.* P. Fragos. *vbi sup. num. 30. in fin.* Gauant. verb. *Regularium iura sub Episcopis, num. 55.*

Literæ verò Conseruatoriæ † non 50
sunt perpetuæ, sed quinquennio tantum prosunt, eo autem elapso, cessant & expirant. *Conc. Trid. sess. 14. de Refor. cap. 5. in fin.* ibi: *Nemo etiam similium literarum beneficio, vltra quinquennium, gaudere possit.* d. Bull. Gregor. XV. §. 8. *n. 59.* notant

& exornant Rodrig. *dict. q.* 65. *art.* 9. alter Rodrig. *in comp. quæſt. Regular. reſol.* 33. *num.* 8. P. Azor. 2. *part. inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 34. *quæſt.* 14. Barboſ. *in d. cap.* 5. *Concilij, num.* 10. *& dict. alleg.* 106. *à num.* 50. Zeuall. *d. quæſt.* 897. *numer.* 789. *& de cogn. per viam viol.* 2. *p. quæſt.* 26. *num.* 9. Campan. *dict. cap.* 13. *num.* 25. Gauant. verbo *Conſeruatores, num.* 3. Lezan. *d. cap.* 10. *num.* 82.

51 Nec intra hoc † tempus poteſt facile amoueri Conſeruator electus, niſi legitima interueniente cauſa, à Sancta Romana Sede, vel à locorum Ordinarijs approbanda, *dict.* §. 8. illic: *Conſeruatores huiuſmodi ſemel legitimè deputati, niſi ex legitima cauſa, à Sede Apoſtolica, aut locorum Ordinarijs. Approbanda, durante quinquennio, à die deputationis amoueri, aut mutari nullatenus poſſint, aut valeant.* Peyrin. *d. conſtit.* 5. *Greg. XV.* §. 5. *n.* 32. Tambur. *d. diſp. vltim. quæſt.* 1. *n. fin.* Lezan. *d. cap.* 10. *num.* 59. Gauant. *vbi proximè, n.* 4. Si tamen fuerit pro tem-

52 pore † limitato Conſeruator datus, eo finito, debet ceſſare ipſius iuriſdictio & poteſtas, Rota *deciſ.* 5. *de offic. delegat. in antiq.* Ricc. *dict. collect.* 899. Quoniam cum hæc Conſeruatorum poteſtas & iuriſdictio ſit odioſa, reſtringi, & vltra caſum

53 † & tempus data, admitti non debet, ex traditis *Capite Superiori, à n.* 36. & 41. & docent Bellam. *conſ.* 20. Crauet. *conſ.* 132. *n.* 2. Bertrand. *conſ.* 24. *n.* 8. *volum.* 1. quos ſequitur Flamin. Pariſ. *vbi ſupr. lib.* 3. *q.* 11. *n.* 2. faciunt latè tradita à D. Palaf. *in allegat. iur. pro Clero Angelopol. alleg.* 2. *punct.* 5. *à n.* 1. *fol.* 61. Zeuall. *d. q.* 26. *num. fin.* vbi addit, eſſe

54 alium † caſum recurſus per viam violentiæ, quando Conſeruator procedit, finito conſeruatoriæ tempore. In dubio verò ſemper dicendum eſt, Conſeruato-

55 rem † non habere iuriſdictionem, Accac. de Ripoll. *variar. cap.* 1. *num.* 70.

Aduerte omninò, quod licet *ſuprà Cap. Præcedenti, num.* 1. dixerim, Conſeruatorem Iudicem iudiciali indagine vti

56 non debere; id accipiendum † eſſe & procedere, reſpectu plenariæ, latæ, & ordinariæ cauſarum cognitionis & proſecutionis, quæ in rebus dubijs & difficilioribus paſsim ſolet adhiberi, vt notant glo. *in d. cap.* 1. verbo *Indaginem, de offic. & poteſt. iudic. deleg. in* 6. Monet. cum alijs *de Conſeru. cap.* 7. *num.* 76. Narbon. *in dict. l.* 60. *num.* 80. Gauant. *vbi ſupr. num.* 20. Hæc enim prorſus in his cauſis & negotijs ceſſare debet, non verò intelligendum eſſe de ea indagine & inquiſitione, ad finem huius iuriſdictionis & cognitionis aſſequendum, neceſſaria: ſi enim † 57 conceditur iuriſdictio & facultas Conſeruatori electo & legitimè deputato, vt ſibi commiſſos & commendatos, ab iniurijs & violentijs manifeſtis defendat, delinquenteſque puniat & coerceat, vt vidimus; pariter ſequitur eidem datum & permiſſum eſſe, quidquid ad illud obtinendum, & perficiendum omninò neceſſarium eſſe iudicabitur, ex regula *l.* 2. cum alijs, *ff. de iuriſd. omnium iud.* ita in ſpecie, quod Conſeruatores Iudices poſſint & debeant adhibere eam † iudicialem in- 58 daginem & inquiſitionem, ſine qua Conſeruatoriæ finis & vſus procedere & conſequi non valet, docent Innoc. *in d. cap.* 1. (cuius ipſe auctor fuit) *num.* 1. *& 4. de offic. & poteſt. iudic. delegat. in* 6. vbi Archidiac. *num.* 3. *in princ.* Franc. *n.* 3. verſic. *Vltimo nota*, Domin. *ibid.* Rodrig. *d. quæſt.* 65. *art.* 12. P. Molin. *d. diſp.* 29. *num.* 2. verſic. *Poteſt tamen*, P. Azor. *dict. cap.* 34. *quæſt.* 8. Monet. *dict. cap.* 7. *à num.* 78. Cochier. *dict. part.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 6. Barboſ. *dict. alleg.* 106. *num.* 20. Mendez *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 26. D. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſ.* 1. *part. cap.* 16. *num.* 19. & *de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 10. *num.* 66. Pat. Fragoſ. *dict. diſput.* 12. *numer.* 5. & *ſequentibus, & à num.* 87. Pat. Auendañ. *in Theſaur. Indic. dict. tit.* 4. *n.* 60. Tamburin. *dict. diſput. vltim. quæſito* 2. *numer.* 13.

Imò precisè & ex natura actus, ante omnia ſummarie † conſtare debet, iniu- 59 riam ſeu violentiam eſſe notoriam & verè illatam, ad quod eruendum probationes debent recipi, vt ſi verè appareat eſſe notoriam, procedat & vindicet Conſeruator, alias † ſe ipſe incompetentem de- 60 claret, P. Molin. *num.* 2. Rodrig. *art.* 11. *locis vbi proximè*, Andr. Gail. *obſeruat. lib.* 1. *obſeruat.* 34. *num.* 3. Petr. Barboſ. *in leg. Si quis ex aliena. de iudic. num.* 112. & 148. Auguſt. Barboſ. *in d. cap.* 1. *num.* 11. *& dict. alleg.* 106. *num.* 18. Mendez à Caſtro *dict. cap.* 3. *n.* 25. Mirand. *dict. quæſt.* 47. *art.* 8. *concluſ.* 2. P. Fragoſ. *vbi ſupr. num.* 80. Rota apud Poſthium, *poſt tract. de manuten. deciſ.* 635. *à num.* 14. Ioann. Paul. Xammar. *de offic. iudic.* 1. *part. quæſt.* 14. *num.* 25. Freytas *vbi ſuprà*. Cum hæc iuriſdictio competat, † non ſimpliciter, ſed

ſed ſolum ſuper qualificatis iniurijs & violentijs, ergo de eis ante omnia conſtare debet, dixi *ſupr. à num.* 56. ita in indiuiduo Barboſ. *d. num.* 18. ex Gutierr. *dict. q.* 9. *num.* 14. Pereyra *de man. Reg.* 1. *part. cap.* 7. *num.* 5. Accac. de Ripoll. *var. cap.* 1. *à num.* 48. Mendez *vbi proximè n.* 26. Maximè cum poſsit quidem dari iniuria non qualificata, ſed tantum ſimplex, pro qua certum eſt, Conſeruatoris iuriſdi-
62 ctionem † non competere, vt ex Ioan. Monach. *in d. cap.* 1. *de offic. & poteſt. iudic. delegat. in* 6. *num.* 4. docet D. Valenç. *conſ.* 84. *num.* 7.

In quo ſenſu accipienda & intelligenda ſunt verba *d. Cap.* 1. *in fin.* ibi: *Nec ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam poſsint extendere poteſtatem*, quemadmodum ea admiſit & accepit Innoc. *ibid. n.* 1. & 4. cuius interpretatio & expoſitio magis placere debet, ex eo quod ipſe ſit illius textus auctor, vt aduertit Tambur. *dict. n.* 13. & in epigraphe pa-
63 tet, & ſemper diſponentis & ſtatuentis † interpretatio alijs omnibus præferenda eſt, cum nullus alius eum declarare melius & explicare poſsit, *Cap. Significaſti* 18. *§. Et quidem*, verſic. *Cum de cæteris credendum, de homic. l. Ex facto* 43. *in princ. ff. de vulgar.* vbi Doctores *l. Ex facto* 35. *§. Rerum, ff. de hæred. inſtit. cap. Cum veniſſent* 12. *ff. de iudic.* gloſſ. *in Clement.* 1. verſic. *Non habita, de priuil.* & *in cap. Ad audientiam el* 2. *in gloſſ. magna, circà fin. de Reſcript.* Barthol. *in leg. Inter omnes, §. Rectè, de furt.* Bald. *in cap. Bonæ el* 2. *de poſtulat. Prælat.* Felin. *in tract. de conat. numer.* 7. Foller. *in prax. crim.* verb. *Item quod criminis, num.* 25. Hond. *conſ.* 96. *n.* 17. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 82. *num.* 9. & *conſ.* 776. *num.* 9. Crauet. *conſ.* 9. *num.* 34. Decian. *conſ.* 8. *à n.* 125. *vol.* 1. Magon. *deciſ.* 150. *num.* 4. Pretis *de interpr. vltim. volunt. lib.* 1. *interpret.* 1. *dub.* 3. *ſolut.* 5. *n.* 1. Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 8. & 18. D. Vega *in d. cap. Cum veniſſent, n.* 22. D. Caſtill. *controu. tom.* 1. *cap.* 96. *n.* 8. D. Altam. *in defenſ. Ducis de Arſcot. n.* 257. D. Chumac. *in memor. ad Santiſ. ſobre las diferencias con el Colector de Portugal, fol.* 2. verſic. *Y ninguna interpretacion.* Dom. D. Garc. de Porras & Silva *in alleg. iuris pro Marchion. de Cañete ſuper Maioratu, à Don Gutierre de Cardenas, inſtituto num.* 540.

SVMMARIVM.

1 *CONſeruatores iudices, an poſsint recuſari, etiam quando in caſu certæ pœnæ procedunt? Et num.* 4.

2 *In notoriis non admittitur recuſatio, neque appellatio. Et num.* 5.

3 *Si pœna infligenda ſit arbitraria, habet locum recuſatio.*

5 *Appellatio in notorijs non procedit.*

6 *Limita quando iudex in pœna infligenda, modum excedit.*

7 *In notorijs datur appellatio, quoad effectum deuolutiuum.*

8 *Semper concurrit iuſta cauſa, etiam in notorijs, ad appellationem admittendam.*

9 *Reus confeſſus ſi non ſit conuictus, poteſt appellare.*

10 *Appellatio à Conſeruatore Papæ, ad Papam interponitur.*

11 *Appellatio à Conſeruatore à Rege dato, ad Regem procedit.*

12 *Appellatur ad Papam à Conſeruatore laico, à Papa electo.*

13 *Appellatur ad Regem à Conſeruatore Clerico, à Rege aſsignato.*

14 *In Hiſpania à Conſeruatore, an appelletur ad Primatem, vel ad Nuntium Apoſtolicum? Et num.* 17.

15 *Appellatio interponitur iuxta tenorem Conſeruatoriæ.*

16 *Papa ad libitum poteſt Conſeruatoris iuriſdictionem ampliare, vel reſtringere.*

18 *Recurſus per viam violentiæ datur, quoties Conſeruator appellationi non defert, ſecùs quando cauſa, coram Superiori Regulari agitatur. Et numer.* 19.

20 *Conſeruator debet iniuriam inferendam repellere, & Regularem ab illa defendere.*

21 *Defenſio proprie conſiſtit in reſiſtendo iniurijs inferendis, quam in repellendis illatis.*

22 *Conſeruator per generalem excommunicationem poteſt inferendæ iniuriæ occurrere.*

23 *Conſeruator poteſt contra Sæculares*

& Eccleſiaſticos per cenſuras Eccleſiaſticas procedere.
24 *Etiam contra Epiſcopos, & alios Prælatos, & qualiter.*
25 *Epiſcopi poſſunt à Conſeruatoribus petere literas Conſeruatoriæ.*
26 *Indiarum Cancellariæ cognoſcunt de cauſis, ad Conſeruatorem eligendum neceſſarijs. Et num.* 28. 32.
27 *Conſeruatores in Indijs contra Epiſcopos non admittuntur. Et num.* 31.
29 *Epiſcopalis dignitas ſumme veneranda.*
30 *Epiſcopi immediate ſubſunt Papæ.*
33 *Epiſcopis procedentibus contra Regulares Indiarum, pro executione Regij Patronatus, impertitur Regium auxilium.*
34 *Conſeruatores nullum poſſunt habere proprium Tribunal.*
35 *Apud Nos hoc ipſum iuſſum eſt, & rurſus quod præminentijs, & inſignibus, quæ referuntur, non vtantur. Et num.* 37.
36 *Conſeruatores in Indijs in caſibus à iure permiſsis, eliguntur.*
38 *Conſeruatores, an teneantur in literis requiſitorijs, inhibitorijs, &c. conſeruatoriam inſerere?*
39 *Citatus vel requiſitus ſine literis Conſeruatoriæ, non tenetur obedire.*
40 *Conſeruator, an poſsit eligi pro famulis & ſeruitoribus Religionum?*
41 *Syndicus Sancti Franciſci, an gaudeat Conſeruatore Iudice?*
42 *Conſeruator, an poſsit ſubdelegare ſuam iuriſdictionem? Et num.* 44.
43 *Delegatio quando procedit, in perſonas eiuſdem Ciuitatis dirigi debet.*
45 *Conſeruatores Regularium, an neceſſario eligi debeant de iudicibus Synodalibus? Et num.* 48.
46 *Regulæ Cancellariæ deſinunt obligare, defuncto Pontifice, eas proferente, niſi à ſucceſſore confirmentur.*
47 *Tridentinum Concilium ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 10. *an procedat in Conſeruatoribus ad vniuerſitatem cauſarum, electis?*

ARGVMENTVM.

CONſeruatores, an poſsint recuſari, ab eorum ſententijs, an, & ad quem appelletur? In Indijs contra Epiſcopos non eliguntur, non poſſunt proprium habere Tribunal, aut nouis inſignibus, & præminentijs vti.

CAP. LXXX.

1 IN hac Conſeruatorum materia quæriſolet, an † hi recuſari poſsint? Communis Doctorum traditio docet, Conſeruatorem ad pœnam pro iniurijs & violentijs manifeſtis procedentem, ſecundum formam *in cap.* 1. *& fin. de offic. & poteſtat. iudic. delegat. in* 6. præſcriptam, recuſari non poſſe, cum ſit merus executor, gloſſ. *in dict. capit. fin.* verbo *Commiſſum*, Ripoll. *variar. cap.* 1. *numer.* 81. & alij *mox* tradendi, & verſemur in notorijs, iuxta tradita *Capitibus Superioribus*, in quibus recuſatio † non admittitur, *cap. Propoſuit* 24. *in fin. de appellation.* gloſſ. *in dict. cap.* 1. Gofred. *in ſumm. tit. de offic. & poteſtat. iudic. delegat. in fin.* verſic. *Quid, de Conſeruatoribus*, Didac. Perez *in leg.* 1. *tit.* 5. *lib.* 3. *Ordinam.* verſic. *Eſt dubium*, P. Azor. *inſtit. moral.* 2. *part. lib.* 5. *cap.* 34. *quæſt.* 11. Pat. Fragoſ. *de regimin. Reipublic.* 2. *part. lib.* 4. *diſput.* 12. *à numer.* 13. vbi latè, Cochier. *de iuriſdict. in exempt.* 1. *part. quæſt.* 39. *numer.* 33. vbi multos citat, Narbon. *ad l.* 60. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil. num.* 79. Borgnin. Caualcan. *deciſ.* 33. *numer.* 15. *part.* 2. illic: *Oltra che tal Conſeruatore*

2

De-

Delegato non puole essere allegato sospetto. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 3. *disp. fin. quæsito* 3. *num.* 1. Barbosa *in d. cap.* 1. *à num.* 12. vbi limitat, *vt infr.*

3 Si verò pœna infligenda † non sit omninò à iure designata, sed est à iudice arbitrarie imponenda, licèt sit manifesta & notoria iniuria & violentia, rectè obtinebit locum recusatio, Abb. *in cap. Si quis contra, num.* 11. *de for. compet.* & *in dict. cap. Proposuit, num.* 5. *de appellat.* vbi ait, hoc esse notabile, Anton. de Butr. Imol. *in fin.* Franc. *num.* 4. *ibidem*, Archidiacon. *in cap. Quia suspecti* 3. *quæst.* 6. *column. fin.* Prosper. Carauit. *sup. Ritu* 265. *num.* 11. Anton. Gom. 3. *part. var. cap.* 1. *de delict. numer.* 49. plenè Prosper. Farinac. *in prax. criminal. quæst.* 21. *à num.* 130. Francisc. Bursat. *cons.* 21. *numer.* 25. *lib.* 1. Tambur. *vbi proximè num.* 2. veluti, quando Regulares sunt rei, & non agitur de vindicanda iniuria, eisdem illata, vel inferenda, aut in alijs causis. Tambur. *d. num.* 3. Barbos. *alleg.* 106. *n.* 32.

4 qui semper recusationi † locum esse, etiam in notorijs docet, & rectè cum facile possit reum grauare iudex in quauis circunstantia & qualitate, & ita temperandum esse textum *in dict. cap. Proposuit.* affirmat, attenta maximè Sancti Tridentini Concilij decisione, formam recusandi Conseruatorem præscribentis, *in sess.* 14. *de Reform. cap.* 5. versic. *Quod si*, ibi: *Quod si in ijs causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo Conseruator, ab actore suspectus esse dicatur. Nequaquam in causa procedatur, donec*, &c. vbi idem Barbos. *n.* 9. & *in d. alleg.* 106. *num.* 35. Zeuall. *comm. contra comm. q.* 897. *num.* 779. & *seq.* vbi P. Azor. reprobat, & *de cogn. per viam viol.* 2. *part. q.* 20. *num.* 46. Campan. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 25. *in fin.* Lezana *tom.* 1. *Regul. quæst. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 74. Carrillo *in defens. pro D. Episcop. Paraquar. discurs.* 4. *num.* 21. *fol.* 58. March *in summ. liter. I. reso'.* 140. *num.* 4.

Eodem modo philosophandum est

5 quoad appellationem, nam † licèt verum sit, in facto notorio admitti non solere appellationem, *Cap. Cum sit Romana* 5. *§. vlt. de appell.* vbi Barbos. *numer.* 19. Farinac. *n.* 117. Anton. Gom. *num.* 47. *locis vbi proximè*, Scac. *de appel. quæst.* 17.

6 *limitat.* 4. *à num.* 13. nisi † excedit iudex, modumque in infligenda pœna non seruet, *cap. Reprehensibilis* 16. *de appellat.* Abb. *in cap. Ad nostram, eod. tit. num.* 17. Tamburin. *vbi suprà num.* 4. D. Salgad. *de Reg. protect.* 3. *part. cap.* 14. *num.* 62. Scac. *dict. limit.* 4. *num.* 96. latè & benè Barbosa *in cap. Consuluit* 14. *eod. tit. de appellat. à num.* 4. vbi rectè aduertit, in notorijs locum † esse appellationi, quoad effe- 7
ctum deuolutiuum semper, licèt illa non admittatur quoad suspensiuum effectum, Lancelot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *de attent. appellat. pendent. limit.* 9. *prin. num.* 3. *in fin.* Farin. *vbi supr. q.* 101. *num.* 63. Scacc. *dict. limit.* 4. *num.* 91.

Ideòque sæpè solet † iusta concur- 8
rere causa, etiam in notorijs, vt sit admittenda appellatio, ita notauit *gloss.* verbo *Mandetur, in cap. Romana* 3. *§. Si autem de appellat. in* 6. facit benè textus *in leg.* 2. *ff. quor. appell. non recip. cap. Ei qui* 41. versicul. *Nullus* 2. *quæst.* 6. vbi probatur, non sufficere confessionem ad denegandam appellationem, sed requiri vlterius quod reus † testibus conuictus 9
sit, Domin. Couarrub. *practicar. cap.* 23. *num.* 5. versicul. *Secunda conclusio*, Farin. *dict. quæst.* 21. *à num.* 118. & *d. quæst.* 101. *num.* 64. Barbos. *dict. alleg.* 106. *num.* 33. & *in dict. cap. Consuluit, num.* 4. *cum seqq. vsque in fin.*

Nota hoc in loco, appellationem † 10
à Conseruatore Iudice procedente emissam, ad Papam interponi debere, quando Conseruator est Apostolicus, vel ad Regem, quando † ab ipso deputatus 11
est, iuxta tradita *cap.* 78. *à num.* 7. Appellatio enim semper est ad eum, qui iudicem dedit, *leg.* 1. *ff. quis & à quo, leg. Imperatores* 21. *ff. de appellat. leg. Præcipimus* 32. *§. Hæc si, Cod. eod. leg. fin. in fin. Codic. de iudic. Authent. de iudic. §. Ille*, ita distinguunt & docent hanc conclusionem Anastas. Germon. *de Sacr or. immun. lib.* 3. *cap.* 19. *à num.* 56. Monet. *de Conseruat. cap.* 9. *num.* 184. post Abbat. *in rubric. de appellat. num.* 13. versic. *Sed quatenus*, vbi Franc. *num.* 37. versic. *Tertiò infertur.* Greg. Tolosan. *de appellat. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 3. Breder. *eod. tract.* 1. *p. tit.* 15. verbo *à Clerico, column.* 132. P. Mendo *de iur. academic. lib.* 1. *quæst.* 26. *numer.* 524. P. Fragos. *dict. disput.* 12. *numer.* 62. vbi plenè, & à *numer.* 59. *vbi* docet, à Conseruatore † laïco ad Papam 12
esse appellandum, quando à Papa fuit deputatus, facit *Cap. Si duobus* 7. *§. Denique, de appellation. Cap. Neuit.* 13. *de iudic.* Germon. *d. num.* 86. & *seqq.* ita & à Cle-

13 rico † Conſeruatore ad Regem, ſi Rex illum aſsignauit, Zeuall. *dict. quæſt.* 20. *num.* 48. vbi rectè reprobat Narbon. *de appellat. Vicar.* 2. *part. fundam.* 2. *num.* 5.

14 dicentem, † à Conſeruatore in Hiſpania ad Toletanum Primatem prouocandum eſſe, quod non probat, oppoſitumque apparet *ex traditis* à Dom. Salgado *vbi infrà.* fac. Antunez *de donat. Reg.* 3. *part. cap.* 28. *num.* 103. & tradita *ſuprà Cap.* 61. *num.* 58.

15 Niſi Conſeruatoriæ † literæ aliud exprimant, modumque præſcribant, in appellationibus ſeruandum, Ancharran. *conſ.* 132. Cardin. Tuſc. *liter. C. concluſ.* 760. *num.* 6. Carol. Ruin. *conſ.* 3. *à num.* 2. *volum.* 4. Peyrin. *tom.* 2. *priuilegior. ſui Ordin. in Conſtitut.* 5. *Gregor. XV. num.* 61. Barboſ. *dict. allegat.* 106. *num.* 4. *in fin.* Pat. Fragoſ. *vbi proximè à numer.* 58. Mendez à Caſtro *in prax. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. Tamburin. *dict. quæſito*

16 3. *num.* 5. *in fin.* Papa enim † ad libitum poteſt Conſeruatoris iuriſdictionem ampliare, vel reſtringere, qualitateſque ſibi benè viſas, adijcere Zeuall. *d. quæſt.* 20. *numer.* 28. In Hiſpania tamen de his cauſis appellatis, ſeu de appellationibus ad Papam interpoſitis, à ſententijs Con-

17 ſeruatorum, Apoſtolicus † Nuntius Matriti degens, cognoſcit. Domin. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſ.* 2. *part. cap.* 14. *à num.* 37. qui *cap.* 11. *num.* 104. & *de Reg. protect.* 2. *part. cap.* 10. *à num.* 65. rectè aduertit, dari recurſum per viam violen-

18 tiæ † ad Senatum, quoties Conſeruator iudex appellationi non defert, *ex ſuprà* traditis grauaminibus, quæ ſolent ſæpe concurrere, Dom. Solorç. *lib.* 3. *de Indiar. gubern. cap.* 26. *num.* 114. Ripoll. *variar. cap.* 1. *num.* 50. Secus verò eſſe,

19 ſi coram † Prælato Regulari, & non coram Conſeruatore, cauſa agitetur & pendeat, *quod nota.*

Dixi *ſuprà num.* 3. *Illata vel inferenda*, quoniam quoties probabiliter † conſtare poteſt, iniuriam, vel violentiam Regulari, vel alij, eſſe inferendam, eam a-

20 uere, & illum ab ipſa defendere, ad Conſeruatorem Iudicem ſpectat, *gloſſ.* verbo *Defendere in d. cap.* 1. *de offic. & pot. iud. delegat. in* 6. vbi Monach. *num.* 5. Franc. *num.* 7. Dominic. *num.* 13. Pat. Molin. *dict. diſput.* 29. *num.* 2. verſ. *Poteſt tamen, in fin.* Pat. Azor. *dict. cap.* 34. *quæſt.* 7. verſic. *Si iterum quæras*, Mirand. *d. quæſt.* 47. *art.* 7. *concluſ.* 4. Barboſ. *d. allegat.* 106. *num.* 34. & *in d. cap.* 1. *num.* 15. Cochier. *d. quæſt.* 39. *num.* 13. Dom. Salgado *de ſupplicat. ad Sanctiſ.* 1. *part. cap.* 16. *num.* 10. Tambur. *d. diſput. vltim. quæſito* 2. *num.* 20. Lezana *dict. cap.* 10. *num.* 23. cum alijs. Pat. Fragoſ. *vbi ſupr. num.* 4. *in fin.* vbi rectè probat, † defenſionem 21
propriè magis conſiſtere in reſiſtendo inferendis iniurijs, ne inferantur, quam in repellendis iam illatis, *ex dict. gloſſ.* verbo *Defendere*, Franc. Dominic. Azor, Cochier, & Molin. *locis relatis*, Zeuall. *d. quæſt.* 20. *num.* 23. qui optimè in hoc expendit, *l. fin. in princ. ff. de eo quod metus cauſ.* illic: *Adire aliquem poteſtate præditum, qui vtique vim eum pati prohibuiſſet*; addit rurſus Barboſ. *dict. numer.* 34. *ad medium*, poſſe Conſeruatores violentijs & iniurijs probabiliter inferendis, non ſolum alijs medijs occurrere, verum etiam generalem † excommunicationis 22
ſententiam proferendo, in eos qui illas commiſerint, vel fecerint, *ex d. gloſſ.* verbo *Defendere*, vt notant etiam *ſuprà* adducti, & probatur ex regula textus, *in capit. Dilecto* 6. *in princ.* verſic. *Et quoniam, de ſentent. excomm. in* 6. iuncto textu *in cap. Anobis* 21. ibi: *Quiſquis furtum fecerit, eod. tit. in Decretalib.* cum traditis à Dom. Couarrub. *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 10. *à num.* 1. *eod. tit.* Gutierr. *Canon. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. Pat. Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 3. *ſect.* 4. *à num.* 4.

Ex quibus apparet, Conſeruatores Iudices poſſe iuſtè procedere † contra 23
Eccleſiaſticos & Sæculares, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia, iuxta text. *in cap. Sanè* 11. *de offic. & poteſt. iudic. delegat. cap. Auctoritate* 11. *de priuileg. in* 6. Dom. Couarrub. *vbi proximè* 2. *part.* §. 2. *num.* 7. *de ſentent. excommun.* docent in ſpecie Ludou. Mirand. *d. quæſt.* 47. *art.* 8. *concluſ.* 5. Barboſ. *dict. allegat.* 106. *num.* 76. & *in dict. cap. Sanè, num.* 5. Lezana *dict. cap.* 10. *numer.* 37. cum alijs.

Etiam contra Epiſcopos † & alios 24
Prælatos, ſeruata tamen forma data, *in cap.* 2. *de offic. iudic. delegat. in* 6. videlicèt, vt modeſtè, reuerenter, & patienter procedant. Pat. Azor *dict. cap.* 34. *quæſt.* 12. Barboſa *dict. allegat.* 106. *à num.* 37. & *in dict. cap.* 1. *de offic. & poteſtat. iudic. delegat. in* 6. *num.* 5. Pat. Fragoſ. *vbi ſuprà num.* 9. Pat. Bordon. *tom.* 2. *reſolut.* 95. *numer.* 14. Pat. Pellizzar. *dict. cap.* 8. *num.* 128. Lezana *d. num.* 33.

in

in fin. & num. 86. vbi ex Barbos. *vbi proximè*, & Mirand. *d. concluſ.* 5. §. *Aduerto*,
25 ait, Epiſcopos non irrogare iniuriam † Conſeruatoribus, poſtulantes ab eis, vt oſtendant literas ſuas, nec teneri eis obedire, niſi illas oſtenderint. Adde tradita *ſuprà Capite præcedenti, numer.* 28. *& ſequentibus.*

Apud Nos verò, cum ſtabilitum ſit,
26 vt Regiæ † Cancellariæ Indiarum, pro electione & nominatione Conſeruatoris, cognoſcant, an ſint, vel non legitimæ & ſufficientes cauſæ, ad hoc vt poſsit iudex Conſeruator, in caſibus permiſsis & à iure approbatis, procedere, *ex Reg. Sched.* 5. *Martij* 1563. 25. *Iunij* 1575. *pag.* 46. *tom.* 2. *impreſſ.* & 11. *Martij* 1593. ex quibus ſumantur, *lex* 16. ita: *Que los Religioſos no vſen de Conſeruatorias, ſino en los caſos permitidos por derecho.* & *lex* 17. *Que las Audiencias no conſientan vſar de Conſeruadores, ſino en los caſos permitidos, tit.* 8. *lib.* 1. *ſummar.* Dom. Solorç. *dict. lib.* 3. *de gubernat. Indiar. cap.* 26. *à num.* 113. D. Villarroel *en el gauierno Eccleſiaſtico, q.* 6. *art.* 13. *à num.* 15. Pat. Auend. *in Theſaur. Indic. tit.* 4. *à num.* 56. Carrillo *vbi ſupr. à num.* 1. *&* 33.

Nouiſsimè reſolutum & decretum eſt,
27 de cætero Conſeruatores † Iudices contra Archiepiſcopos & Epiſcopos Indiarum, à Religionibus prætextu cuiuſvis priuilegij & conceſsionis, permitti vel admitti non debere; en Reſcriptum Regium *die* 1. *Iunÿ anni* 1654. expeditum, omninò obſeruandum.

EL REY. Mis Virreyes, Preſidentes, y Oidores de las Audiencias de mis
28 *Indias Occidentales, à quien toca † examinar, y aprobar las cauſas, que las Religiones proponen, para poder nombrar Iuez Conſeruador, vſando de la facultad que pretenden eſtarles concedida, por ſus priuilegios, y Bulas, y ſiendo tan conueniente al ſeruicio de Dios, y mio, el mirar con*
29 *particular † cuidado, y atencion por la decencia, decoro, y autoridad que ſe debe à tan venerable dignidad como la de los Arçobiſpos, y Obiſpos, por el priuilegio que el derecho Canonico, y los Concilios dan à los que eſtàn Conſagrados, haziendolos inme-*
30 *diatos † al Sumo Pontifice, y auiendoſe conferido ſobre ello por los de mi Conſejo de las Indias, y conſultadoſeme.*

He reſuelto ordenaros, y mandaros (como por la preſente os ordeno, y mando) à cada vno de vosotros en vueſtro diſtrito, y juriſdicion, que de aqui adelante, por ninguna
† *modo conſintais, que los Religioſos de las* 31
Ordenes de eſtas Prouincias, en virtud de qualeſquiera priuilegios, ò Bulas Conſeruatorias, nombren ſemejantes Iuezes, contra las perſonas de los Arçobiſpos, y Obiſpos; y ſupueſto que para poder vſar de dicha facultad, es preciſo que primero † pre- 32
ſenten los motiuos, y cauſas, que les obliga al nombramiento de dichos Iuezes, para que por vosotros viſtas, y examinadas las aprobeis, ſiempre vendrà à eſtar en vueſtra mano el impedir el vſo, y procedimientos de los dichos Conſeruadores, contra las perſonas de los Arçobiſpos, y Obiſpos, y aſsi eſtareis con la vigilancia, y atencion, que ſio de vueſtra prudencia, para no dar lugar à los inconuenientes, y eſcandalos, que de algunos años à eſta parte ſe han experimentado, tolerando mis Audiencias el abuſo de dichos Conſeruadores, que han paſſado no ſolo à proceder contra las perſonas de los Obiſpos, ſino à deponerlos de ſu dignidad; y en el cumplimiento de eſta orden pondreis todo cuidado, para que no pueda auer ninguna contrauencion en ſu obſeruancia. Fecha, &c.

Per aliam Regiam Schedulam 5. *Martij* 1651. D. Comiti de Alua de Aliſte, Mexicano Proregi miſſam, iuſſum fuerat, † auxilium Epiſcopis impertien- 33
dum eſſe à Proregibus, quoties de obſeruando Regio iure Patronatus à Regularibus, egerint, nec permittendum eo caſu, illos Conſeruatores Iudices eligere, ibi: *Y en razon deſto deis el auxilio à los Obiſpos, para que ſe cumplan ſus mandatos, y que ſi ſobre ello las Religiones quiſieren valerſe del remedio de Conſeruadores, no deis lugar à ello, por no ſer eſte de los caſos de Conſeruatorias.*

Conſeruatores Iudices legitimè nominati & electi nullo proprio † & par- 34
ticulari Tribunali vti poſſunt, ſed debent ad actus ſuos iudiciales exercendos, deputare & eligere Tribunal Ordinarij, domum propriam, vel alium honeſtum locum, Concil. Trident. *dict. cap.* 5. *in fin.* ibi: *Non liceat quoque Conſeruatoribus Iudicibus vllum habere Tribunal erectum*, Pat. Fragoſ. *dict. diſp.* 12, *num.* 111. Gauant. *in manual. Epiſcop.* verbo *Conſeruatores, num.* 17. Zeuall. *de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 20. *num.* 20. Hoc ipſum apud Nos deciſum eſt, iuſſumque
† vlterius, *que no vſen de ſitial, almo-* 35
hada, ni ſe les dè el tratamiento de Señoria,

per

per Regiam Schedulam 20. *Octobris ann.* 1633. quæ talis eſt.

EL REY. Por quanto he ſido informado, que ſin embargo de las prohibiciones que eſtàn hechas, para que las Religiones en las Indias, no puedan nombrar, ni
36 *vſar de Iuezes † Conſeruadores, ſi no fuere en los caſos permitidos por derecho, contrauiniendo à ello lo hazen muy de ordinario, y los Iuezes que aſsi nombran, introducen ſe les llame* Señoria, *y vſan de ſitial,*
37 *y almohada † en los actos publicos, y otras inſignias de juriſdicion, y crian nueuos Tribunales, todo en perjuizio del derecho de mi Patronazgo Real, y de la juriſdicion Ordinaria Eccleſiaſtica, y en perjuizio de la cauſa publica, à que no ſe debe dar lugar, y que aſſi conuenia, que yo mandaſſe prouer en ello de remedio.*

Y auiendoſe viſto por los de mi Conſejo Real de las Indias, con lo que mi Fiſcal dèl pidiò en la dicha razon, fue acordado, que debia mandar dar eſta mi Cedula, por la qual ordeno, y mando à mis Virreyes, Preſidentes, y Oidores de mis Audiencias Reales, de todas, y qualeſquier partes de las dichas mis Indias, que cada vno en ſus diſtritos, y juriſdiciones, tengan particular cuidado de hazer guardar, cumplir, y executar lo que en razon de lo ſobredicho eſtà diſpueſto, y ordenado, aſsi por las dichas Cedulas Reales, como por derecho, y por la ſeſſ. 14. de Reformat. cap. 5. del Santo Concilio de Trento, ſin que ſe exceda dello, y que en ſu execucion no conſientan à las dichas Religiones vſar de los dichos Iuezes Conſeruadores, ſi no fuere en los caſos permitidos por derecho, y entonces con las limitaciones que lo pueden hazer, ſin que los dichos Iuezes Conſeruadores crien Tribunal, ni vſen de inſignias algunas, de que no deban, ni les pertenezcan, ni de otra coſa alguna, que ſea contra lo diſpueſto por derecho, que aſsi es mi voluntad. Fecha, &c.

38 An autem Iudex Conſeruator † literas conſeruatoriæ teneatur inſerere inhibitorijs, requiſitorijs, vel citationibus, ſi aliquis quærat? Reſpondeam, quod licet Iaſ. *conſ.* 141. *per tot. volum.* 4. doceat, non teneri, verius eſt, quando extra Ciuitatem & locum, vbi reſidet Conſeruator, degit citandus, inhibendus, vel requirendus iuxta tradita *ſuperiori Capite à num.* 38. teneri ipſum eas inſerere, *cap. Cum in iure peritus* 31. *de offic. & poteſt. iudic. delegat.* vbi Barboſ. *num.* 4. citatis Marant. Mynſing. Ricc. Aſin. Decian. Menoch. Lancellot. Rauden. Borrell. Petr. Barboſ. & Molin. ad de Cabed. *deciſ.* 49. *numer.* 2. *part.* 1. Narbon. *ad l.* 60. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop. gloſſ. vnic. à num.* 73. 76. & 86. iunctis *num.* 35. & 36. Pegas *dict. cap.* 18. *num.* 37. & *ſeq.* Mendez de Caſtro *in prax. dict.* 2. *p. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. qui ſimiliter † docent, citatum vel requiſitum aliter, non teneri obedire, vt dixi *dict. Cap. à n.* 28. vide latè Barboſ. *vbi proximè.* 39

Pro familiaribus verò † & ſeruitoribus Religionum, an poſsit eligi Conſeruator? Vide Emman. Rodrig. *tom.* 1. *Regular. quæſt.* 65. *artic.* 17. Decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 11. & ibi Barboſ. *num.* 8. Zeuall. *de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæſt.* 11. *num.* 1. Lezana *dict. cap.* 10. *num.* 65. vbi *num.* 66. quid dicendum de Procuratoribus, & Syndicis † Religionis Sancti Franciſci agit, attenta Bulla Clem. VII. incip. *Dum conſideramus*, apud Caſarrub. *in compend. priuilegior. Mendicant.* verbo *Procuratores Fratrum, numer.* 13. Rodriguez *vbi proximè tom.* 3. *quæſt.* 39. *art.* 4. Dicit tamen Lezana, illud intelligendum eſſe de cauſis ad eoſdem ſpectantibus, quatenus Syndici, & Procuratores ſunt, non in alijs ad illos aliàs pertinentibus, quatenus ſingulares perſonæ ſunt, niſi aliud conſuetudine aut alio iure obſeruandum ſit. Portel. *in dub. Regular.* verbo *Syndicus Minorum, num.* 5. idem Lezana *cap.* 17. *à num.* 12. P. Pelliz. *tract.* 1. *cap.* 6. *à num.* 30. 40 41

Vtrum autem Conſeruator Iudex valeat ſubdelegare † totam ſuam iuriſdictionem? Eſt dubia quæſtio, verius eſt, ſubdelegare non poſſe, cum ſit electa eius perſona, niſi aliud in literis Conſeruatoriæ expreſſum, & conceſſum ſit, ita Speculat. *tit. de iudic. ſuſpect. §. Excipi, num.* 24. *gloſſ. in dict. cap. vltim. de offic. iudic. delegat. in* 6. Pat. Molin. *dict. diſput.* 29. *num.* 5. Pat. Azor. *dict. capit.* 34. *quæſt.* 9. Rodrig. *dict. quæſt.* 65. *artic.* 10. Cochier. *de iuriſd. in exempt.* 1. *p. quæſt.* 39. *num.* 20. Pat. Fragoſ. *dict. diſput.* 12. *num.* 10. & 66. *cum ſeqq.* Ripoll. *variar. cap.* 1. *num.* 79. Mirand. *d. quæſt.* 47. *artic.* 8. *concluſ.* 4. Barboſa *dict. alleg.* 106. *num.* 45. Quintanad. *de iuriſdiction. & imper. lib.* 2. *tit. de ſubdelegat. num.* 7. Sorbus *in compend. priuileg. Mendicant. tit. Conſeruator*, verbo *Item Conſeruator.* Paſſaret. *in not. ad priuileg. not.* 32. 42

No-

Monet. *de Conseruat. cap. 7. numer. 58.* Peyrin. *ad Constitut. V. Gregor. XV. §. 2. numer. 5.* Pascalig. *in not. ad Lauret. de Franch. in controu. inter Episcop. & Regular. 1. part. num. 821.* amicus Carrillo, *vbi suprà num. 29.* qui docent, casu quo possit subdelegare, debere subdelegatio-
43 nem † dirigere in personas eiusdem Ciuitatis & loci, semper itaque in hac ma-
44 teria, secundum † tenorem Rescripti procedendum est, cum iurisdictio ab ipsius litera reguletur, *cap. Recepimus 8. §. 1. de priuileg.* Ripoll. *vbi proximè num. 55.* desinatque esse, vel non, secundum formam concessionis, pro certo tempore, vel aliàs, indultæ, Pat. Fragos. *vbi suprà à numer. 17.* vbi plenè, Seraphin. Freytas *in Schol. ad Bullam 2. Alexand. VI. fol. 121. Bullar. sui Ordin. Beatæ Mariæ de Mercede*, & dixi *Cap. Superior. à num. 28. cum seqq.*

Aduertendum duxi hoc in loco, Con-
45 seruatores Regularium † necessario eligendos non esse de iudicibus Synodalibus, ita Monet. *de Conseruat. cap. 5. numer. 143.* vbi ad Ordinationem Clement. VIII. requirentem in Conseruatore qualitates, *cap. Statutum 11. de Rescriptis in 6.* respondet, eam fuisse regulam Cancellariæ & desisse esse, post mortem ip-
46 sius Clement. quemadmodum † desinunt esse & obligare aliæ regulæ, dum à successore Pontifice non confirmantur, Gomez *in proœm. regul. Cancellar. quæst. 2.* Mandos. *regul. 1.* Cened. *quæst. 12. num. 6.* Salas *de legib. disput. 12. sect. 1. num. 7.* Paris. *de resignat. lib. 11. quæst. 2. num. 31.* Cochier. *in regul. 1. Cancellar. num. 22.* Loter. *de re benef. lib. 2. quæst. 39. num. 15.* Barbos. *lib. 3. de iur. Eccles. vniuers. cap. 13. num. 95.* Gonçalez *ad regul. octau. Cancell. in proœm. §. 5. numer. 46.* Nicol. Garc. *de benef. 5. part. cap. 1. num. 645.* Clem. Merlin. *decis. 192. numer. 4.* diligentis. ac doctis. Don Gabr. de Espinosa Ribadeneyra *in alleg. iur. por el Fiscal Eccleſiastico del Obispado de Salamanca, con el Duque de Alburquerque, sobre la prouision de los Beneficios, constituentes en el Arcedianato de Ledesma, n. 43.* ex quibus hoc defendit idem Seraph. Freyt. *vbi proximè in Schol. ad Bullam Gregorij XI. fol. 53.*

Similiter ad Concil. Tridentin. *sess. 25. de Reformat. cap. 10.* respondent, non loqui de Conseruatoribus ad vniuersita-
47 tem † causarum, quales sunt Religionum Conseruatores, sed de Delegatis & alijs iudicibus, ad certas causas datis, qui addunt ita responsum fuisse à Sacra Cardinalium Congregatione, per hæc verba: *Illi, qui facultatem à Sede Apostolica obtinuerunt eligendi sibi Conseruatores, non sunt cogendi ad eligendum aliquem ex his qui in Synodis Prouincialibus, aut Diœcesanis designati fuerint, ex decreto Concilij*, de qua Ioannes Baptist. Confect. *in sum. priuil. Regul. tit. 4. cap. 4.* versic. *Canonici quoque.*

Sed his non obstantibus contrarium est verius post Bullam Gregor. XV. *sup. Cap. 78. à num. 47.* traditam, quæ *§. 2. num. 48.* omninò † requirit illas quali- 48
tates, in Conseruatore à Regularibus eligendo, omnesque alias literas Conseruatoriæ Ordinibus & Monasterijs aliàs datas, reuocauit, iussitque in posterum, iuxta illam solum eligi debere Conseruatores. Ad Sacræ Congregationis declarationem, & Monetam eam referentem, respondeo, id omne reuocatum fuisse per hanc Bullam illis posteriorem, quam tamen benè potuit doctis. Freytas agnoscere. Vide *infr. Cap. Sequenti, num. 42.*

SVMMARIVM.

1 *Conseruatoris electio cessat, quando Episcopus ex Tridentino, vel alijs Apostolicis Constitutionibus, illi iurisdictionem tribuentibus, procedit. Et num. 4. 14.*

2 *Bulla in causa Angelopolitana Indiarum super munere prædicandi, & super confessionibus Sæcularium, per Regulares exercendis, refertur. Et numer. 3. 4. vbi quando fuit expedita. Et num. 45. in fin. num. 47. & in Senatu visa, num. 48.*

5 *Negotium hoc à Sanctissimo particulari Congregationi Cardinalium, commissum fuit.*

6 *Regulares non possunt Sæcularium confessiones audire sine approbatione Diœcesani. Et num. 24.*

7 *Regulares non possunt prædicare in Ecclesijs sui Ordinis sine benedictione, in alienis, sine Episcopi licentia.*

Re-

8 *Regulares in Eccleſijs ſui Ordinis, contradicente Epiſcopo, non poſſunt prædicare.*

9 *Tranſgreſſores poſſunt ab Epiſcopo, tanquam Delegato Apoſtolico puniri, etiam per cenſuras. Et num.* 25. 38.

10 *Regulares non exhibentes licentias poſſunt excommunicari ab Epiſcopo. Et num.* 25. 26.

11 *Regulares in his caſibus non poſſunt eligere Conſeruatorem.*

12 *Patres Societatis Ieſu in Eccleſia Dei fructuoſe laborant, ſine intermiſſione.*

13 *Dubia quædam decidenda Sacræ Congregationi, in hac cauſa propoſita fuerunt.*

14 *An Regulares poſſint eligere Conſeruatores, Epiſcopo ex Tridentino & alijs Conſtitutionibus, illi poteſtatem tribuentibus, procedente? Et num.* 15.

16 *An Regulares aſſerentes habere priuilegia ne Epiſcopo obediant, teneantur illa exhibere?*

17 *Quid agendum quando in hoc caſu ſunt obſcura verba priuilegij?*

18 *An Conſtitutio Gregorij XV. de Conſeruatoribus edita, æque afficiat Patres Societatis, ac alias Religiones?*

19 *Omnia priuilegia de Conſeruatoribus data, ad terminos dictæ Conſtitutionis, redacta ſunt.*

20 *Regulares poſſunt conueniri coram Ordinario, quando Conſeruatorem non eligunt iuxta dictam Conſtitutionem.*

21 *Conſeruatoriæ inſtrumentum debet intra menſem Ordinario manifeſtari. Et num.* 29.

22 *Regulares non tenentur cautionem præſtare, quando conueniuntur coram Conſeruatore, de iudicioſiſti, & iudicatum ſoluendo.*

23 *Regulares non poſſunt Conſeruatorem eligere, prætextu quod in allegationibus & defenſionibus iniuria illata ſit, ſi quod allegatur ad defenſionem ſpectat, & verum eſt.*

27 *Regulares contra Epiſcopum in ſua Diœceſi maledictis inſurgentes quando puniri poſſint ab illo? Et numer.* 28.

30 *Priuilegia Regularium, contra Epiſcopos obtenta, debent illis exhiberi.*

31 *Prædia ruſtica & domus Regularium, in quibus vnus, vel duo degunt, non gaudent priuilegijs Monaſterij.*

32 *Regulares apothecas mercium & ſimilia exercentes, quando poſſint puniri ab Ordinario.*

33 *Regulares, an poſſint Sacramenta miniſtrare ſine Parocho Sæcularibus, in ſuis prædijs & domibus ruſticis exiſtentibus?*

34 *Patres Societatis, an poſſint conſecrare vaſa & alia, in quibus vnctio neceſſaria eſt?*

35 *Epiſcopus in Indijs; an poſſit totum vnum Monaſterium, ab audiendis Sæcularium confeſsionibus, ſuſpendere?*

36 *Decretum Sacræ Congregationis* 20. *Nouembris* 1615. *non extenditur ad Indias.*

37 *Regularis ſemel ab Epiſcopo, ad Sæcularium confeſsiones audiendas, approbatus, an & quando poſsit ab eodem ſuſpendi?*

38 *Bulla Pij V. Regularibus facultatem adminiſtrandi in Indijs ſine Epiſcopo concedens, an ſit reuocata?*

40 *Licentia prædicandi & audiendi Sæcularium confeſsiones, qualiter ab Epiſcopo concedi poſsit. Et num.* 41.

42 *Patres Societatis, an poſsint eligere Conſeruatores, vbi non ſunt iudices Synodales?*

43 *Conſeruatores poſſunt per cenſuras procedere, in cauſis iniuriæ manifeſtæ.*

44 *Dubia huc vſque adducta, à Sacra Congregatione reſoluta, approbantur à Sanctiſsimo. Et num.* 45.

46 *De Bulla hac Angelopolitana qui agant.*

ARGVMENTVM.

DIœcesano, iuxta Tridentinum Concilium, aut alias Apostolicas Constitutiones, eidem facultatem in Regulares exemptos tribuentes, procedente, cessat Iudicum Conseruatorum electio, refertur Pontificia declaratio, in Angelopolitana Indiarum causa, facta.

CAP. LXXXI.

DEnique pro maiori intelligentia eorum, quæ *Superiori Capite de* Conseruatoribus, contra Episcopos & alios Prælatos Ordinarios, iuxta communem praxim eligendis, dicta sunt, aduerte, ea cessare, † quoties Episcopus ex facultate & iurisdictione sibi, à Sancto Tridentino Concilio & alijs Apostolicis Constitutionibus tributa, contra Regulares exemptos & eidem subiectos procedit. In his enim casibus Conseruatorum deputatio & nominatio, nominatorumque iurisdictio & potestas locum non habent, ita nouissimè à Sacra Congregatione Cardinalium, causæ Angelopolitanæ inter D. Episcopum Palafox, & Patres Societatis IESV agitatæ, Præpositorum responsum, & à Sanctissimo Innocent. Papa X. approbatum, *anno* 1648. in Bulla incip. *Cum sicut*, maximè *in dub.* 1. & 11. *à numer.* 14. cuius Bullæ literam transcribo, quia vtilissima multa & obseruanda pro Indijs, in ea decisa sunt, ideòque passim illius memini, talis est.

INNOCENTIVS Papa X.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. *CVm, sicut accepimus, aliquæ fuerint ortæ differentiæ inter Venerabilem fratrem Ioannem, Episcopum Angelopolitanum, siue Populæ Sanctorum Angelorum in Indijs Occidentalibus ex vna, & dilectos filios Clericos Regulares Societatis IESV, partibus ex altera, de, & super † munere prædicationis verbi Dei in proprijs eorundem Clericorum Regularium, petita solum Episcopi benedictione, quam in alienis Ecclesijs petita & obtenta ab eodem Episcopo Diœcesano licentia, exercendi, necnon super confessionibus laicorum audiendis, præuio examine, siue approbatione eiusdem Episcopi Diœcesani, quæ dicti Clerici Regulares † in vim præuilegiorum prædictæ Societati, Apostolica auctoritate concessorum, sibi proprio iure licere, prætendebant, & desuper in partibus fuerit deuentum ad plures actus iudiciales, & pro parte Clericorum Regularium huiusmodi ad electionem Conseruatorum priuilegiorum huiusmodi: nobisque tam dicti Ioannis Episcopi, quam eorundem Clericorum Regularium nomine, pro sopiendis differentijs huiusmodi † quædam Dubia decisionem differentiarum præfatarum, necnon iurisdictionem Ordinariorum in exemptos, & ipsorum Clericorum Regularium exemptionem, à iurisdictione Ordinarij concernentia, fuerint proposita, ad quæ ambæ partes responderi, & quid desuper obseruandum sit, auctoritate nostra Apostolica statui, & stabiliri desiderabant.*

§. 2. *Nos, qui omnium fidelium, & præ-*

præſertim Eccleſiaſticorum quieti libenter incumbimus, differentias prædictas, totumque negotium † particulari Congregationi aliquorum Venerabilium fratrum noſtrorum, S.R.E. Cardinalium, & dilectorum Romanæ Curiæ Prælatorum, examinan. commiſimus, qui auditis ſæpius procuratoribus prædicti Ioannis Epiſcopi, necnon Procuratore Generali Societatis prædictæ, negotio mature diſcuſſo, omnibus dubijs & petitionibus hinc inde propoſitis, reſponderunt, prout ſequitur, videlicèt.

Reſponſio Sacræ Congregationis ſuper dictis controuerſijs deputatæ.

§. 3. Sacra Congregatio, à Sanctiſſimo Domino noſtro deputata, ſuper controuerſijs vertentibus inter Epiſcopum Angelorum, in Indijs Occidentalibus, & Religioſos Societatis Ieſu, ſæpius auditis Procuratoribus, ab eodem Epiſcopo ad vrbem allegatis, necnon ipſius Societatis Procuratore Generali, negotioque accurate diſcuſſo cenſuit, prædictos Religioſos nequaquam † poſſe in Ciuitate & Diœceſi Angelopolitana perſonarum Sæcularium confeſſiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani, nec verbum Dei prædicare † in Eccleſijs ſui Ordinis, non petita, ipſius benedictione, nec in alijs Eccleſijs, ſine eius licentia, nec in Eccleſijs etiam ſui Ordinis † ipſo contradicente, & contrauenientes ab Epiſcopo, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato † coerceri, & puniri poſſe, etiam cenſuris Eccleſiaſticis, in vim Conſtitutionis Sanct. memor. Gregor. XV. quæ incipit: Inſcrutabili Dei prouidentia. Ac proinde memoratis Religioſis qui huiuſmodi approbationem, ac licentiam ſe obtinuiſſe non docuerint, † potuiſſe Epiſcopũ ſeu eius generalem Vicarium præcipere, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt à confeſſionibus audiendis, & verbi Dei prædicatione abſtinerent, nec ob eam cauſam licuiſſe dictis Religioſis, quaſi † à manifeſtis iniurijs & violentijs, eligere Conſeruatores, eoſque, vt præfertur, electos in Epiſcopum, eiuſque Vicarium Generalem indebite, ac nulliter excommunicationem fulminaſſe. Cæterùm Sancta Congregatio ſerio in Domino hortatur, ac monet Epiſcopum, vt Chriſtianæ manſuetudinis memor erga Societatem Ieſu, quæ laudabili ſuo Inſtituto in Eccleſia Dei tam fructuoſe † laborauit, ac ſine intermiſſione laborabat, paterno ſe gerat affectu, eamq; in regimine Eccleſiæ ſuæ per vtilem adiutricem agnoſcens, benigne foueat, ac priſtinæ ſuæ beneuolentiæ reſtituat, quemadmodum Sacra Congregatio ipſum facturum confidit, ſibique certo pollicetur, cum eis zelum, pietatem, ac Paſtoralem ſolicitudinem compertam habeat. Dat. Romæ die 16. Aprilis anno 1648.

Diuerſa dubia propoſita pro vtraque parte reſoluuntur à Sacra Congregatione.

§. 4. Et præmiſſorum occaſione, pro parte prædicti Ioannis Epiſcopi, necnon Religioſorum Societatis Ieſu, in eadem Congregatione propoſita fuerunt † diuerſa Dubia, de mandato Sanctiſſimi reſoluenda, quæ quidem Sacra Congregatio ſæpius auditis, vt in præmiſſis ab eodem Epiſcopo ad vrbem miſſis, necnon Procuratore Generali ipſius Societatis, negotioque mature perpenſo, ad ſingula Dubia ab vtraque parte propoſita, reſpondit, ordine quo ſequitur.

Dubia ex parte Epiſcopi Angelopolitani.

I. Primò, an in caſu quo Epiſcopus præcipiat, decreta aliqua † Concilij Tridentini à Regularibus obſeruari, & executioni demandari Regulares quicumque, etiam Societatis Ieſu, ſub prætextu quod huiuſmodi præcepto infringant ſua priuilegia, poſſint eligere Conſeruatores? Congregatio reſpondit: Si Epiſcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Ieſu, vt decreta aliqua Concilij Tridentini obſeruent, ac exequantur, in illis caſibus, in quibus per ipſum Concilium, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, Regulares exempti ſubijciuntur iuriſdictioni & correctioni Epiſcopi, minimè licere ipſis Regularibus, ob eam cauſam, Conſeruatores eligere.

II. Secundò, an quando † Ordinarius procedit, iuris ordine ſeruato, aduerſus Regulares prædictos in caſibus, in quibus per Concilij Tridentini Decreta vel Conſtitutiones Apoſtolicas ipſi ſubijciuntur, poſſint Conſeruatores Iudices aſſignare? Reſpondit, vt ad proximum, non poſſe.

III. Tertiò, an Regularibus, etiam Societatis Ieſu aſſerentibus, ſe habere † priuilegia, quominus obediant Epiſcopo, in executione decretorum iuris communis, Concilij Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, Ordinarij debeant ipſis abhibere fidem abſque exhibitione huiuſmodi priuilegiorum? Reſpondit, Ordinarios non teneri huiuſmodi aſſertioni fidem adhibere, abſque integrali priuilegiorum exhibitione.

IV. Quartò, an in caſu quo Regulares quicumque etiam Societatis Ieſu, exhibeant † aliqua priuilegia, & Ordinarij iudicent ea non ſuffragari caſui, de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares præfati poſſint & debeant prouocari ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotiſſimis ad Metropolitanum ſiue Ordinarium viciniorem, vel potiùs poſſint hoc caſu eligere Iudices Conſeruatores? Reſpondit, ſi

ver-

verba priuilegiorum ſunt obſcura & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Epiſcopum, nec Conſeruatores eligere, ſed Summum Pontificem pro interpretatione eſſe adeundum.

18 *V. Quinto, Vtrùm † Conſtitutio felic. rec. Gregor. XV. circa Conſeruatores Regularium publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentiſsimorum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum, deſuper editis, æque afficiat, & comprehendat Religioſos Societatis IESV, ac reliquos Regulares, ita vt omnia alia prædicta Societatis priuilegia fuerint reducta ad terminos dictæ Conſtitutionis, & ſic in poſterum debeant ab ijs eligi Conſeruatores, iuxta formam & tenorem prædictæ Conſtitutionis? Reſpondit, huiuſmodi Conſtitutionem cum declarationibus, vt prætenditur editis, æque afficere Religioſos Societatis Ieſu, atque aliorum Ordinum, & Conſeruatores ad illius præſcriptum eſſe eligendos, non obſtantibus*

19 *quibuſuis priuilegijs, quippe † quæ omnia ſunt reducta ad terminos ipſius Conſtitutionis.*

VI. Sexto, An Regulares prædicti grauati ære alieno vel ad ratiocinia, vel teſtamentorum executores poſsint conueniri coram Ordinario, ſi Conſeruatores non nominauerint intra tempus habile ab, Ordinario præſcriptum. Reſp. Regulares in cauſis præfatis coram

20 *Ordinario † loci eſſe conueniendos, ſi ad præſcriptum Conſtitutionis ſanct. mem. Greg. XV. Conſeruatores non elegerint, ipſumque ele-*

21 *ctionis documentum † intra præfinitum tempus, in actis Curiæ ipſius Ordinarij non exhibuerint & dimiſſerint.*

VII. Septimo, An dicti Regulares Conſeruatores ſiue ad iura, ſiue ad priuilegia tuenda aſſumentes, teneantur ante exercitium commiſsionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſiue alio Iudice competente, de iudicioſiſti, & iudicatum ſoluendo, caſu quo in lite ſiue

22 *cauſa ſuccubuerint? Reſp. † non teneri.*

VIII. Octauo, An quãdo Epiſcopi iura, vel decimas Cathedralium aduerſus Regulares prædictos, dote ſua ſpoliantes Eccleſias, coram Iudice competente tuentur, libroſq; memorialia, & allegationes producunt, Ius Eccleſiarũ Cathedralium exprimentes, & acquiſitiones Religioſorum, aliaq; id generis adnumerantes huiuſmodi ſcriptorum occaſione poſsint Regulares nominare Conſeruatores, prætendentes iniuriam ſibi inferri, in referendo immoderatas acquiſitiones? Reſp. ſi Epiſcopi pro tuen-

23 *dis † iuribus Cathedralium Eccleſiarum coram Iudice competenti huiuſmodi ſcripta producant, & Regularium immoderatas acquiſitiones veraciter & modeſtè referant, non licere Regularibus ob eam cauſam, ad Conſeruatores recurrere.*

IX. Nono, Vtrùm Regularis quicumque etiam Societatis IESV poſsit adminiſtrare Sacramentum Pœnitentiæ ſæcularibus, abſq; licentia Epiſcopi Diœceſani, etiam ſi in aliena Diœceſi approbatus ſit. Reſp. Regulares etiã Societatis IESV in vna Diœceſi ab Epiſcopo approbatos, ad confeſsiones † perſonarum ſæ- 24 *cularium audiendas, neq uaquam poſſe in alia Diœceſi huiuſmodi confeſsiones audire, ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani.*

X. Decimo, An Epiſcopus contra dictos Regulares audientes in ſua Diœceſi confeſsiones ſæcularium, abſq; ſua approbatione, vel concionatores abſque licentia Epiſcopi intra, & extra proprias Eccleſias, poſsit procedere, eos à talibus miniſtris remouendo ſiue præceptis, & alijs iuris remedijs coercendo? Reſp. eiſdem † Regularibus, qui confeſsiones perſonarum 25 *ſæcularium audiunt ſine approbatione Epiſcopi loci, vel prædicant in Eccleſijs ſui Ordinis, non petita illius benedictione, aut in alijs Eccleſijs abſq; ipſius licentia, vel in Eccleſijs etiam ſui Ordinis ipſo contradicente, poſſe Epiſcopum in vim Conſtitutionis ſel. rec. Greg. XV. quæ incip. Inſcrutabili Dei prouidentia, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum, adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eoſque iuris remedijs coercere & punire.*

XI. Vndecimo, An quando Epiſcopo conſtat dictas licentias obtentas non fuiſſe, ipſe poſsit præcipere, vt donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeant à tali miniſterio abſtineant, & an requirendus ſit per Epiſcopũ pro his exhibendis, Prouincialis in alia Diœceſi, vel longiſsimè exiſtens, vel ipſi Regulares confeſſarij, vel eorum Superiores eiuſdẽ Diœ-

ceſis, in qua prædicta exercent? Reſp. poſſe † 26 *Epiſcopum ſic præcipere, nec pro huiuſmodi licentijs requirendum eſſe Prouincialem, ſed ſatis eſſe, ipſos Religioſos requirere, aut eorum Superiores, in Diœceſi Epiſcopi exiſtentes.*

XII. Duodecimo, An ſi contingat, vt aliquis prædictorũ Regularium inſurgat contra Epiſcopum in propria Diœceſi, maledictis cum ſcripto, vel dicto populum ſcandalizando, poſſit ab Epiſcopo puniri, & qua animaduerſione, & quid ſi huiuſmodi delinquens trãſiuerit ad aliam Diœceſim hoc caſu ſeruandum ſit? & qua pœna puniendus ſit Regularis, qui cõmorans in vna Diœceſi ſpargat famoſos libellos contra Ordinarium alterius Diœceſis? Reſp.

† ſi Regularis intra clauſtra degens extra ea 27 *in caſibus in dubio expreſsis, ita notoriè deli-*

querit, vt populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, teneri Superiorem Regularem, infra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè illum punire, ac de punitione Epiſcopum certiorem facere, alioquin ſic delinquentem ab Epiſcopo puniri poſſe, ad præſcriptum Concilij Trident. cap. 14. ſeſſ. 25. de Regular. quod
28 *ſi delinquens ad aliam Diœceſim † migrauerit, ſeruandum eſſe quod præcipitur in Conſtitutione ſanct. mem. Clementis VIII. incip. Suſcepti muneris ratio.*

XIII. Decimo tertio, An Conſeruatores nominati & electi à Regularibus prædictis, an-
29 *te exercitium ſuæ iuriſdictionis, teneantur † electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario, ſub pœna nullitatis actuum? Reſpondit, vtique teneri.*

XIV. Decimo quarto, An priuilegia, quæ
30 *ſunt † contra iuriſdictionem Ordinarij, & quibus gaudent & gaudere prætendunt Regulares prædicti, debeant Epiſcopis notificari, ſiue inſinuari? Reſp. Regulares teneri huiuſmodi priuilegia Epiſcopo exhibere, ſi eis vti voluerint.*

XV. Decimo quinto, An prædia ruſtica, metallorum fodinæ, ſacchari opificinæ, à Regularibus Societatis, vel alijs poſſeſſa, vel aliæ domus ſæculares, in quibus videlicet vnus vel duo Regulares tantum commorantur,
31 *gaudeant priuilegio Collegiorum † ſeu Conuentuum? Reſpondit, non gaudere.*

XVI. Decimo ſexto, Vtrùm Regulares prædicti Apotecas quarumcumque mercium, macella, & ſimilia, præſertim prope Collegia ſi-
32 *ue Conuentus exercentes, poſſint † ab Ordinario, ſub cenſuris inhiberi, ne huiuſmodi exerceant. Reſpondit, non poſſe Epiſcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, ſed ſi in præmiſſis, ita notoriè delinquant extra clauſtra, vt populo ſcandalo, ſit ſeruandum eſſe, quod dictum eſt ſupra in reſponſione ad duodecimum.*

XVII. Decimo ſeptimo, Vtrùm Regulares, etiam Patres Ieſuitæ in ſuis prædijs opificinis, alijſque ſuis domibus ſæcularib⁹, ſitis in-
33 *tra † limites Parochialium, ad ſe non ſpectantium poſſint adminiſtrare Sacramentum Baptiſmatis, ſolemnis Matrimonij, Extremæ vnctionis, & Euchariſtiæ, in Feſto Paſchatis, Famulis, Mercenarijs, Ruſticis, ſiue alijs id genus hominibus ſæcularibus, abſque Ordinarij, vel Parochi licentia? Reſpondit, non poſſe.*

XVIII. Decimo octauo, Vtrùm Patres Societatis in Ciuitate & Diœceſi Angelorum
34 *poſſint conſecrare † Vaſa Sacra, Altaria, & ſimilia, in quibus vnctio requiritur? Reſpondit, itidem non poſſe.*

Pro parte vero Religioſorum Societatis Ieſu propoſita fuerant infraſcripta dubia. Dubia pro parte Religioſorum Societatis Ie- SV.

I. Primo, An Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint † ex integro, totum vnum Mo- 35
naſterium vel Collegium, ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere? Reſpondit, Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul vnius Monaſterij, vel Collegij Confeſſarijs, adimere facultatem audiendi confeſſiones perſonarum ſæcularium, etiam inconſulta Sacra Congregatione, Epiſcoporum & Regularium negotijs præpoſita, cum decretum ab ea editum ſub die 20. Nouembris 1615. ex intentionis defectu, & conuenientia morali, non extendatur † ad Regiones illas tam 36
longè ab Vrbe diſitas. Verum ab hac generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe Epiſcopis, niſi grauiſſima ſubſiſtente cauſa; ſuper quo Sacra Congregatio illorum conſcientias grauiter voluit eſſe oneratas.

II. Secundo, An Epiſcopus Regularem pro confeſſionibus ſemel approbatum, ſine noua cauſa, ſuſpendere † poſſit ab ipſis con- 37
feſſionibus audiendis? Reſpondit, Regulares aliàs liberè ab Epiſcopo, præuio examine, approbatos ad audiendas confeſſiones perſonarum ſæcularium, ab eodem Epiſcopo ſuſpendi non poſſe, ſine noua cauſa, eaque ad confeſſiones ipſas pertinente.

III. Tertio, An Bulla Pij V. 34. in ordine tom. 2. Bullarij, conceſſa inſtante † & ſup- 38
plicante Sereniſſimo Rege Catholico, non ad petitonem Regularium, ſit reuocata in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur? Reſpondit, agendum cum Sanctiſſimo, an velit declarare Bullam non eſſe reuocatam, illam tamen non ſuffragari, niſi in locis, vbi eſt defectus Parochum.

IV. Quarto, An Epiſcopus poſſit cum cenſuris procedere contra Regulares † exemptos, 39
ſi inobedientes fuerint in confeſſionibus audiendis, vel prædicatione Verbi Dei; & hoc, an vigore Concilij Tridentini, vel per quem Canonem? Reſpondit, poſſe procedere, non quidem in vim Concilij Tridentini, ſed in vim Conſtitutionis Gregor. XV. quæ incip. Inſcrutabili Dei prouidentia.

V. Quinto, An licentia † audiendi confeſſio- 40
nes & prædicandi, ab Epiſcopo per literas patentes Cancellariæ concedi poſſit? Reſpondit, poſſe concedi etiam per literas miſſiuas, vel ore tenus, ſi ita Epiſcopo videbitur.

VI. Sexto, An talis licentia ore tenus † 41

ſine

ſine ſcriptis concedi poſsit? Reſpondit, vt ad proximum.

VII. Septimo, An facultas eligendi Conſeruatores conceſſa Societati à Greg. XIII. ſuffragetur illis, in locis, in quib⁹ non adſunt
42 † *Iudices Synodales? Reſpondit, vbi non adſunt Iudices Synodales, priuilegium Gregor. XIII. non ſuffragari, quoad hoc, vt Societas non teneatur ex illis eligere Conſeruatores, dummodo tamen in reliquis ſeruetur forma Conſtitutionis Gregorij XV. hac de re editæ.*

VIII. Octauo, An Conſeruatores Societatis, Vicarios Generales Epiſcoporum, auctoritate Apoſtolica, per ſententias, cenſuras, &
43 *pœnas Eccleſiaſticas* † *compellere poſsint, virtute Bullæ Greg. XIII. incip. Æquum reputamus. Datum vltima Februarij 1573. Reſpondit, poſſe à manifeſtis iniurijs, & violentijs eos compeſcere, etiã cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis. Dat. Romæ die 16. April. 1648.*

§. 5. Quapropter, vt præmiſſa firmius ſubſiſtant, & inuiolabiliter obſeruentur, Nobis pro parte Ioannis Epiſcopi huiuſmodi fuit humiliter ſupplicatum, vt illa auctoritate Apoſtolica confirmare, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 6. Nos igitur dicti Ioannis Epiſcopi votis hac in re annuere, illumque ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & eumdem Ioannem Epiſcopum, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœuis, à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluen. & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præinſerta Reſponſa,
44 *ſeu reſolutiones, auctoritate prædicta,* † *tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ firmitatis vim & robur adijcimus & inuiolabiliter obſeruari mandamus, ſalua tamen ſemper in præmiſsis, auctoritate dictæ Congregationis.*

45 *§. 7. Decernentes* † *ſic, & non aliter in præmiſsis, per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, et aim de Latere Legatos, iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane, ſi quid ſecus à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari.*

§. 8. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac Vniuerſalibus, Prouincialibuſque, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus & ſpecialib⁹ Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiæ Angelopolitanæ, ac Societatis prædictæ, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem Eccleſiæ & Societati ſub quibuſcumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficatioribus & inſolitis clauſulis, ac decretis etiam irritantibus, etiam Motu proprio, ac etiam conſiſtorialiter & alias quomodolibet, in contrarium præmiſſorum quomodolibet, concèſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenorib⁹ ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreßio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè & ſufficienter expreſsis, habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad effectum præmiſſorum ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 14. Maij 1648. Pontificatus noſtri anno quarto.

Hanc Apoſtolicam Conſtitutionem habemus *tom. 4. Bull. pag. 286.* eamque integram † referunt Petr. Franc. Tendut. Gabr. à S. Vicent. & Magiſt. Ioan. Baptiſt. Lezan. relatis *ſupra Cap. 71. n. 26.* D. Frances de Vrrutigoit. *in Paſtoral. Regular.* quem laudat D. D. Franciſc. de Vergara & Alaua, in Supremo Caſtellæ Senatu iamdiu celebratus Conſiliari⁹, *vbi infra.* P. Thom. Hurt. *reſol. Moral.* ſiue *de congrua ſuſtent. Eccleſ. lib. 4. reſol. 4. ſub n. 237. & lib. 5. digreſſ. 2. de congrua Rectorum, tam Regularium, quàm ſæcularium Doctrinarum Noui Orbis, reſol. 2. & 3. & lib. vlt. Appendice 2. admonit. 2. vbi à n. 1009.* affirmat, proceſſus cauſę Angelopolitanæ eo modo, quo Bullario Romano inſerti ſunt, à Patribus Societatis IESV Prouincię Mexicanæ ſibi ipſis fuiſſe confectos, relatione compoſita, & varijs linguis translata, vt omnibus innoteſceret illiùs cauſę victoria; & iterum *n. 1010.* repetit, prædictos proceſſus à Cauſidico Patrum Societatis artificiosè confectos; vt advertit noſter doctiſ. P. Auend. *in Auctar. Indic. 4. part. ſect. 8. numer. 173.* illic: *Contra illas* (ſcilicet quatuor concluſiones, ex proceſſu deductas) *Auctor quatuor admonitionibus pug-* 46

nat : nec veretur aſſerere, inter multa à veritate aliena, & Religioſo ſcriptore indigniſsima, proceſſum, iuxta quem quatuor dictæ concluſiones erumpunt, à valde Religioſis Patribus Societatis IESV Mexicanæ Prouinciæ eſſe confectum, quod idem eſt, ac confictum. Cui tamen omnino humanitate & modeſtia, qua ſolet, reſpondet & ſatisfacit.

Eiuſdem Conſtitutionis Pontificiæ meminère P.Dian.9.*p. Moral.tract.9.reſol.26.in fin.* & 10.*p.tract.14.reſol.23.in fin.* P.Auendañ.*vbi proximè*, & *paſsim*, P. Moya *ſelectar.quæſt.tract.3.de Sacrament. Pœnit.diſput.7.q.3.n.27.* noſter Reuerendiſſ.& ſapientiſſ. P.Andr. Mendo *in Stater.opinion.diſſert.13.q.19.à n.291.* Vbi per aliquot paginas proceſſus illos tradidit; Bullam tamen ipſam, ſeu Apoſtolicam deciſionẽ, quę dubia vtrimque propoſita, paſsimque obvia, omnino abſolvit, non retulit; Extant ſimiliter ijdem proceſſus apud P.Hurtad. *d. Appendice 2.poſt n.988.* Latiùs vtrumque complectens, factum & deciſionẽ cauſæ tranſcribens, & rurſus nihil intactũ in negotio relinquẽs adducit Memoriale *Por la juriſdicion Epiſcopal de la Puebla de los Angeles*, in fine relationis vitæ D.Palafox, à doctiſſ. P. Anton.Gonçalez Roſende ſcriptę, poſitum.

47 Itaque Conſtitutio hæc † Apoſtolica *die 14.Maij 1648.* expedita eſt; & licet à Patribus Societatis fuerit ſupplicatio interpoſita, atque noua audientia obtenta, Decretum fuit, Breue illud omnino obſervandum eſſe, per hæc verba: *Eaſdem præinſertas noſtras literas eſſe iuſtificatas, ac proinde illarum executionem nullatenus eſſe impediendam aut retardandam*; vt & notat P.Mendo *ſub num.293.* verſ. *Et ſubinde, pag.373.* vbi advertit, poſt nouam aliam audientiam ab eiſdem Patribus petitam & habitam, iterum omnino, ac per omnia confirmatum, & perpetuum ſilentium cauſæ & partibus fuiſſe impoſitum, *die 17. Decembris 1652.* quemadmodum obſeruauit præfatum Memoriale *n.38.40.* & *paſsim*; & notant *ſuperiùs* citati, præcipuè D. Vergara & Alva *in addit. ad tract. de Concil.Vniuerſal.D.Didaci de Alaua p.2.§.30. in fin.* ibi: *Cum inſertione Breuis confirmatorij Sanctiſſ.Dom.Innoc.X. fœlic. record. ſuper controuerſijs inter D.D.Ioannem de Palafox, Epiſcopum Angelorum in Indijs Occidentalibus, & Religioſos Societatis IESV ſub die 4. Februarij ann. 1652. approbando in omnibus, & per omnia, quod prius obtentum fuerat ſub die 14.Maij 1648.* P.Thom. Hurtad. *d. lib.4.reſol.4.num. 246.* vbi ait, quod apicem non mutauit, nec addidit confirmatio. & *d.digreſſ.2. n.fin.* & *d. lib. vlt.Append.2.n.1011.* & alij.

Ergo ſi hoc Breue ſemper vniforme & idem fuit, in aliquo nunquam mutatum, aut correctum; non capio ad quid addita, cum obſeruatione, fuere à noſtro doctiſsimo P.Mendo *ſub num.292.* verba hęc : *Et aduerte ſtandum eſſe huic vltimæ ſententiæ, prolatæ ex commiſsione Sedis Apoſtolicæ ann. 1653. quamuis antecedenter fuerint expedita alia Breuia Apoſtolica, nondum finita cauſa, quæ ſola circumferri ſolent, indeque proclamatur contra Noſtros.*

Nec invenio à Sacra Congregatione aliquid reſolutum *de ann.1653.* præter Decretum ſe epiſtolam adamuſsim obſervandam, Breui conformem, & D. Epiſcopo directam, in illis verbis: *Hiſce per me ſignificatum tibi voluit, vt quoad cenſuras quas aliquis eorumdem Religioſorum incurre re forſan potuiſſe, Superioribus in iſtis Collegijs commorantibus facultatem impertiaris, ore tenus tamen priuatim, ac remotis arbitris, illorum quemcumque qui ſenſerit ſeſe innodatum, à cenſuris, ad huiuſmodi cauſam quouis pacto facientibus, abſoluendi.*

Breue itaque ſuperius relatum in 48
Indijs obſeruari omnino ſæpe † iuſsit Rex noſter Catholicus, licet in Supremo Senatu acriter fuiſſet eius executio impugnata & impedita, eiuſdem que item in eo petita retentio, quod benè exprimit Regium Reſcriptum 18. *Martij 1651.* Regiæ Mexicanæ Audientiæ directum, ibi : *Y porque deſpues de eſto ſe ha entendido en mi Conſejo Real de las Indias, que aunque ſe remitieron à eſſa Audiencia las dichas Cedulas, y ſe recibieron en ella con el dicho Breue de ſu Santidad, no ſe han executado, y que ſeria conueniente mandaros, y encargar à los Cabildos Eccleſiaſticos, que guardeis el dicho Breue, que fue deſpachado en contradictorio juyzio, paſſado por el dicho mi Conſejo por autos de viſta y reuiſta, como en èl ſe contiene, y ſobre que los Religioſos pidan licencias à los Ordinarios para confeſſar y predicar en ſus Dioceſis, deſpachãdoſe ſobrecarta de las dichas Cedulas; y que de no obſeruarſe ſe origina, que las almas de aquel Obiſpado eſtèn enredadas, y turbadas las conciencias, mezclandoſe muchos abſurdos, y diſputas; Y todo ceſſa ſugetandoſe*

à lo

à lo que reſueluen los Superiores. Y que eſto ſe executarà luego, ſi quereis Vos el mi Virrey, y que todas las Religiones obedezcan el Breue, y ſolo los Padres de la Compañia lo reſiſten. Y que haſta aora tiene eſſa Audiencia retenido el dicho Breue, y las Cedulas aqui inſertas, ſin auer querido proueer ſobre los muchos pedimientos, que ſe han hecho por el Prouiſor y Gouernador de la Puebla, acerca de que ſe les buelua; pues eſſa Audiencia tiene mandado, que ſe execute. Y auiendoſe viſto todo por los del dicho mi Conſejo de las Indias, atendiendo à lo referido, y à los motiuos y cauſas, porque mandè executar el dicho Breue, por las Cedulas aqui inſertas, en la forma, y como por ellas parece; y porque conuiene al ſeruicio de Dios, y mio, y quietud de eſſas Prouincias, que lo contenido en ellas ſe execute; Os mando las veais, guardeis, y cumplais, y hagais guardar, y cumplir, ſin ir, ni paſſar, ni conſentir, que ſe vaya, ni paſſe contra ſu tenor y forma en manera alguna, que aſsi es mi voluntad. Traditur *in Memoriali* al Rey nueſtro Señor *ſobre la execucion del Breue de Inocencio X. pag. 9. num. 6.* & iterum *in alio Memoriali* al Rey nueſtro Señor, *ſatisfacion al memorial de los Padres de la Compañia, ſobre la execucion y obediencia del dicho Breue, impreſſo ann. 1652. fol. 41. B.* Vbi alium Regium Reſcriptum affertur 12. *Decembris* 1648. quod inter alia, hoc continet: *Y aunque la dicha Religion de la Compañia ſe moſtrò parte, y pidiò traslado para alegar en forma, ſobre la retencion dèl, por dezir, que era contra el Patronato Real, y en perjuyzio de los priuilegios de ſu Religion, y turbacion de la paz y quietud publica, ſe mandò lleuar à mi Fiſcal, y con lo que reſpondiò, ſe diò paſſo al dicho Brene, de que ſe deſpachò teſtimonio, &c.*

SVMMARIVM.

1 EPiſcopus quid obſeruare debeat, quoties in ſua Diœceſi aliquod Monaſterium erigi vult. & numer. 22.

2 Crux Sanctiſsima eſt noſtræ ſalutis ſignum.

3 Papæ auctoritas neceſſaria eſt, quando in loco exempto erigitur Monaſterium.

4 Epiſcopi poteſtati cedit Monaſterium, in eius Diœceſi, ſine ipſius conſenſu erectum.

5 Papa ſolus Cathedrales Eccleſias inſtituit.

6 Item diuidit Epiſcopatus & Diœceſes.

7 Rex in ſuo Regno diuidit Prouincias & Feuda.

8 Euariſtus Papa ante alios, Parochias diuiſit.

9 Sanctus Dyoniſius Papa, Parochiarum diuiſionem, ab Euariſto factam, iam abolitam, reſtituit.

10 Quo anno hoc acciderit, incertum eſt.

11 Sanctus Dyoniſius fuit creatus Papa anno 261. vixitque tantum vndecim annos.

12 Sanctus Dyoniſius fuit vigeſimus ſextus Pontifex poſt Diuum Petrum.

13 Textus in cap. Cum inferior 16. de maiorit. & obed. interpretatur.

14 Papa ſolus Cathedralem Eccleſiam in Metropolitanam mutat.

15 Papa Collegiatas Eccleſias erigit; licet alij Epiſcopo hoc etiam concedant. & n. 16. 17.

18 Epiſcopus non præſtat conſenſum ad Parochialem erigendam, niſi dos ſufficiens aſsignata ſit.

19 Epiſcopus alioquì ad dotandum de ſuo tenebitur.

20 Capella per ſe ordinata, vt habeat Parochum, hoc ipſum requirit.

21 Capella & Altare regulariter in Parochia fundantur ſine dote.

22 Monaſteria Regularium cum licentia Epiſcopi ædificantur, reſeruata intra aliquod tempus Papæ approbatione. & n. 23.

24 Textus de hac re agentes ita intelligendi, referuntur.

25 Epiſcopi licentia eſt neceſſaria, licet quis in proprio ſolo Eccleſiam ædificet.

26 Aſſerentes, Epiſcopi tantum licentiam ſufficere ad Monaſterij ædificationem, reïciuntur.

27 Tridentinum Concilium ſeſſ. 25. de Regular. cap. 3. in fin. ius commune non abrogat.

28 Epiſcopi licentia, vt ſupra, requiritur, vt Monaſterium in alium locum, etiam intra eandem Ciuitatem, transferatur.

29 *Franciſcani Fratres, integra manente Eccleſia, poſſunt ex priuilegio Monaſterium mutare.*

30 *Vicarius Epiſcopi, ſine ſpeciali mandato, hanc licentiam non præſtat, quia erigere Monaſteria eſt de maioribus.& n.31.*

32 *Religiones aliquæ ex priuilegio cum ſola Epiſcopi licentia noua Manaſteria erigunt.*

33 *Fratres Carmelitæ Deſcalceati hoc priuilegio gaudent.*

34 *Item Monachi B.Mariæ Fulienſ. Ordinis Ciſter.*

35 *Monachi B.Mariæ Montis Oliueti intra Italiam.*

36 *Clerici Regulares S.Pauli Decollati.*

37 *Fatres Franciſcani de Obſeruantia quod priuilegium, quoad hoc, habeant? & n. 38.39.*

40 *Tridentinum vbi ſupra, non procedit quoad Franciſcanos de Obſeruantia.*

41 *Priuilegia omnia erigendi noua Monaſteria reuocata ſunt à Gregor. XV.& Vrban. VIII.*

42 *Forma Tridentini, & Sacrorum Canonum, ac inducta à Clemente VIII. ſemper ſeruanda eſt.*

43 *Clem. VIII. Bulla nouam ſeruandam formam in Monaſterium ædificatione inſtituit.*

44 *Hæc noua forma, etiam in Monialium Monaſterijs locum habet.*

45 *Bulla præfata ſubſtantialem formam inducit, cuius omiſsio vitiat actum; vbi quod modicum ſubſtantiale attenditur.*

46 *Bulla hæc non procedit in hoſpitijs Regularium.*

47 *Quid obſeruandum eſt in noui Monaſterij erectione ex Bulla Greg. XV.*

48 *Religiones aliquæ habent priuilegium, vt aliæ in diſtantia 300. cannarum, non fundent.*

49 *Franciſcani Fratres gaudent hoc priuilegio.*

50 *Canna continet octo palmorum latitudinem.*

51 *Quod ædificatur contra huiuſmodi ordinationem, diruendum eſt.*

52 *Aliquæ Religiones habent priuilegium, vt aliæ non admittantur iuxta eas per 140. cannas.*

53 *Fratres Eremitæ Sancti Auguſtini eo fruuntur.*

54 *Item Patres Societatis IESV.*

55 *Diœceſanus requiſitus, ſi intra quatuor menſes non conſentiat, poteſt alius Epiſcopus licentiam ædificandi concedere.*

56 *Regulares intra 140. cannas, an poſsint domum conducere?*

57 *Vnicus actus effectuatus ſufficit, ad quaſi poſſeſsionem acquirendam.*

58 *Mendicantium Religiones, quæ ſint, & quæ earum priuilegijs gaudentes.*

59 *Fratres Dominicani, Franciſcani, Auguſtiniani, Carmelitæ, ac Seruorum B. Mariæ, ſunt verè Mendicantes.*

60 *Fratres Minimi S.Franciſci de Paula.*

61 *Fratres Mercenarij, ſeu B. Mariæ de Mercede.*

62 *Fratres Cruciferi.*

63 *Fratres Eremitæ B.Petri de Piſis.*

64 *Patres Societatis Ieſu.& n.66.*

65 *Fratres B.Ioannis Dei.*

67 *Cathedrales Eccleſiæ qualiter in Indijs ædificentur.*

68 *Rex Catholicus ad tertiam ſumptuum partem in Cathedralis ædificatione concurrit.*

69 *Rex Catholicus, vbi poſsidet Commendas, & alij Commendatarij pro rata, ad aliam tertiam partem, tenentur.*

70 *Indi & Hiſpani Diœceſis qualiter ad aliam tertiam partem obligentur.*

71 *Diſtributio hæc fit ſupra partem decimarum fabricæ applicatam, & eleemoſynas ad hoc factas.& n.73.*

72 *Regium Reſcriptum ad præcedentia, refertur.*

74 *Duæ nouenæ partes Regi aſsignatæ in decimis, aliquando huic ædificio conceſſæ fuerunt.*

75 *Quod hæ nouenæ important, & valent à tertia parte Regis deducendum eſt.*

76 *Pœnæ & condemnationes Regiæ Cameræ aliquando huic operi applicatæ fuerunt.*

77 *Rex Catholicus in Indijs innumeras Eccleſias conſtruxit, & dotauit.*

78 *Capellas in Cathedralibus, inſignia, & arma depicta, habere, ſine Regis voluntate, nemini licet, & qualiter hoc procedat.& n.80.*

79 *Arma, & inſignia Regia Patronatum Regium denotant, & ſignificant in Indijs.*

AR-

ARGVMENTVM.

METropolitanæ, Cathedrales, & Collegiatæ Eccleſiæ, à quo erigi poſsint. Quid in earum, & Monaſteriorum Regularium conſtructione in Indijs, oporteat obſervari, Quique ad prædictarum Cathedralium ædificationem concurrere teneantur?

CAP. LXXXII.

DE Eccleſiarum in genere, & Monaſteriorum ædificatione, ac de illarum reparatione, aliqua oportet adducere; ſolent enim paſsim id his Indiarum Prouincijs, de ea re eſſe controuerſię. Cęterum antequam ſpecialia apud Nos ſtabilita, referam; nonnulla iuxta commune, & generale ius diſcreta, more noſtro diſcutere & inveſtigare licet.

Illud igitur ante alia dicendum eſt, *vt* 1 *omni tempore, & in omni terra † ſi quis ædificare venerabile Monaſterium voluerit, non prius licentia eſſe hoc agendi, quam Deo amabilem locorum Epiſcopum aduocet; at ille manus extendat ad Cœlum, & orationem, locum conſecret Deo, figens in eo* 2 *ſalutis noſtræ † ſignum (dicimus autem adorandam, & honorandam verè Crucem) ſicque inchoet ædificium; bonum vtique quoddam hoc, & decens fundamentum ponens.* Verba ſunt Iuſtiniani Imperatoris *in Nouell. 5. de Monachis, cap. 1.* & repetuntur *in Nouell. 67. Vt nullus fabricet Oratorij domos, cap. Nemo 9. cap. Placuit 26. de conſecrat. diſtinct. 1. cap. Ad hæc 4. de Religioſ. domib. cap. Cum olim 14. §. Præterea*, verſic. *Inſuper, de priuileg. cap. Placuit 1. 1. quæſt. 2.* Roch. de Curt. *de iur. Patronat.* verbo *Conſtruxit, num. 8.* Dom. Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 10. part. 1. gloſſ. De cada vn Obiſpo*, vbi Humad. *gloſſ. 5. in princ.* Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immunit. lib. 3. cap. 1. n. fin.* Petr. Gregor. *lib. 2. ſintagmat. iur. cap. 1. à num. 10. & in paratitl. libr. 1. tit. 4. cap. 5.* Zerol. *in prax. Epiſcop. 1. part.* verbo *Eccleſia.* Lambertin. *de iure Patronat. art. 3. 2. quæſt. princip. lib. 1. part. 1. à num. 3.* Math. Stephan. *de iuriſdict. lib. 3. p. 1. cap. 14. n. 88.* Paul. Fuſch. *de Viſitat. lib. 2. cap. 10. numer. 2.* Piaſec. *in prax. Epiſcop. 1. part. cap. 5. à princip.* P. Sanchez *conſilior. Moral. libr. 6. cap. 9. dub. 7. nam. 2.* Georg. Mund. *conſil. 17. num. 159. volum. 1.* Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop. 2. part. allegation. 26. à numer. 1. & 3. part. allegat. 105. numer. 30.* Frances de Vrrutigoit. *de Eccleſ. Cathedralib. cap. 3. numer. 15. & cap. 13. nu. 114.* Paſtrana *en ſu Sylua Racional, tercera planta, cap. 1. num. 2.*

Limitat tamen Barboſa *dict. numer.* 3 *1.* verſic. *Secundo in fine*, quando † locus eſt ab Epiſcopi iuriſdictione exemptus, tunc namque ad Eccleſiam ædificandam Pontificis Summi auctoritas neceſſaria erit, *ex cap. de locorum 4. cum ſequentibus, de conſecration. diſtinction. 1. cap. Auctoritate 4. de priuileg. in 6.* Dom. Gregor. Lopez *vbi proximè*, Armill. verbo *Eccleſia*, *numer. 7.* Tabien. eodem verb. *quæſt. 3.* Roſell. *num. 2.* Pat. Sanchez *dict. dub. 7. num. 3.* idem Barboſ. *in dict. cap. 4. num. 3.* vbi 4 addit, Eccleſias † ab exemptis in Epiſcopi territorio, & iuriſdictione ædificatas abſque illius conſenſu, poteſtati, & dominio Epiſcopi cedere; quæ fuit opinio Abbat. *in dict. cap. Cum olim, de priuileg. num. 9.* Franc. *in dict. cap. Auctoritate.* Angel. *in Summ.* verbo *Exemptus, n. 11.* Anton. de Prætis *de iuriſd. Epiſcop. cap. 1. à n. 3.* Eraſm. Cochie. *de iuriſd. in exemptos, p. 1. q. 36. n. 1.* Aſcan. Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. diſp. 5. quæſt. 1. ſub n. 1.*

Verum Cathedrales Eccleſias † ſo- 5
lus Papa inſtituit, & erigit; diuiditque † 6
Epiſcopat⁹, & Diœceſes, cui hæc eſt reſeruata poteſtas, *cap. 1. ne Sede vacante, cap.*

Quod

Quod translationem 4. iuncta gloſſ. *de offic.Legat.cap.Præcipimus* 53.iuncta addit. Gratiani *ibidem* verſic.*Sicut*,16. *quæſt.* 1. *Extrauag.Sedes Apoſtolica.*vbi gloſſ. verbo *Duximus diuidendas, & ſeq. de conceſſ. Præbend.* Hoſtienſ.*in cap. Cum contingat*, *num.*1.vbi Butr.*num.*11.*in fin.*Abb.*num.* 18.Bellamer.*num.*15.*de foro compet.*Gambar.*de offic.Legat.à Later.tit.de varijs Ordinar.nomin.num.*160.P.Azor. 2.*part.inſtitut.Moral. libr.* 5.*cap.* 29. *quæſt.* 25.*in princip. & lib.*6.*cap.*30.*quæſt.*2.*&* 4. Rebuff.*in prax. Benefic.tit. de erect. Eccleſ. in Cathedral. Sæcul. vel in alium ſtat.à n.* 1.D.Gregor.Lopez *vbi ſupra*,D. Solorzan.*de Indiar.Gubernat. lib.*3.*cap.*4.*à numer.*1.Monet.*de commut. vltimar. volunt. cap.* 11.*num.*251.*& num.*278.P.Sanch. *d. dub.*7.*numer.*4. Rota apud Farinac.*deciſ.* 324.*num.*1.*part.*1.*& deciſ.*612.*numer.* 1. *part.*2.*recent.*& apud Burat.*deciſ.*912.*numer.*1.vbi Ferentill.*in not.num.* 11. Barboſ.*dict.* 3.*part.allegat.*68.*num.* 8.*& allegat.*50.*num.*5.*& in cap. Cum inferior* 16. *de maiorit.& obedient.num.*5.Petr.deMarca *in concord.Sacerdot.& Imper. lib.*2.*cap.* 8.*§.*5.*& à princip.* Garcia *de Benefic.* 12. *part. cap.* 5. *à num.* 1. D.Villarroel *vbi infra*,Vrrutigoit.*dict. cap.*3. *à princip.* Ioſeph.de Roſa *conſult.* 9.*num.*4.Camill. de Laratha *conſ.*3.*num.*11.vbi ait,quod ſicuti Papa diuidit Eccleſias, & Epiſcopatus,
7 ita Rex † in ſuo Regno,diuidit Prouincias,& Feuda, gloſſ.*in cap.*1. *diſtinct.* 10. quam dicit notabilem Laudenſ.*in tractat. de primog.num.*299.Frecc.*de ſubfeud. cap. Quis dicatur Comes num.*34. *fol.*107.Iſern. *in cap.* 1. *de capit. qui cur. vend. num.* 22. facit text. *in l. Quod in rerum* 24.*§.Si quos ff. de legat.* 1. ibi: *Cum noſtra deſtinatione fundorum nomina, & domus , non natura conſtituantur.* Adde , quæ latè tradidi *ſupra Cap.*7.*à num.*26. *& Cap.* 15. *à num.* 44.

8 Vbi fundaui,Euariſtum Papam † ante alios,Eccleſias, & Parochias diuiſiſſe, pluribus in hoc adductis,quibus addendi ſunt Cæſ. Baron.*ann.*57.*num.*10. Loter. *de re Benefic.lib.*1.*q.*8.*n.*16.D.Valençuel.
9 *conſ.*26.*n.*4. Licet poſt tempus, † Sanctus Dyoniſius Papa,primam diuiſionem iam abolitam,inſtaurauerit & reſtituerit,
10 vt *ibidem* notaui.Verum quo anno † hoc acciderit variè traditur, vt videre licet apud Nauarr.*in cap.Placuit , de pœnit. diſtinct.*6.*num.*3.Fuſc. *de Viſitat.dict. lib.* 2. *cap.*2.*à num.*1.Loter. *dict. quæſt.* 8. *num.* 17.Illeſc.*in eius vita*, & advertit Vrrutigoit.*vbi ſupra cap.*2.*num.* 117. *& numer.* 132. *& cap.*21.*num.*16. Cæterum ſecundum Bullarium Romanum *pag.*8. *tom.* 1. & Cathalogum Summorum Pontificum, Italico idiomate ſine anno editum,Dyoniſius creatus fuit Papa † quarto idus 11
Septembris *anno* 261.vixitque annos vndecim , atque fuit vigeſimus † ſextus 12
Pontifex , à Diuo Petro, non vigeſimus octauus, vt referebat Vrrutigoit. neque vigeſimus quartus , vt ſupponit D. Peña Montenegro,qui hanc Parochiarum dictionem tetigit,*in Itinerar.lib.*1.*tit.*1.*ſeſſ.* 4.*n.*9.

Nec Superioribus adverſatur † tex- 13
tus, *in dict.cap.Cum inferior* 16.*de maiorit. & obedient.* quatenus refert, Archiepiſcopum Colocenſ. Eccleſiam quandam in Cathedralem erexiſſe,quoniam intelligi debet, id factum fuiſſe de Sedis Apoſtolicæ licentia , & auctoritate,vt notat *ibidem* gloſſ. verbo *Cathedralem* , & docent Petrus de Peruſ. *tractat. de vnion. quæſt.* 4. *num.*2. & Vrrutigoit. *dict. cap.* 3.*numer.*16.

Similiter ſolus Papa Cathedralem † 14
Ecclesiam inMetropolitanam erigit,non alius,*cap.* 1.*de translat. Epiſcop.* Gambar. *dict.num.*160.Loter.*dict.lib.*1.*quæſt.* 11. *à princ.num.*11.*cum ſeqq. & num.*98.Iſidor. Mocou.*in tractat.de Maieſtat. Eccleſ. Militant.lib.*1.*part.*1.*cap.*15.Molfeſ.*in Sum. Theolog.tractat.*6.*cap.*14.*num.* 56. Garcia *num.*1. Ferentill.*num.*12.*vbi ſupra*, Barboſ.*dict.allegat.*50.*num.*5.*& dict.allegat.* 68.*num.*8.Peña *deciſ.*546.*num.*2. D. Villarroel *en el Gouierno Eccleſiaſtico , p.* 2. *q.* 18.*art.*4.*n.*12.Vrrutigoit *d.cap.* 3.*n.* 2.*& num.*23.

Collegiatę Eccleſię inſtitutio & ere- 15
ctio à Papa etiam pendet † poteſtate & auctoritate, vt tradunt Petr.Rebuff. *vbi ſupra*,P.Azor.*dict.lib.*5.*cap.*29.*quæſt.* 25. *&cap.*30.*quæſt.*8. Magiſt. Lezan. *tom.*4. *Regular.quæſt.conſult.*50.*num.*220.Loter. *vbi ſupra quæſt.* 14. *num.*49. qui Sacræ Congregationis Concilij declarationem in comprobationem adducit 27. *Iunij* 1626.de qua Ferentill. *loco citato* , *num.* 14.aſſerens rurſus , non deeſſe Doctores magnæ auctoritatis , qui teneant,
Epiſcopum poſſe Collegiatam † Eccle- 16
ſiam erigere, per text. *in cap. Quoniam* 9.*de vita & honeſt.Clericor.*ita Abb. antiquus *ibidem num.*1.Ioann.Andr. *num.* 3. Butr.*num.*2.*ad finem* , Panormit. *num.*2.

&

& 6. Imol. *num.* 1. verum ſtante præfata Sacræ Congregationis declaratione, non eſt ab ea recedendum, vt ſervatur in pra-
17 xi, nempe quod Apoſtolica † auctoritate tantum erigatur Collegiata, Ferentill. *vbi proximè*, tutius eſſe docet, Garc. *dict. cap.* 5. *num. fin.* ex Fuſch. *dict. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. qui Rebuff. & Mandoſ. allegat.

His interim maioribus Eccleſijs exceptis, ad aliarum ædificationem, & fundationē Diœceſani conſenſus requiritur,
18 vt dixi *ſupra num.* 1. qui non aliter † eum præſtare debet, quam ſi dos ſufficiens ędificandę Eccleſiæ aſsignata fuerit, *dict. cap. Nemo* 9. *de conſecrat. diſtinct.* 1. in illis verbis: *Deinde non aliter quempiam Eccleſiam ex nouo ædificare, priuſquam loquatur ad Deo amabilem Epiſcopum*; *Et ante præfiniat, qui ædificare vult, quæ ad luminaria & cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum ſufficiant.* dict. Nouell. *vt nullus fabricet, cap.* 2. ibi: *Et definiat menſuram, quam deputat, & ad luminaria & ad ſacrum miniſterium, & ad incorporando domus cuſtodiam, & obſeruantium alimenta, &c.* cum alijs Abb. *conſ.* 89. *à num.* 6. *part.* 2. *& in cap. Cum ſicut, num.* 3. *de conſecrat. Eccleſ.* Bald. *conſ.* 132. *lib.* 3. P. Azor. *vbi ſupra, part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæſt.* 7. Loter. *dict. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 3. Viuian. *de iur. Patronat.* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 23. Barboſ. *dict.* 3. *part. allegat.* 64. *num.* 2. 3. & 16. *& in dict. cap. Cum ſicut num.* 3. & 4. *& dict.* 2. *part. de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 27. *num.* 3. Bellet. *diſquiſit. Clerical.* 1. *part. tit. de Clerico debitor.* §. 15. *à numer.* 2. Vrrutigoit. *vbi ſupra dict. cap.* 13. *à num.* 1.

Alioqui Epiſcopus de ſuo ad dotan-
19 dum † tenebitur *dict. cap. Cum ſicut* 8. vbi gloſſ. verbo *Conſecranda.* Roch. de Curte *dict.* verbo *Conſtruxit, quæſt.* 4. *n.* 4. *cum ſeqq.* & verbo *Dotauit, quæſt.* 5. *n.* 7. Dueñas *regul.* 225. Vgolin. *de poteſtat. Epiſcop. cap.* 28. *num.* 3. Piaſec. *dict. cap.* 5. *num.* 2. Barboſ. *dict. allegat.* 27. *num.* 3. *in fin. & dict. allegat.* 64. *numer.* 2. & 16.

Quod dictum eſt de Eccleſia, intelligendum eſt de Capella, per ſe ſtante, &
20 ordinata, † vt habeat proprium Rectorem; hæc enim dotem ſufficientem habere debet, Abb. *dict. conſ.* 89. *numer.* 7. Lambertin. *de iur. Patronat. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 21. *num.* 15. *cum. ſeqq.* Bellet.
21 *dict.* §. 15. *num.* 11. Licet alias verum † ſit regulariter, ſtare, & fundari poſſe Capellas & Altaria ſine dote, cum ſufficiat, Eccleſiam, vbi ſita ſunt, eſſe dotatam. Anan. *conſ.* 24. Roch. *dict.* verbo *Conſtruxit, num.* 6. Bellet. *vbi proximè, num.* 12. Vrrutigoit. *ſupra cap.* 16. *num.* 46. *& à num.* 54. Pegas *ad Ordinat. Portugal. tom.* 4. *lib.* 1. *tit.* 50. *gloſſ.* 1. *num.* 38. vbi Roch. *de iur. Patron.* verbo *Conſtruxerit, d. n.* 6. adducit & plura de Capellis doctiſsimè diſſerit.

Monaſteria item Regularium † eri- 22
genda ſunt, pręuia Diœceſani Epiſcopi licentia, non aliter *dict. Nouell.* 5. *de Monach. cap.* 1. cum alijs *ſupra*; reſeruata tamen Sedis Apoſtolicę confirmatione, & approbatione, intra deſignati temporis curriculum impetranda, ita Sacra Congregatio cenſuit, per hæc verba: *Monachi non poſſunt ædificare Monaſterium in Parochia, in qua id nō habēt, ſine cognitione, & licentia Papæ; & practicatur ſic, quod E-* 23
piſcopus † dat aſſenſum Monachis ædificandi Eccleſias, & Monaſteria, reſeruato beneplacito, aſſenſu, & confirmatione Sedis Apoſtolicæ, impetranda, intra tanti temporis curriculum. Referunt hanc declarationem Thom. Zerol. *in prax. Epiſcop.* 1. *part.* verbo *Monachi,* §. *Ad ſecundum,* D. Solorzan. *dict. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 21. *& à num.* 18. Ricc. *deciſion. Curiæ Archiepiſcop.* 75. *à num.* 1. *part.* 2. cum multis hoc ipſum docet Barboſ. *ad Concil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 3. *num.* 27. qui dicunt, hodiè ita practicari generaliter, atque ita 24
ſunt intelligendi textus, † de hac re agentes, & excommunicationis pœnam imponentes, contra aliter ædificantes, *in cap. vnico,* §. *Confirmatos, &* §. *Sanè, de Religioſ. domib. in* 6. *cap. vnico, de exceſſibus Prælator. eod. libr. cap. Omnes Baſilicæ* 10. 16. *quæſt.* 7. *cap. Obitum* 16. *in fin.* 61. *diſtinct. cap. Decretum* 3. 10. *quæſt.* 1. *cap. Cum ſimus* 3. 9. *quæſt.* 3. *cap. de Monachis* 12. *cap. Monaſteria* 17. 18. *quæſt.* 2. *cap. Cum Venerabilis* 6. *de exception. cap. Cura* 11. *cap. Nullus* 17. *de iur. Patronat. cap. Cum dilectus* 7. *cap. fin. de Religioſ. domib. cap. Auctoritate* 4. *de priuileg. in* 6. *Clement. Capientes, de pœnis, Sanct. Tridentin. Concil. ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 3. *in fin.* ibi: *Nec de cætero ſimilia loca, tam virorum, quam mulierum erigantur, ſine Epiſcopi, in cuius Diœceſi erigenda ſunt, licentia, prius obtenta.* Cened. *quæſt. Canonic. quæſt.* 26. Gambar. *vbi ſupra, lib.* 2. *num.* 312. Emman. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 63. *artit.* 1. Petr.

Gre-

Gregor. *libr.*3. *de Republic. cap.*9. *num.*2. Mirand. *in Manual. Prælator. tom.* 1. *q.* 33. *art.*1. *concluſ.* 3. Fuſc. *dict. lib.*2. *de viſitat. cap.* 18. *num.* 57. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*517. *num.* 18. Piaſec. *vbi ſupra* 2. *part. cap.*3. *num.* 47. Ioann. Dilect. *de arte teſtand. tit.* 6. *caut.* 62. *num.* 1. Hieronym. Rodrig. *in compend. quæſt. Regular. reſolut.*55. *num.* 3. Ioann. de la Cruz *de ſtatu Religion. lib.*2. *cap.*8. Hieronym. Venero à Leyua *in examen. Epiſcop. lib.*6. *cap.* 10. *à princ.* Cochier. *vbi ſupra* 1. *part. q.* 36. Ricc. *dict. deciſ.*75. D. Larrea *deciſ.*97. *num.* 16. Farinac. *deciſ.*745. *part.*2. *recent.* D. Valençuel. *conſ.*84. *num.* 8. *& ſeq.* Barboſ. *ad Tridentin. in dict. cap.* 3. *à num.* 27. *& de offic. & poteſtat. Epiſcop. dict. allegat.* 26. *num.* 3. *& de iur. Eccleſiaſtic. Vniuerſ. lib.*2. *cap.*12. *num.* 6. Campanill. *in diuerſor. iur. Canonic. rubric.* 12. *cap.* 13. *à num.* 80. Zachar. Paſcalig. *de ſacrific. nouæ legis*, *quæſt.* 510. *à num.* 3. Gauant. *in Manual. Epiſcopor.* verbo *Regularium virorum Monaſteria*, *n.* 9. Tambur. *d. tom.*3. *de iur. Abbat. diſput.*5. *quæſito* 1. *n.*1.

Quod etiam procedit & locum ha-
25 bet, licet † in proprio ſolo quis ædificare voluerit ; ſemper enim Epiſcopi licentia neceſſaria erit. Benedict. Ægid. *in l. Ex hoc iure*, *ff. de iuſt. & iur. tom.* 1. *cap.*6. *n.*26. D. Solorz. *d. cap.* 23. *n.* 19. & alij *ſupra.*

Ex quibus reijciendi ſunt Sorb. *in compend. priuileg. Mendicant.* verbo *Ædificare*, *in ſua annot.* verſic. *Circa*, *§.* 20. & Rodriguez *quæſt. Regular. tom.*2. *quæſt.*
26 49. *art.* 3. & alij aſſerentes, † ad Monaſterij ædificationem ſolam Diœceſani Epiſcopi licentiam ſufficere, quemadmodum reprobantur à Barboſ. *in dict. cap.* 3. *ſub num.*28. & à Tamburin. *d. quæ-*
27 *ſito* 1. *à numer.* 3. *in fin.* qui docent † Concilium Tridentinum *vbi proximè*, non abrogare iuris communis diſpoſitionem, quod declarauit Sacra Congregatio, vt referunt Campanil. *dict. num.* 80. Zerol. *dict.* verbo *Monachi*, *§.* 2. Barboſ. *dict. num.* 28. *& dict. allegat.*26. *num.*4. Tamburin. *dict. num.* 3. Hieronymus Rodriguez *dict. reſolut.* 55. *num.*1. & pluries à Rota deciſum tradit Ioann. Paul. Mellius *deciſ.*110. *num.*11. poſt addition. *ad D. Caſtill. de aliment.*

28 Quod autem dictum † eſt de noua fundatione procedit, & tenendum eſt, quando Monaſterium aliquod de vno loco in alium transfertur, etiam intra eandem Ciuitatem, quoniam Epiſcopi licentia ſimiliter obtineri debet, vt docent Lauretus de Franch. *in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. quæſt.* 1. *pagin.*109. P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tractat.* 8. *cap.* 6. *num.* 60. Rodrig. *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 23. *artic.* 7. *in fin.* Ricc. *deciſ.* 168. *à num.*5. *part.*4. Tamburin. *dict. quæſito* 1. *num.*14. *in fin.* Mell. *dict. deciſ.* 110. *num.*16. licet contrarium teneat P. Auendañ. *in Auctar. Indic.*4. *part. ſect.*6. *n.* 129. Religioſi vero Franciſcani poſſunt † Monaſterij corpus per ſe diruere, & 29
illud in alium locum transferre, dummodo Eccleſia integra maneat, cum hoc illis per Bullas Summorum Pontificum, conceſſum ſit, vt docet Georg. Cabed. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 31. *à n.* 1. *&* 8.

Verum, hæc licentia ab Epiſcopo Diœceſano concedenda, vt Monaſteria erigi poſsint, ad ipſius † Vicarium non 30
extenditur ; Is itaque illam indulgere non valet, niſi ad hoc habeat ſpeciale Epiſcopi mandatum, ex eo quod † no- 31
ua erigere Monaſteria ſit de maioribus, ita Sellius *in ſelect. Canonic. cap.* 90. *n.* 4. vbi deciſum à Sacra Congregatione *ſub die* 11. *Iulij* 1620. refert, D. Solorzan. *d. cap.*23. *num.*19. Barboſ. *d. allegat.*26. *n.* 3. *in fin.* Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſput.*33. *quæſit.*1. *n.*2.

Aliquæ tamen ſunt † Religiones, 32
quæ habent priuilegium Apoſtolicum, vt de ſola Ordinarij licentia, vbique poſsint noua Monaſteria erigere ; hoc gaudent Fratres Deſcalceati † Ordinis 33
Carmelitarum, *ex Bulla* Pauli Papę V. incip. *Ad Eccleſiæ*, *pag.* 187. *tom.* 3. *Bullar.* Monachi † Beatæ Mariæ Fulienſ. Or- 34
dinis Ciſterc. *ex Bulla* eiuſdem Pontificis, incip. *Monaſterio*, *pag.* 240. *d. tom.* 3. Monachi Beatæ Mariæ Montis † 35
Oliueti intra Italiam, *ex Bulla* Clem. VI. incip. *Solicitudinis*, *pag.* 275. *tom.* 1. *Bullar.* Patres Congregationis Clericorum † Regularium S. Pauli Decollati, 36
& alij, vt notauit Tamburin. *vbi ſupra dict.* 3. *tom. diſput.* 5. *quæſito* 1. *num.*4. *in fin.* Vbi à principio numeri advertit, Fratres Minores † S. Franciſci de Ob- 37
ſervantia, & Fratres Minimos S. Franciſci de Paula, † habere à Iulio Papa 38
II. priuilegium, vt vbique valeant noua Monaſteria ædificare. De priuilegio Fratrum † Minorum ædificandi noua 39

Mo-

Monasteria, non petita Ordinariorum licentia, ex eo quod multoties illis eam denegabant Prælati, mentionem faciunt D. Solorz. *vbi supra num.* 22. ex Rodrig. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 49. *art.* 3. &
40 *tom.* 3. *quæst.* 39. *art. vlt.* qui ait, in eis † non procedere Decretum Sancti Tridentini Concilij, atque ita irrequisito, & nolente Ordinario, noua posse erigere Monasteria, Ioann. de la Cruz *dict. cap.* 8. Mirand. *d. quæst.* 33. *art.* 1. Frat. Ioan. Baptist. *in aduertent. Confess. Indor.* 2. *part. fol.* 307. *numer.* 8.

Addit tandem Tamburin. *vbi proximè num.* 5. omnia hæc, & alia priuilegia † eri-
41 gendi nouos Conuentus & Monasteria; reuocata fuisse per Sacram Congregationem Episcopor. & Regular. id approbante Sanctissimo Gregor. XV. *sub die* 17. *Augusti* 1622. *in Bull.* incip. *Cum aliàs, pag.* 427. *tom.* 3. *Bullar.* cuius verba refert Lezan. *quæst. Regular. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 9. *num.* 35. & nouissimè per Vrban. VIII. omnes, & singulas licentias, à prædecessoribus suis indultas & concessas erigendi, fundandi, & constituendi vbique locorum domos, Monasteria, Conuentus, Collegia, & alia Regularia loca, reuocatas, & annullatas fuisse, & quod in posterum forma † Sacrorum Canonum, & Concilij
42 Tridentini, ac ea quam Clemens Papa VIII. induxit, seruetur; constat *ex Bulla* ipsius incip. *Romanus Pontifex, pagin.* 62. *tom.* 4. *Bullar.* de qua Tambur. *dict. q.* 1. *post n.* 16. & *tom.* 4. *de iur. Abbatiss. dict. disp.* 33. *quæsito* 1. *post. num.* 6. vbi præfatas Bullas refert, Lauret. de Franch. *vbi supr. pag.* 103. Barbos. *in dict. cap.* 3. *Concilij, n.* 29. & *in Summ. decision. Apostolic. collect.* 503. *num.* 11. & *in collect. Bullar.* verbo *Bulla, §.* 1. Ioann. Mar. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Monasterium, nu.* 5. Ioann. Anton. Nouar. eius frater, *vbi infra super hac Bulla*, D. Solorz. *dict. cap.* 23. *n.* 25. Lezan. *d. cap.* 9. *à n.* 34.

Igitur iuxta Clem. VIII. Constitutionem, quæ incipit, *Quoniam, pag.* 142. *tom.* 3. *Bullar.* Monasteria quorumcumque Mendicantium, licet Episcopi adsit li-
43 centia, ædificari non possunt, nisi prius † aliorum Conuentuum, & omnium interesse habentium auditis, & vocatis partibus, latè de hac re Barbos. *dict. alleg.* 26. *num.* 7. & *dict. collect.* 503. *à num.* 1. Lauret. de Franch. *vbi supra pag.* 97. Ricc. *dict. decis.* 75. *part.* 2. & *decis.* 131. *part.* 1. Lezan. *vbi proximè num.* 35. & *tom.* 2. verbo *Episcopus quoad Regulares, num.* 3. *cum seqq.* Donat. Anton. de Marinis *resolut. iur. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 9. Ioann. Mar. Nouar. *in nouo iure Pontific. concl.* 2. *de ædificat. nouor. Monasterior.* Ioann. Anton. Nouar. *in Summ. Bullar. tit. de Monasterior. ædific. super Bull. Clem. VIII.* Tamburin. *dict. disput.* 33. *quæsito* 1. *num.* 3. & 4. Vbi addit, hanc Clem. VIII. Constitutionem, locum etiam habere in Monialium † Monasterijs erigendis; vt censuit Sacra Concilij Congregatio *sub die* 19. *Decembris* 1620. de qua Barbos. *de iur. Eccles. tit. lect. libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 7. & *dict. collect.* 503. *numer.* 2. & *dict.* verbo *Bulla, §.* 1. Tamburin. *dict. disput.* 33. *quæsito* 1. *num.* 5. Lezan. *d.* verbo *Episcopus quoad Regulares, num.* 4. *in fin.* Qui itidem docent, præfatæ Bullæ tenorem, & dispositionem † inducere for- 44 45
mam substantialem, & eius omissionem vitiare actum & concessionem. Lauret. de Franch. *vbi supra pag.* 111. iunctis latè traditis *supra Cap.* 55. *à num.* 20. etiamsi in minimo peccetur, *vt ibidem* fundaui *à n.* 24. quia modicum substantiale attenditur, & nocet, si omittatur, Thom. de Thomasset. *in florib. leg. regul.* 422. Ricc. *in prax. decis.* 39. *num.* 3. Gabriel. à Sanct. Vincent. *de censur. disput.* 4. *quæst.* 9. *n.* 202. vid. D. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 25. Vbi bonus casus proponitur, D. Valençuel. *cons.* 160. *à num.* 64. Antunez cum multis, *de donation. Reg.* 3. *part. cap.* 3. *n.* 43. & *cap.* 16. *à n.* 40. Hospitia autem † à Regularibus facta, vel fa- 46
cienda Bulla Clem. Papæ VIII. non comprehendit, Ricc. *decis.* 140. *part.* 2. Rota apud Mellium *vbi supra decis.* 110. *à numer.* 14.

Hodiè tandem noua † Monasteria, 47
etiam Mendicantium, non possunt, *nisi in eis saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & consuetis eleemosynis, sustentari valeant, ac Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conuentuum, seu domorum aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, seu Institutorum huiusmodi, non solum in prædictis, sed etiam in alijs, per quatuor millia passuum circumuecinis locis, ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint, vel aliàs Ordinarijs locorum constiterit, Religiosos Monasterij, Conuentus, seu Domus Regularis sic erigendi, seu erigendæ absque detrimento Religiosorum, in Monasterijs seu domibus antea in Ciuitatibus, seu locis huiusmodi ere-*

erectis degentium, ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri, & alì poſſe. Si vero noui Conuentus, domus, Congregatio, vel Societas huiuſmodi inſtituendæ erunt, nullique alij Regulares inibi reperiantur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum Incolæ & habitatores, quorum & conſenſum requirant, ac adhibeant, huiuſmodi duodecim Religioſos in Conuentibus, vt præmittitur, inſtituendis, commodè alere, & manutenere valeant. Sunt verba *dict. Conſtitutionis* Gregor.XV. *§.3.* adducta à Lezana *dict. cap. 9. num.35.* Laurent.de Peyrin. *tom.2. priuileg. Minimor. in Conſtitut. 6. Gregor. XV.* Lauret.de Franch. *vbi ſupra pag.100.* Barboſ. *dict. collect.503. num.4.* Tambur. *locis vbi ſupra.*

48 Denique in hac materia † adverte, aliquas Religiones habere indulta, vt iuxta eas, & in diſtantia 300. cannarum ab illis, aliæ nouiter fundari non poſſint, Caſarrub. *in compend. priuileg. Ordin. Mendicant.* verbo *Ædificare, num.1.* in illis verbis: *Clemens IV. probibuit Fratribus Ordinis Prædicatorum, & pœnitentiæ IESV Chriſti, & Carmelitarum, ac Sancti Auguſtini, & Monialibus Sanctæ Claræ, aliorumque Ordinum, in paupertate fundatorum, ac omnibus mulieribus prædictorum Ordinum, aut aliorum quorumcumque, ne aliquod Monaſterium, Eccleſiam, aut Oratorium ædificare, ſeu conſtruere præſumant, infra ſpatium* 300. *cannarum, ab Eccleſijs*
49 *Fratrum Minorum* † *menſurandarum per aerem, etiam vbi aliàs rectè menſurari loci diſpoſitio non permittat; nulli quoque ſæculari vel Religioſo cuiuſcumque profeſſionis voluit licere, Eccleſiam, vel Monaſterium, ſeu Oratorium ædificatum, in aliquem transferre, de Ordinibus memoratis, infra ſpatium prædictarum* 300. *cannarum, &*
50 *quamlibet iſtarum* † *cannarum voluit octo palmorum longitudinem continere, non obſtante varia locorum conſuetudine. Prætere-*
51 *rea ſtatuit, vt quidquid contra* † *huiuſmodi ordinationis, & inhibitionis tenorem ædificatum fuerit, diruatur.* Rodrig. *dict. tom. 2. quæſt. Regular. quæſt. 49. articul. 9.*

Religiones vero aliquæ, quoad hoc,
52 priuilegium obtinent 140. cannarum †
53 tantum, veluti Fratres Eremitæ † Sancti Auguſtini, *ex Bulla* Bonifac VIII. incip. *Ad conſequendam, pagin. 199. tom. 1.*
54 *Bull.* Societas † IESV, vt refertur *in compendio eiuſdem Societatis*, verbo *Ædificia, §.3.* & patet *in Bull.* Greg. XIII. incip. *Saluatoris Domini, pag.405. tom.2. Bull.* latè P. Pellizz. *d. tract.8. cap.5. à n.62.* vbi advertit, poſſe Regulares ædificare ex conſenſu & licentia cuiuſcumque Epiſcopi, ſi Diœceſanus † requiſitus intra quatuor
72 damnatque iustè aliquorum † Regularium morem, in ædificandis magnis & exorbitantibus habitationibus, in Indorum Municipijs, positum; præcipuè, *d. allegat.* 2. *punct.* 1. *n.* 18. *& in margine, & punct.* 5. *n.* 7. *fol.* 63. vbi optima verba Fratr. Ioann. Grijalu. *in Histor. ætat.* 2. *cap.* 6. adducit. Denique *alleg.* 3. *n.* 364. *fol.* 190. *& alleg.* 4. *n.* 215. *fol.* 252. refert, Regiam Schedulam 24. *Maij* 1559. (cuius verba tradidi
73 *supra Cap.* 53. *sub n.* 36.) decidentem † Regularium fundationes admittendas non esse in Indorum Municipijs, quæ Doctrinarij sæculares possident, & administrant.

(*********************************)

SVMMARIVM.

1 *QVæ habent locum in ædificatione, procedunt in reædificatione.*
2 *Ædificare dicitur etiam, qui reficit, & reparat.*
3 *Consuetudo certa in Ecclesiarum reparatione attendenda est. & n.* 4. 11.
5 *Ecclesia reædificanda est, ex proprijs fructibus & redditibus.*
6 *Plures casus considerandi & distinguendi sunt in Ecclesiæ reparatione.*
7 *Primus casus est, quando Ecclesia habet reditus, fabricæ destinatos.*
8 *Ecclesiæ Indiarum habent partem in decimis pro fabrica illarum; & quæ dicatur* Fabrica.
9 *Constitutio & statutum cuiusque Ecclesiæ in hoc seruandum est, secundo loco. & n.* 10.
11 *Tertius casus est, quando certa concurrit consuetudo.*
12 *Quando Parochiani tenentur ad reparationem, omnes, nemine dempto, contribuere debent. & n.* 35.
13 *Episcopus & Beneficiati tenentur quarto loco, ex redditibus, quos percipiunt in Ecclesia.*
14 *Hoc casu ex eis necessaria ad alimenta illorum primo deducenda sunt. & numer.* 18.
15 *Alimenta Parochi Ecclesiæ reparationi præferenda sunt.*
16 *Alimenta debentur Parocho quando residet.*
17 *L.* 11. *tit.* 10. *part.* 1. *ad præcedentia expenditur.*
19 *Decimas possunt retinere laici, quando Parochus reficere Ecclesiam recusat.*
20 *Decimæ sunt tacitè obligatæ pro Ecclesiæ reparatione.*
21 *Parochi per fructuum subtractionem possunt compelli ad reædificationem.*
22 *Fructuum subtractio, hoc casu, quartam eorum partem non excedit.*
23 *Parochus usufructuario æquiparatur.*
24 *Vsus fructuarius tenetur conseruare rem, in qua consistit usus fructus.*
25 *Ecclesiæ reparatio pertinet ad eos, qui illius fructus percipiunt.*
26 *Beneficium simplex obtinens in Ecclesia tenetur ad illius reparationem.*
27 *Pensionarius tenetur ad eandem reædificationem.*
28 *Episcopus suo casu, vsque ad quartam partem fructuum suæ Mensæ, tenetur ad reparationem concurrere.*
29 *Episcopus, an possit ex fructibus vnius Ecclesiæ diuitis, aliam pauperem reficere? Et quid ex relictis pauperibus? & num.* 30.
30 *Altare vnum non debet discooperiri, vt aliud cooperiatur.*
31 *Episcopus & Parochus tenentur ad reparationem, licet Ecclesias dimittant.*
32 *Hæredes illorum compelluntur ad hoc onus, de præterito contractum.*
33 *Laici tenentur ad reædificationem, licet Ecclesiæ vsui cedant.*
34 *Quintus casus est, quando ob inopiam Beneficij, omnes Parochiani tenentur.*
35 *Nobiles & exempti hoc casu contribuere compelluntur. & n.* 12.

36 *Forenſes , an ad Eccleſiæ reparationem teneantur?*

37 *Eccleſiaſticus Iudex eſt competens ad hanc compulſionem.& n.*38.

39 *Rex tanquam executor Tridentini,qualiter poſsit compellere ſecundum aliquos.*

40 *Hiſpaniæ praxis quoad hoc refertur.*

41 *Eccleſiæ bona poßunt alienari pro reædificatione,& eſt ſextus caſus.*

42 *Patronus , an teneatur ad Eccleſiæ Patronatæ reparationem?*

43 *Patronatus ius ex prima fundatione, conſtructione , vel dotatione acquiritur.*

44 *Rex Catholicus in Indijs ad primam Eccleſiæ ædificationem, iuxta Schedulam anni* 1604.*tenetur , non amplius , & qualiter hoc intelligendum ſit. & n.* 45.48.53.

46 *Regia licentia eſt neceſſaria, vt reædificari poſsint Eccleſiæ Indiarum ex ærario Regio.*

47 *Paramenta quædam Eccleſijs nouiter ædificatis in Indijs ſolent à Rege Catholico applicari.*

49 *Reges Catholici in Indijs plures Eccleſias ædificarunt,& dotarunt.*

50 *Principibus Catholicis maximè conuenit,plures Eccleſias ædificare.*

51 *Salomon ob Templum à ſe conſtructum laudatur, Hieroboam improbatur.*

52 *Rex Catholicus reparat & reficit Eccleſias in Cathalonia.*

53 *Rex Catholicus qualiter Indiarum & Granatæ Eccleſias reædificet ? & n.* 44.*cum ſeqq.*

54 *Rex Catholicus in Eccleſijs Hiſpaniæ regulariter ſolum generale ius Patronatus habet.*

55 *Regia Schedula obſeruanda ann.*1607. *declaratoria illius ann.* 1604. *refertur.*

56 *Ædificatio noua iudicatur , quando in prima ædificatione Eccleſiæ Rex Catholicus non concurrit.*

57 *Epiſcopus poteſt ad viciniorem Eccleſiam transferre , quæ refici non poteſt, & eſt vltimus caſus.*

58 Matrix *Eccleſia ad quam fiet translatio,qualis intelligatur.*

59 *Romana Eccleſia eſt prima* Matrix & Mater *omnium.*

60 *Cathedrales Eccleſiæ ſunt ſecundæ Matrices.*

61 *Parochi domus in reparatione procedunt, quæ dicta ſunt de Eccleſiæ reædificatione.*

62 *Item pro amplianda domo , dormitorio, vel alio loco Eccleſiæ neceſſario ; ſicut pro amplianda Eccleſia,quando populus creuit.& n.*63.

64 *Similiter pro conſtruendo Viridario ad vſum Monaſterij.*

65 *Vt hoc omne fiat, vel quid aliud publicum , poteſt quis cogi vendere domum & aream propriam.*

66 *Licet via publica intercedat.*

67 *Pauper, ſi non poteſt reficere propriam domum,debet cogi eam vendere.*

68 *Nemo regulariter eſt cogendus rem propriam alienare.*

69 *Pretium iuſtum dari debet,quando quis compellitur rem ſuam vendere.*

70 *Nobilis non poteſt cogi vendere domum familiæ antiquam.*

71 *Eccleſia vna, an poſsit cogi rem ſuam vendere,pro alterius Eccleſiæ conſtructione?*

72 *Nemo poteſt cogi rem ſuam vendere pro Hoſpitij Religioſorum ædificatione.*

73 *Item neque partem tantum domus vel fundi pro Eccleſiæ neceſsitate,& quare.*

74 *Fundus vendi poteſt pro ære alieno ſoluendo,licet plus debito valeat.*

75 *Quid agendum ſit eo caſu de reſiduo pretij?*

ARGVMENTVM.

DE Eccleſiarum Cathedralium,& Parochialium reparatione & reædificatione,plenè diſcutitur;referturque quid,quoad hoc,Indiarum iure prouiſum ſit?

CA-

CAP. LXXXIV.

SVpereſt nunc de Eccleſiarum reparatione ac reædificatione diſſerere, & licet † dici ſoleat communiter, intelligi debere de reparatione Eccleſiarum dicta, quæ tradi & fundari poſſunt pro earundem ædificatione, cum à pari ædificatio & reſtauratio ſeu reædificatio procedant, *cap. 1. cap. De his 4. de Eccleſ. ædific.* ibi: *De his, qui Parochiales Eccleſias habent, duximus reſpondendum, quod ad reparationem & inſtitutionem earum cogi debeant.* Martin. Mager. *de aduocat. armat. cap. 9. à num. 617.* D. Solorz. *de Indiar. gubern. lib. 3. cap. 23. num. 12. & ſeq.* Frances de Vrrutig. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 12. num. 12. & cap. 13. num. 4.* vbi rectè aduertit, cum dici ædificare, qui reparat † & reficit, *l. 1. §. penult. ff. de mort. inferend. ædificare autem* (inquit Vlpianus) *non ſolum qui nouum opus molitur, intelligendus eſt; verum is quoque qui vult reficere.* Pet. Surd. *conſ. 121. à num. 1.* Dominic. Antunez *de donat. Reg. 3. part. cap. 3. num. 61. cap. 28. num. 181. & cap. 39. num. 6.* Ergo ad reparationem reuocanda ſunt, quæ *in Superioribus Capitibus* pro ædificatione adducta fuerunt: nihilominus, quia in hac re plura ſpecialia inueniuntur, ea hoc loco referre duxi.

In primis ergo pro reparatione Cathedralis vel Parochialis Eccleſiæ, conſuetudo † attendenda eſt, quæ, ſi interueniat & concurrat, ante omnia ſeruanda eſt omninò, plenè Auguſtin. Beroi. *conſil. 3. à num. 1. volumin. 1.* Ludouic. Bell. *conſ. 144. à num. 1.* Petr. Surd. *conſ. 62. num. 23.* Paul. Fuſch. *de viſitat. lib. 1. cap. 10. à num. 15.* Dom. Solorz. *dict. cap. 23. num. 9.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. quæſt. 347.* Melch. Loter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 11. num. 78.* Barboſ. *in dict. cap. 1. num. 5.* & *de poteſtat. Epiſcop. 3. part. allegat. 64. num. 5.* Rota apud Farinac. *deciſ. 627. à num. 1. part. 1. recent.* & *deciſ. 454. à num. 1. part. 1. in poſthum.* Camill. Borrell. *in ſumm. deciſionum, tit. 2. de Sacroſanct. Eccleſ. num. 23.* Mantica *deciſ. 284. numer. 2.* Alexand. Sperell. *deciſ. 68. numer. 20.* Vrrutigoit. *dict. cap. 13. à numer. 9. & dict. cap. 12. à numer. 9. cum ſequentibus, & cap. 28. numer. 304.* qui omnes aduertunt, hoc in caſu † conſuetudinem debere eſſe certam & claram, Dom. Villarroel *en el gouierno Eccleſiaſtico, part. 2. quæſt. 20. artic. 3. num. 9. & 34.* vbi dicit, ex proprijs Eccleſiæ redditibus & fructibus † deberi ipſam refici, quando diues eſt, quod intellige, vt mox ſubijciam.

Itaque in hac materia plures diſtinguendi ſunt † caſus, vt fecit Sperellus, de Eccleſiarum reſtauratione & reædificatione agens, *deciſ. 67. à num. 1.* Primus ergo caſus, quando Eccleſia qualiſcumque † in hoc habet quartam vel aliam fructuum partem, ſecundum deciſionem textus *in cap. Quatuor 27. 12. quæſt. 2. cap. Vnio 3. 10. quæſt. 3. l. 11. tit. 10. p. 1.* Abbas *in cap. 1. de Eccleſ. ædific. numer. 3.* D. Gregor. Lopez *in l. 24. tit. 32. part. 3. gloſſ. fin.* Altamiran. *de viſitat.* verbo *Sed Epiſcopi, num. 11. fol. 357.* cum alijs relatis *Cap. 17. à num. 22.* Tunc enim ante omnia, ex dicta portione fructuum reædificanda eſt Eccleſia, atque ad illam partem primo recurrendum, gloſſ. *in d. cap. 1.* vbi Hoſtienſ. Abb. *num. 3.* & alij repetentes, D. Gregor. Lopez *in d. l. 11.* vbi bonus textus, Barbat. *conſ. 26. num. 4. vol. 3.* Beroi. *vbi ſupr. num. 5. & 15.* Surd. *dict. conſ. 62. num. 22.* Valaſc. *conſult. 179. à n. 11.* Lambert. *de iur. Patron. lib. 3. quæſt. 2. artic. 2. num. 2.* verſic. *Et primus, & num. 4.* verſic. *Tertiò intelligit,* Barboſ. *dict. alleg. 64. num. 1. & 4. & in d. cap. 1. num. 4.* D. Salgad. *de Reg. protect. 3. part. cap. 5. numer. 1.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. 1. part. tit. de Clerico debit. §. 13. num. 11.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 24. num. 4. vol. 1.* Sperell. *dict. numer. 1.* Apud Nos in erectionibus † Cathedralium Indiarum fabricæ Eccleſiarum, ex decimis pars reſeruatur, vt tradidi *d. Cap. 17. à num. 28. 46. 51.* Fabrica dicitur ipſum Eccleſiæ ædificium, *cap. Ad futuram 15. 12. quæſt. 1. cap. De fabrica 24. de conſecrat, diſtinct. 1.* ſeu ius, quod Eccleſia habet ad redditus aliquot, pro ornamentis, ædificio, aliiſque pro Diuino cultu aſſignatos, Dom. Couarrub. *in cap. fin. num. 4. de teſtam.* Dom. Greg. Lopez *in dict. l. 11. tit. 10. part. 1. gloſſ. 1.* Altamiran. *vbi ſupr. num. 14. fol. 358.* Valaſc. *dict. conſultat. 179. à num. 4.* Dom. Solorz. *dict. cap. 23. num. 11.* Dom. Valençuel. *conſ. 122. à numer. 45.* Vrrutigoit. *dict.*

dict. cap. 12. *à num.* 10. & *cap.* 20. *à num.* 47.

Secundus caſus eſt quando, ceſſante hac fructuum portione proximè adducta, 9 concurrit † Conſtitutio ſpecialis vel ſtatutum, quod ſemper quoad hoc, ſeruandum eſt, Abb. *in d. cap.* 1. *num.* 3. Beroi. *n.* 3. & 4. Sperell. *n.* 2. *locis vbi proximè*. 10 Item contractus ſuper † hoc initi, ſi ad reparationem Eccleſiarum in eis aliqui obligati ſunt, Aluar. Valaſc. *vbi ſupr. num.* 10.

Tertius eſt caſus, quando legitima 11 datur conſuetudo; tunc equidem † omnes ad reædificationem concurrere aſſueti, compellendi ſunt, vt docent *ſupr. numer.* 3. adducti, *argum. cap. Ad Apoſtolicam* 42. *de ſimon.* Bald. *conſ.* 102. *vol.* 1. Petr. Rebuff. *conſ.* 137. *per tot.* Ripa *reſp.* 26. *numer.* 7. *cum ſeqq.* Coſta *de portion. rat. q.* 157. *à num.* 9. & *q.* 203. *à num.* 6. & *de remed. ſubſid. remed.* 106. *illat.* 2. Auend. *de exeq. mand.* 2. *p. cap.* 10. *num.* 29. Surd. *num.* 16. Valaſc. *à num.* 7. D. Salg. *n.* 13. Sperell. *num.* 3. *locis citatis*, Farin. *d. deciſ.* 454. *num.* 4. Barboſ. *in d. cap.* 1. *numer.* 3. Genuenſ. *vbi ſupr. cap.* 109. *in fin.* qui docent, omnes omninò concurrere debere, 12 nemine † dempto.

Quartus caſus ſuccedit, his deficientibus, nempè vt teneantur ad Eccleſiæ reparationem & reædificationem Epiſcopus, Parochus † ſeu Beneficiatus, ſi aliàs 13 beneficium pingue eſt, non quidem de patrimonio proprio, ſed de eiuſdem Eccleſiæ fructibus & redditibus, neceſſarijs † 14 ad eorum vitam primo deductis, *d. cap.* 1. & *d. cap. De his* 4. *de Eccleſ. ædific.* (cui, inquit Abbas, ſe neſcire, an reperiatur ſimile in iure, ad probaddum Parochi alimenta † Templi reparationi eſſe præferenda, 15 eſt tamen ei ſimile *cap. fin.* 12. *q.* 1. vt ex Nauarr. *in tract. de redd. Eccleſiaſt. quæſt.* 1. *monit.* 36. *num.* 4. notat Sperell. *vbi ſupra*, *num.* 5. qui *num.* 6. ait, detrahenda ex 16 fructibus Parocho † ad vitam neceſſaria, ſi reſideat, aliàs ſecùs, quia ex quo altari non ſeruit, ceſſat ratio alimentorum, vbi nihilominus limitat, quando non habeat, vnde ſe alere poſsit. Adde quæ tradidi *ſupr. Cap.* 9. *num.* 22. & *per tot.* Dom. Monteneg. *in Itiner. lib.* 1. *tract.* 1. *Jeſſ.* 7. *num.* 3.) *d. l.* 11. *in princ.* ibi:

17 *Refazer deben † ſus Igleſias, quando fuer meneſter, los Prelados, è los Clerigos de cada vna dellas, de las rentas, que ſon dadas para ellas, è quando eſtas no cumplieſſen, el Obiſpo, è los Clerigos que fueſſen Beneficiados en ella, deben cumplir lo que menguare en ella, para refazerla, ſegun las rentas que cada vno lleuare, ſacando ende lo que † cada* 18 *vno ouiere meneſter, para ſu vida, cà aſsi como les place de aprouecharſe de los bienes que dellas lleuan, aſsi deben tener por bien de pagar ſu parte en tales coſas, como eſtas*, &c. vbi plenè D. Gregor. Lop. Paul. Bert. *in prax. crim. Regul. tit.* 4. *cap.* 34. *num.* 13. Surd. *vbi ſupr. num.* 1. 10. 11. & 15. vbi docet, laicos Parochianos poſſe decimas † retinere, quando Rector Eccleſiam re- 19 cuſat reficere, Paul. Chriſt. *deciſ.* 27. *n.* 2. & *deciſ.* 25. *n.* 1. *d. tom.* 1. vbi, quod ſunt decimæ † ad reparationem Eccleſiæ ta- 20 cite obligatæ, Blaſ. Micalor. *de Fratrib.* 2. *p. cap.* 10. *n.* 13. Sperel. *à n.* 4. *vbi ſuprà*, Barboſ. *in d. cap. De his* 4. *num.* 3. Zeuall. *de cogn. per viam. viol.* 2. *part. q.* 99. *à num.* 2. D. Salg. *d. cap.* 5. *à n.* 2. & 7. D. Solor. *d. cap.* 23. *n.* 10. qui omnes, hunc quartum caſum probant & exornant.

Docentque ſimiliter, Parochos & alios ad reædificationē compellendos, etiam per partis fructuum † ſubſtractionem, Lo- 21 ter. *d. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 50. dummodo quartam illorum partem † non excedat, Surd. 22 *d. conſ.* 62. *n.* 20. qui *à n.* 3. ait: Rectorem vſufructuario † æquiparari, ideòque vt 23 hic ad rerum, in quibus vſusfructus conſiſtit, conſeruationem † tenetur, *l.* 1. *ff. de* 24 *vſufruct. l.* 1. *cum ſeqq. ff. vſufruct. quemad. cau. l. Ea igitur* 14. *ff. de pign. act. Prin. Inſtit. de vſufr.* D. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 22. *à num.* 3. Cravet. *conſ.* 300. *à prin.* Cephal. *conſ.* 653. Garc. *de expenſ. cap.* 11. Caualcan. *de vſufruct. mulier. relict. à num.* 156. D. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 20. cum alijs, ita & illum teneri. Itaque Eccleſiæ reparatio ad eos ſpectat, qui eiuſdem † 25 percipiunt fructus, Mart. *tom.* 6. *compilat. §. Eccleſia, cap.* 20. & *ſeq.* Farin. *d. deciſ.* 454. *num.* 2. Caued. *deciſ.* 91. *num.* 4. *p.* 1. Maximil. Fauſt. *in conſil. pro ærar. ordin.* 357. hinc eſt, vt ad illam teneatur obtinens in Eccleſia reædificanda † benefi- 26 cium ſimplex, *ex Trident. Conc. ſeſſ.* 21. *de Reform. cap.* 7. Gutierr. *alleg.* 10. & *lib.* 1. *practicar. quæſt.* 18. *num.* 15. Lambertin. *d. lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 2. *à num.* 4. Barboſ. *in d. cap.* 1. *à n.* 1. Surd. *num.* 9. D. Salg. *n.* 19. Sperel. *num.* 7. *locis vbi ſupr.* Ita etiam in ea penſionem † habens, Nauarr. *conſil. vnic. de Eccleſ. ædificand.* Barboſa *dict. allegat.* 64. *numer. penultim.* Epiſcopus itidem vſque ad quartam † reddi- 28

tuum

tuum & fructuum partem ſuæ Menſæ competentium, Eccleſiæ Fabricæ, & reædificationi, ſuo caſu tenetur, *Cap. 1. de ſolut.* vbi gloſſa, verbo *Tertius*, communiter approbata Beroi. *dict. conſ. 3. numer. 6.* Rota apud Sperell. *vbi proximè num. fin.* Chriſtineus *deciſ. 24. num. 5. dict. vol. 1.*

An autem Epiſcopus poſsit ex fructibus † & redditibus vnius Eccleſiæ 29 diuitis alterius fabricæ aliquid aſsignare? Diſputat Barboſ. *dict. allegat. 64. numer. 17.* & licet aliqui firmare videantur poſſe, ipſe tamen concludit non licere, ſine licentia Papæ, cum vna Eccleſia regulariter non debeat ex alia refici, Franciſc. Marc. *deciſ. 1013. & ſeq. part. 1.* Iacob. Gotofred. *in leg. Rectores 18. C. Theodoſian. de operib. public. in fin. tom. 5. pagin.* 296. neque vnum † altare debet diſco- 30 operiri, vt cooperiatur aliud, *l. fin. §. Sed etſi*, vbi Bald. verſic. *Nota, quod non debet, C. commun. delegat. l. Si autem 10. §. fin. ff. de aqua pluu. arcend.* poteſt verò Epiſcopus relictum pauperibus in genere, reparationi Eccleſiæ pauperis applicare, Ioann. Andr. *in cap. fin. de teſtam. in 6.* Barthol. *in leg. Si quis ad declinandam, C. de Epiſcop. & Cleric.* niſi magna fames tunc pauperibus immineat, *cap. Paſce 21. 86. diſtinct.* Altamiran. *vbi ſuprà*, verbo *Sed Epiſcopi, num. 25. fol. 360.*

Rurſus ad reparationem ſeu reædificationem tenentur Epiſcopus, † & Bene- 31 ficiati, licet ſuas Eccleſias & beneficia dimittant, quoniam reficiendi onus de præterito contractum eſt, & ſi decedant, hæredes illorum † conueniuntur, Caualcan. *deciſ. 22. num. 24. part. 2.* Gutierr. 32 *dict. allegat. 10. in fin.* Sperell. *dict. deciſ. 67. num. 52.* quemadmodum laici, ſuo caſu, † tenentur, quamuis Eccleſiæ vſui 33 cedere velint, vel de facto cedant, D. Gregor. Lopez *in dict. leg. 11.* Lambert. *dict. lib. 3. quæſt. 7. art. 2. num. 7.* verſic. *Et ſi iſti beneficiati, & art. 5. num. 2.* Valaſc. *num. 17.* Dom. Salgad. *num. 4. vbi ſupr.* Abb. *in dict. cap. 1. n. 4. in fin.* Paul. de Citadin. *de iur. Patron. part. 6. art. 5. ſub num. 6.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap. 14. ſub num. 3.* Pariſ. *de reſign. benef. 3. p. quæſt. 15. à num. 5.* Surd. *dict. conſ. 62. numer. 19.* Barboſ. *in dict. cap. 7. Concilij, numer. 14.* Bellet. *dict. §. 14. num. 7.*

Quintus caſus eſt, quando ita tenue eſt beneficium, vt vltra congruam Beneficiati ſuſtentationem, parum aut nihil regulariter ſupereſt, tunc equidem † Pa- 34 rochiani omnes cogendi ſunt in ſubſidium, ad Eccleſiæ refectionem, *Tridentin. Concil. dict. cap. 7.* verſic. *Parochialis verò*, Dom. Gregor. Lopez *in dict. leg. 11.* verbo *Sacando ende*, Roderic. Acuña *in cap. Pulchra, diſtinct. 86. num. 5.* Gutierr. *vbi proximè. & dict. quæſt. 18. num. 15.* Lambertin. Valaſc. *num. 16.* Dom. Salgad. *num. 3. 9. & 11.* Surd. *num. 19. locis vbi ſuprà*, Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 10. num. 16. & ſeq.* Farinac. *dict. deciſ. 627. num. 4. & deciſ. 561. num. 2. part. 2. in poſthum.* Paul. Chriſtineus *deciſ. 28. numer. 2. & deciſ. 24. à num. 7. volumin. 1.* Caued. *dict. deciſ. 91. num. 8.* Ioſeph Mele *in addit. ad Guizzarell. deciſ. 28. numer. 11.* Sperell. *dict. deciſ. 67. num. 9.* Mainard. *deciſ. 32. & ſeq.* Bobadill. *in politic. lib. 2. cap. 18. num. 135. circa fin.* Zeuall. *dict. quæſt. 99. num. 10.* Barboſ. *dict. allegat. 64. à num. 6.* Villadieg. *in polit. cap. 5. §. 23. num. 14. & 27.* Scip. Robit. *in pragmatic. 1. de ſalar. eor. qui mitt. pro ſeruit. Cur. num. 17.* Cæſ. Caren. *reſolut. forenſ. reſol. 248. num. 4.* cum multis Pegas *ad Ordinat. Portug. tom. 4. lib. 1. tit. 62. gloſſ. 83. num. 7.*

Nobiles etiam & alij † exempti, 35 nemine dempto, vt dixi, cum ſit opus publicum, omnium habitantium concernens vtilitatem, Bobadill. *vbi proximè lib. 3. cap. 5. num. 34.* Sarmient. *de reddit. Eccleſ. 1. part. monit. 82. numer. 3. in fine*, Pereyr. *de man. Reg. cap. 19. de indiction. num. 8. & ſequenti*, Auendañ. *de exequend. mandat. dict. 2. part. cap. 14. numer. 19.* Caued. *dict. deciſ. 91. à princ.* Cened. *ad Decret. al. collect. a n. 153. num. 3.* Gonçal. *ad regul. octau. Cancellar. gloſſ. 9. in annot. numer. 218.* Ricc. *deciſ. 15. num. 4. part. 4.* Barboſ. *ad Tridentin. dict. cap. 7. num. 18. & dict. allegat. 64. num. 7. & de offic. Paroch. cap. 13. num. 9.* Dom. Salgad. *dict. cap. 5. numer. 15.* qui *ex dict. Decreto Concilij* omni appellatione remota docent compellendos eſſe omnes. An autem † & quando ad hanc re- 36 ædificationem & contributionem teneantur forenſes? Tradunt Barboſ. *dict. allegat. 64. à num. 10.* Caued. & Carena *locis relatis.*

Compulſio verò † in his terminis 37 Eccleſiaſtico iudici regulariter competit, *ex Concil. Tridentin. dict. cap. 7.* in illis verbis, quæ in Epiſcopos diriguntur: *Aut in illorum defectum, Parochianos om-*

nibus remedijs opportunis, ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Mich. Ferrer. 3. *part. obſeruat. cap.* 227. vbi ita deciſum refert, Marta *de iuriſd.* 2. *part. cap.* 48. *num.* 15. Valaſc. *vbi ſupr. num. fin.* Pereyra *vbi proximè* 1. *p. cap.* 18. *n.* 8. Barboſ. *dict. alleg.* 64. *num.* 8. *& in dict. cap.* 7. *Concilij, num.* 15. Fontan. *deciſ.* 523. *à numer.* 1. Dom. Salgad. *vbi proximè num.* 18. vbi, quod poſsit etiam exemptos quoſcumque † compellere, *ex dict. cap.* 7. illic: *Quacumque appellatione, exemptione, &c.* Sperell. *vbi ſupr. num.* 53. Accac. de Ripoll. *var. cap.* 1. *à num.* 259. Similiter † Regi, tanquam Concilij Tridentini executori & protectori (quod fundaui *ſupr. Cap.* 16. *à num.* 8. videndi etiam ſunt P. Diana 1. *p. Moral. tract.* 2. *reſol.* 102. Franciſc. Viuar. *de veter. Monach. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 7. iunctis iuribus *in leg.* 59. *& 62. tit.* 4. *l.* 81. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopil. &* Dom. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſsim.* 1. *part. cap.* 14. *à num.* 26. Dom. Palafox *in defenſa Canonica nouiter* edita *anno* 1652. *ſobre las licencias que deben pedir, tener los Padres de la Compañia para predicar, y confeſſar en la carta que reſpondiò al Padre Andres de Rada, num.* 49. *& ſeq.* docto Matritenſi Aduocato Don Ioſeph de Gurpegui *in alleg. iur. por el Mayordomo de la Igleſia Parroquial del Lugar de Aguero, Dioceſis de Burgos, con Pedro Aguero, ſobre Patronato, num.* 3. *& ſupr. Cap.* 53. *numer.* 34. *& infrà capit.* 93. *ſub numer.* 40.) hanc coactionem & compulſionem, per bonorum ſequeſtrationem & occupationem competere, certum eſt, ſecundum aliquos, Bobad. *dict. num.* 135. Zeuall. *dict. q.* 99. *à n.* 12. vbi de praxi Hiſpaniæ † teſtatur, de qua etiam Viuar. *vbi proximè* Dom. Salgad. *num.* 8. Pereyr. *num.* 5. *locis vbi ſuprà.* Carol. de Graſſal. *Regal. Franc. lib.* 2. *iure* 6. quos tamen impugnant Melch. Loter. *d. quæſt.* 11. *num.* 81. P. Dian. *d. reſol.* 102. *&* 3. *part. moral. tract.* 1. *reſol.* 8. Fontan. *vbi ſupr. num.* 6. hoc nihilominus rectè componit Barboſ. *dict. allegat.* 64. *à num.* 8. Quoad Nos verò, tradidi *ſuperiori Capite, à num.* 62. Vide.

Sextus caſus eſt, quando hæc, quæ tradita ſunt, deſunt, Eccleſia tamen † eſt diues, habetque ſufficientem & opulentam dotem, eo enim caſu pro reparatione & reædificatione eiuſdem, licitam eſſe bonorum Eccleſiæ alienationem, probare videtur texrus *in Clement.* 1. *de rebus Eccleſ. non alienand.* ibi: *Niſi neceſsitas, aut vtilitas Prioratus Monaſterij, vel Eccleſiæ hoc expoſcat.* Paul. de Citadin. *dict.* 2. *part. art.* 5. *num.* 8. ita Sperell. *dict. deciſ.* 67. *num.* 13. vbi etiam videndos refert Felin. *in cap. Per tuas* 37. *ſub num.* 1. *& num.* 2. *de ſimon.* Genuenſ. *in practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 201. *num.* 3. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 27. *num.* 24.

Quid dicendum de Eccleſijs Parochialibus iuris Patronatus, quando refectione & reædificatione indigent? Et Patronum † ad eam non teneri, docet Lambertin. *dict. lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 2. *num.* 5. cum ex prima fundatione, conſtructione, & dotatione † acquiſitum habeat ius Patronatus, *cap. Nobis* 25. *de iur. Patron.* iunctis latè traditis *Cap.* 4. *à num.* 1. nec ad aliud obſtrictus ſit. Verius tamen eſt, in omnium defectum teneri, *ex dict. cap.* 7. *Concilij Tridentini*, ita Pat. Molin. *de iuſtit. & iur. tract.* 2. *diſput.* 144. *§. Et quoad fabricam, & §. Quoad reliquas*, Pat. Bauny *Theolog. moral.* 4. *p. ſeu in prax. benefic. diſput.* 4. *quæſt.* 2. Petrus Peccius *de reparand. Eccleſ. cap.* 34. *à num.* 1. Mager. *de aduocat. armat. cap.* 16. *à num.* 9. vbi, quod alioquin ius amittit, Beroi. *in cap. Quoniam, de iur. Patron. à num.* 96. Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſ.* 2. *part. cap.* 16. *à num.* 71. D. Solorç. *dict. cap.* 23. *numer.* 14. Barboſ. *in dict. capit. De his* 4. *numer.* 4. *& in dict. capit.* 7. *Concil. numer.* 8. Bellet. *dict. §.* 14. *nun.* 11. Dom. Salgad. *dict. cap.* 5. *ſub num.* 14. Surd. ſic intelligendus *dict. conſ.* 62. *num.* 6. Capel. Tholoſan. *deciſ.* 500. vbi addit. Chriſtin. *deciſ.* 29. *num.* 3. *d. vol.* 1. Sperell. *vbi ſupr. n.* 10. vide omninò Mieres *de maior.* 3. *part. quæſt.* 1. *numer.* 13. & Ioſeph. de Roſa *conſult.* 61. *num.* 31. aſſerentes *ex cap.* 2. *de nou. oper. nuntiation. & cap. Quæ res, de conſecrat. diſtinct.* 4. Eccleſias dirutas & iterum ædificatas non recuperare antiqua priuilegia, niſi de nouo concedantur, & an diruta Eccleſia immunitatis conſeruet priuilegium? Ex Remig. *de immunit. ampliat.* 20. Sanchez *in ſumm. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *numer.* 7. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſtic. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 60. *& in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, de conſtitution. numer.* 5. Pat. Dian. 6. *part. Moral. tractat.* 1. *reſolut.* 1. verſic. *Verum affirmatiue*, & alijs, tradit Domin. Matheu & Sanz *de re crimin. controu.* 7 *num.* 8.

Agit

Agit rurſus D. Solorç. *vbi proximè* de reædificatione Eccleſiarum Indiarum, & de intellectu Regiæ Schedulæ 2. *Aprilis* 1604. quæ decidit & ſtatuit, Regem Catholicum † ad primam Eccleſiarum ædi-
44 ficationem, teneri, non amplius, vt Lambertin. docebat, & patet in illis verbis: *Y*
45 *es declaracion,* † *que la contribucion que de nueſtra hazienda ſe ha de hazer de la dicha tercia parte, para el edificio de las dichas Igleſias, conforme à la Cedula, que para ello eſtà dada, ſe ha de entender por la primera vez, y no mas, aunque acaezca que ſe caygan, ò las derriben para alargarlas, ò mudarlas, ſi*
46 *Nos, auiſados* † *dello, no proueyeremos otra coſa.* Ex qua ſummatur *l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *ſummar.* ita: *Que la tercia parte que de la Real hazienda ſe manda dar, para la fundacion de las Igleſias, ſe entienda por la primera vez.* (ſic decretum eſt *in l.* 10. *eod. tit. Que* † *à las Igleſias que ſe hizieren en pue-*
47 *blos de Indios, ſe les dè por vna vez, de la hazienda Real, vn Ornamento, vn Caliz, y vna Campana.*)

Ait enim D. Solorç. præfatam Reg. Sched. procedere & intelligi poſſe, vt primæ † conceſsionis virtute, deueniri
48 non debeat ad nouos ſumptus pro reædificatione & refectione Eccleſiarum, vt hoc medio ſimiliter fraudibus aut potius exceſsibus occurratur, qui ſub imagine & prætextu ruinarum, in huiuſmodi reparatione fieri poſſunt & ſoleant. Vnde merito additum fuit, nouam licentiam & permiſsionem à Rege Catholico eſſe obtinendam, ibi: *Si Nos, auiſados dello, no proueyeremos otra coſa*, vt ſæpè vidi, eam datam fuiſſe. Agnoſcit enim Princeps propriam obligationem, vult tamen, vt ad illum accedant partes, quoties neceſsitas vrſerit, latè D. Solorçan. *ibidem*, D. Villarroel *dict. q.* 20. *art.* 3. *per tot.* vbi etiam
49 referunt maximam † Regum Catholicorum curam, à principio circa Eccleſiarum ædificationem adhibitam, infinitoſque fere ſumptus, ex propio Regio Patrimonio, in hanc rem factos, quod pro magna Regum gloria expendit Domin. Solorçan. *num.* 4. & *ſeqq.* vbi plura ſpecialia adducit, ad le Camill. Borrell. *de præſtant. Reg. Catholic. cap.* 76. *à num.* 17. Thom. Bozium *de ſign. Eccleſ. Dei, tom.* 3. *lib.* 20. *cap.* 8. *ſign.* 89. Frat. Ioan. Torquemad. *in Monarch. Indiar. lib.* 19. *cap.* 30. & *ſequenti*, Domin. Palafox *infrà tradend.* & notaui *ſupr. Capit.* 82. *numer.* 77.

Habent enim ſemper † in corde & 50
opere illud, Principibus Catholicis maximè conuenire, vt plures Eccleſiæ ædificentur, *cap. fin.* 96. *diſt.* ibi: *Boni Principis eſt ac Religioſi, Eccleſias contritas atque conſciſſas, reſtaurare, nouas ædificare*, latè Lel. Zech. *de Principib. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 12. D. Gueuara *in propugnac. contra Venetos aſſert.* 1. §. 2. *num.* 23. ex *l. Nemo, C. de Religioſ. & ſumptib. funer.* Vnde Sa-
lomon, † ob Templum à ſe conſtructum, 51
laudatur, 3. *Reg. cap.* 9. verſic. 3. illic: *Sanctificaui Domum hanc, quam ædificaſti, vt ponerem nomen meum ibi in ſempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi, cunctis diebus.* Hieroboam improbatur, *eod. lib. cap.* 12. Diu. Thom. *de regim. Princip. lib.* 2. *cap. vltim.* fac. *Concil. Tridentin. ſeſſ.* 22. *Decret. de obſeruand. & euitand. in princ.* ibi: *Maledictum in ſacris literis eum vocari, qui facit opus Dei negligenter.* Altamiran. *vbi ſupr.* verbo *Etiam teſtamentorum, n.* 24. *fol.* 257. Guill. Dur. *lib.* 1. *ration. diuin. offic. cap.* 7. *num.* 27. D. Palaf. *in defenſ. Canon. contra Patres Ieſuitas,* 7. *part. à princ.*

In Cathaloniæ item Principatu, vbi etiam Regium Patronatum obtinet Rex Catholicus Dominus noſter, vt tradidi *Cap.* 1. *num.* 17. Eccleſias † reparat & 52
reficit, notat Anton. Oliuan. in vſatico *Alium namque, ſeu de iur. Fiſc. cap.* 13. *numer.* 28. de Indiarum † & Granatæ Ec- 53
cleſiarum reædificatione agit Frances de Vrrutig. *d. cap.* 13. *à num.* 67. vbi *num.* 68. affirmat, hoc non procedere reſpectu aliarum Eccleſiarum Hiſpaniæ, in quibus † 54
non habet plenum Patronatus ius, ſed tantum vniuerſale & generale, tanquam Supremus totius territorij Princeps, vt dixi *dict. Cap.* 1. *num.* 4. & *Cap.* 16. *n.* 2.

Optima tamen *præfati* Regij Reſcripti *anni* 1604. extat declaratio in Regia Sched. 1. *Iunij* 1607. huic noſtræ Argentinæ Cancellariæ miſſa, quam paſsim obſeruamus, habemuſque illam inter alias eidem directas, in hæc verba: *Dezis auer* 55
† *recibido la Cedula mia, ſobre que la contribucion de la tercia parte, que ſe dà de mi hazienda, para el edificio de las Igleſias, ſe ha de entender por ſola vna vez, y que como quiera que entendeis, que eſta orden ſe ha guardado algunas vezes, por no auer en los Lugares Igleſias competentes, ni conſtar que en el edificio de ellas, ſe aya contribuido con la dicha tercia parte de mi hazienda, ſe ha mandado acudir, para que ſe edi-*

edifique, y ſobre eſto ſe ofrece duda, y pedis ſe os auiſe, ſino conſtando que para la Igleſia, en que ſe quiere ampliar, ò mejorar de edificio, ſe aya contribuido con la tercia parte de mi hazienda en hazerla, la
56 *debeis † tener por nueua para ſocorrer con la dicha tercia parte de mi hazienda à las tales Igleſias, con que la ampliacion, y reedificacion que ſe hiziere en ellas, no ſea ſuperflua, ni la obra, y los gaſtos mas de los neceſſarios, y contribuyendo tambien, como eſtà ordenado, los demàs con las otras dos tercias partes; y aſsi lo hareis, procurando ſiempre aliuiar mi hazienda, en quanto ſea poſsible, &c.*

Denique quando ob inopiam, tàm ipſius Eccleſiæ, & Rectoris, quàm Patroni & Parochianorum, refici & reparari non poteſt, tunc Epiſcopus, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, illam licèt iuris Patronatus & Parochialis ſit, ad Ma-
57 tricem, ſeu viciniorem † transferre poteſt Eccleſiam, cum facultate, eam ſic directam & collapſam in prophanos vſus, non ſordidos conuertendi, *d. cap. 7. Concilij*, ibi: *Quod ſi nimia egeſtate omnes laborent, ad Matrices ſeu viciniores Eccleſias transferantur cum facultate, tàm dictas Parachiales, quàm alias Eccleſias dirutas in prophanos vſus, non ſordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertendi.* notant Zerol. *in prax. Epiſcop.* verbo *Viſitatio, §. 6.* verſic. *Nonum dubium, part. 1.* Ricc. *in prax. aur. reſol. 201. à num. 1.* Barboſ. *d. allegat. 64. num. fin. & de offic. Paroch. d. cap. 13. numer. 11. & in d. cap. 7. Concilij, numer. 19. 22. 25.* Farinac. *deciſ. 707. num. 2. part. 1. in poſthum.* Valaſc. *vbi ſuprà num. 22.* D. Salgad. *à num. 20. & 26.* Sperell. *num. 14. locis vbi ſuprà.*

Matrix autem Eccleſia, ad quam hæc
58 translatio facienda eſt, intelligitur † reſpectu Capellarum & aliorum Beneficiorum ſimplicium, ſub Parochialis Eccleſiæ districtu exiſtentium, ipſa Parochia, reſpectu verò Parochialium Cathedralis Eccleſia fac. *cap. Venerabili 22.* vbi gloſſ. & Abb. *de verbor. ſignific. cap. 1. de præſcription.* Altamiran. *vbi ſuprà*, verbo *A Metropolitanis, num. 14. fol. 7.* ita Zerol. *vbi proximè*, verbo *Matrix*, Pat. Suarez *de Religion. tract. de decim. lib. 1. cap. 24. num. 1.* P. Azor *inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 12. quæſt. 13. & lib. 9. cap. 3. in fin.* Monet. *de decim. quæſt. 7. num. 3.* Barboſ. *in d. cap. 7. Concilij, num. 20. & in cap. Audientiam 3. de Eccleſ. ædificand. num. 7. & in Clement. 1. de ſentent. excommun. num. 5.* Farinac. *deciſ. 272. num. 2. part. 1. recentior.* D. Salgad. *dict. cap. 5. num. 28.* Daniel de Nobilib. *controu. iur. diſp. 44. à num. 1.* Tondut. *reſolut. benef. 1. part. cap. 46. num. 10.* Vrrutigoit. *vbi ſupr. cap. 15. à num. 116.* Prima verò *Matrix* & omnium *Mater*, Romana † Eccleſia eſt, & 59
appellatur, cæteræ Cathedrales *Matrices* † *ſecundæ*, licèt reſpectu propriorum 60
Epiſcopatuum primæ vocentur, *dict. cap. Venerabilis*, iuncta gloſſ. *de verbor. ſignif.* gloſſ. *in leg. Decernimus*, verbo *Matrices*, *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi Barboſ. *numer. fin.* fac. *cap. Apoſtolicæ 9.* vbi DD. *de donation.* Caſan. *in Catholog. glor. mund. 5. part. conſid. 35. ration. 5.* Vrrutig. *ſupr. num. 172. & ſeq.*

Illud denique omninò aduerte, quæ diximus pro Eccleſiarum reparatione ſeu reedificatione, procedere ſimiliter in refectione † domus & habitationis Re- 61
ctoris, vt in ſpecie notant Sperell. *dict. deciſ. 67. num. 13. & deciſ. 68. num. 4. & ſeqq.* & alij relati *dict. Capite Superiori, num. 56. cum ſeqq.* dum de ædificatione eiuſdem, egimus. Immo pro amplianda domo, dormitorio, † vel alio loco, ad 62
vſum Eccleſiæ, Clericorum, & aliorum, qui Eccleſiæ ſeruiunt, neceſſario, Guillelm. de Cun. & Flor. *in leg. Si quis ſepulchrum, ff. de religioſ. & ſumptib. funer. & in leg. 2. §. Locum, eod.* Bald. *in leg. 1. ff. ſolut. matrim.* vbi Angel. *in fin.* dicit, ſe obtinuiſſe in facto, Cępol. *de ſeruitut. vrbanor. prædior. cap. fin.* verſic. *Qui non habet viam*, vb aït, ſe obtinuiſſe Veronæ, Socin. *in tract. fallent. regul. 435. à num. 8.* Surd. *vbi ſuprà num. 8.* Grammatic. *deciſ. 75.* vbi dicit, ita deciſum fuiſſe. Quemadmodum pro ampliatione † ip- 63
ſius Eccleſiæ, ſi tantum populus excreuerit, quod prima eum capere non poſsit, ad tradita *ſupr. Cap. 68. num. 19. cum ſeqq. & Cap. 69. à num. 35.* vt quotidiè ſeruatur in Gallia, teſte Aufrer. *ad Capell. Tholoſan. deciſ. 499.* iunctis Rip. *conſ. 26. num. 10.* & Surd. *dict. conſ. 62. num. 7.* Et pro conſtruendo viridiario Monaſterijs † neceſſario, quis cogitur proprium ſo- 64
lum vendere, Mar. Antonin. Maceratenſ. *vbi infrà reſolut. caſ. 29.* Nouar. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 32. à numer. 1.* Ioann. Baptiſt. Coſta *vbi infr. remed. 76. num. 9.* Marinis *mox tradend. numer. 4.* Vide Philip. Cammarat. *reſp. 9. à num. 15.* vbi agit, an & quando Eccleſiæ

appel-

appellatione veniant Dormitorium, Sacriſtia, Cellæ, & alia.

Addit Surd. *dict. num.* 7. ad hoc omne, vel quid aliud publicum, poſſe quem
65 cogi, propriam domum † & aream vendere, *dict. leg. Si quis ſepulchrum* 12. eſtque communis ſententia, de qua D. Couarrub. *lib.* 3. *variar. cap.* 14. *à numer.* 7. Dom. Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 1. vbi Hermoſill. *num.* 22. *& à numer.* 50. Pat. Molin. *de iuſtit. diſput.* 341. Padill. *in leg. Altius, C. de ſeruit. & aqua, num.* 19. Cępol. *vbi proximè cap.* 82. *numer.* 8. Anton. Gom. *in leg.* 46. *Tauri, num.* 9. *& tom.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 51. Bobadill. *in polit. lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 26. Petr. Auguſt. Morl. *in empor. iur.* 1. *part. tit.* 9. *quæſt.* 10. *num.* 8. Mart. *de iuriſdict.* 4. *part. cent.* 2. *caſ.* 171. Petra *de poteſt. Princip. cap.* 11. *&* 13. Ponte *de poteſtat. Proreg. tit.* 4. *§.* 4. *à num.* 19. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 433. *num.* 73. Coſt. *de reued. ſubſid. dict. remed.* 76. *numer.* 9. Valer. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib.* 25. *num.* 259. verſic. *Octauus eſt*, Pat. Rebell. *de obligat. iuſtit. lib.* 9. *quæſt.* 18. *numer.* 43. Petr. Velleius *ad leg. Illicitas* 6. *§. Neque, num.* 7. *ff. de offic. Præſid.* Tap. *in pragmat.* 3. *de Monialib. num.* 6. *& deciſ. Sacr. Concil.* 6. *num.* 8. Fulu. Conſtant. *in l.* 1. *C. de vendit. rerum Fiſcal. lib.* 10. *num.* 89. Nouar. *ſuper pragmat.* 28. *Neapol. num.* 29. *& ſuper pragmat.* 138. *numer.* 5. Guzman *de euiction. quæſt.* 52. *numer.* 39. Marc. Anton. Genuenſ. *vbi ſuprà quæſt.* 241. Gaſp. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 64. *num.* 6. Maceratenſ. *lib.* 1. *reſol. vltim. caſ.* 29. Capiblanc. *de Baronib. pragmat.* 1. *num.* 176. Lauret. de Franch. *in controu. inter Epiſcop. & Regular. pag.* 112. *in reſp. ad* 7. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap. fin. num.* 21. *& de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 2. *part. allegat.* 26. *num.* 1. Pegas *ad Ordinat. Portug. tom.* 2. *ad Reg. Senat. Palat. §.* 39. *cap.* 3. *num.* 4. Vincent. de Franch. *deciſ.* 223. *à num.* 5. vbi Viſcon. Amend. *num.* 2. Ricc. *in addit.* vbi licet intercedat
66 † via publica, Carroc. *deciſ.* 26. Camill. Borrell. *controu.* 26. *numer.* 18. *&* 67. idem Ricc. *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.* 138. *num.* 2. *& deciſ.* 147. *part.* 1. *& collectan.* 76. *part.* 1. Grammatic. *dict. deciſ.* 75. Farinac. *deciſ.* 372. *part.* 1. *recent.* Maſtrill. *deciſ.* 280. Valaſc. *conſult at.* 18. *&* 22. Guizzarel. *deciſ.* 37. *&* 38. vbi addentes, Giurb. *deciſ.* 86. Dom. Leo. *deciſ. Valent.* 90. Cued. *deciſ.* 105. *p.* 1. Franciſ. Marc. *deciſ.* 636. *part.* 1. Sperell. *dict. deciſ.* 68. *à num.* 2. Franciſc. Reuerter. *deciſ.* 284. *à princ.* vbi Marinis *in obſeruat.* Fontanel. *deciſ.* 279. *num.* 2. Cæſ. Caren. *reſol. forenſ. reſol.* 2. Canc. 1. *p. var. cap.* 13. *num.* 132. Andreol. *controu.* 290. *num.* 5. D. Valenç. *conſ.* 18. Ioſeph. de Roſa *conſult.* 46. *num.* 22. *& conſult.* 22. *num.* 13. vbi ait procedere, habita fide de pretio, ſi neceſsitas vrgeat, nec ſint in promptu pecuniæ, Valaſc. *conſult.* 22. *num.* 3. Giurb. *deciſ.* 88. *num.* 16. *in fin.* D. Chumacero & Carrillo *in memor. ad Sanctiſ. ſuper differentijs cum Collectore Portugalliæ, fol.* 5. verſic. *Mas riguroſa*, D. Muriel. *in allegat. iur. pro Capuccinis Ciuitatis Valentiæ, cum Dom. Comite de Albatera, numer.* 50.

Hac ratione pauper cogitur, propriam † domum vendere, ſi eam reficere non poſsit, Hyppolit. *ſingular.* 470. 67
Cępol. *vbi ſupr. cap.* 59. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 132. Bobadill. *vbi ſuprà num.* 27. Quamvis alias nemo cogi poſsit † rem propriam vendere, *leg.* 68
Inuitum 11. *C. de contrahend. empt. l. Nec emere* 16. *Cod. de iur. deliberand. l.* 55. *tit.* 5. *part.* 5. vbi Dom. Gregor. Lopez, *& in dict. l.* 3. glo. 1. Dom. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 26. *numer.* 8. verſic. *Quod adeò*, Emman. Barboſ. *ad Ordinat. Luſitan. lib.* 4. *tit.* 11. & alij *ſuprà* adducti.

His tamen caſibus iuſtum pretium † interuenire debet, *dict. leg. Si quis ſe-* 69
pulchrum 12. illic: *Præſes etiam compellere debet, iuſto pretio iter ei præſtari, leg. fin. in princ. ff. ad leg. Iul. de annon.* Barthol. *in l.* 1. *Cod. vt nemini liceat ab empt. ſpec. ſe excuſ. lib.* 10. *num.* 7. Dom. Couarrub. *vbi ſuprà*, & *numer.* 6. verſic. *Quod ſi ex interuallo*, Hermoſill. *vbi proximè num.* 52. Nouar. *de grauam. vaſſall. tom.* 1. *grauam.* 23. *à num.* 5. Noguer. *alleg.* 18. *num.* 69. cum alijs.

Limitatur tamen ſuperius adducta concluſio in viro nobili, qui non poteſt cogi † ad vendendam domum familiæ antiquam, ita deciſum per Rotam refert 70
Nouar. *dict. quæſt.* 32. *n.* 4. Didac. Mar. *ad Guizzarell. in dict. deciſ.* 37. quos refert & ſequitur Donat. Anton. de Marinis *vbi proximè num.* 5. vbi *num.* 8. quærit iuxta ſententiam Reuerterij ibi relatam, an vna Eccleſia pro alterius † conſtructione 71
cogi poſsit rem ſuam vendere? Ad quod

vi-

videndi Maſtrill. *dict. deciſ.* 280. *num.* 88. *ad fin.* Giurb. *dict. deciſ.* 86. *num.* 15. Ricc. *deciſ.* 59. *part.* 3. Dom. Valenç. *dict. conſ.* 18. *& num.* 6. limitat ſimiliter Marinis,
72 in hoſpitio † Religioſorum, ad cuius ædificationem non poteſt aliquis cogi, rem propriam vendere, ex Ricc. *deciſ.* 138. *in fin. part.* 1. Ac tandem *numer.* 7. limitat quoties pro ampliatione, vel ædi-
73 ficatione † Eccleſiæ cogeretur quis partem rei vendere, etenim qui vult emere, totam rem ipſam tenetur comparare, alias enim magno vendens afficeretur incommodo, ſi partem tantum rei contra ſuam voluntatem vendere cogeretur, Coſtad. *remed.* 76. *num.* 1. Gaſp. Anton. Theſaur. *dict. quæſt.* 64. *num.* 11. Giurb. *dict. deciſ.* 86. *num.* 13.

Quamvis verum ſit, fundum aut do-
74 mum maioris valoris, quam † æs alienum importat, alienari poſſe, quoties ſic congruere & debitori expedire videtur, quia ſcilicèt totius fundi alienatio, ratione culturæ & valoris, maiorem vtilitatem allatura eſt, quam in partes diuiſa, Socin. Iun. *in leg. Filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat.* 1. *num.* 35. Carol. Ruin. *conſ.* 137. *num.* 10. verſ. *Reſpondetur, lib.* 1. Vincent. Honded. *conſ.* 58. *à num.* 29. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 771. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſor.* Clem. Merlin. *deciſ.* 459. *num.* 13. vbi deciſum
75 tradit, & quid fieri debeat † eo caſu, de reſiduo pretij.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalia diuiduntur in Eccleſiaſtica & prophana.*

2 *Hoſpitale Eccleſiaſticum dicitur, quod Epiſcopi auctoritate erigitur.*

3 *Epiſcopi auctoritas ſufficit, quod ex poſt facto interueniat.*

4 *Hoſpitale Eccleſiaſticum in omnibus Eccleſiæ æquiparatur.*

5 *Hoſpitale Eccleſiaſticum Eccleſiæ priuilegijs gaudeat.*

6 *Immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegium obtinet. Secus profanum. Et numer.* 24.

7 *Domus & apothecæ Hoſpitali adhærentes, an gaudeant immunitate?*

8 *Hoc Hoſpitale fori exemptione potitur, & quid dicendum de profano? Et num.* 9.

10 *Hoſpitale Eccleſiaſticum habet reſtitutionem in integrum.*

11 *Ius quod* ſubſidium *appellamus, non ſoluit.*

12 *Quadragenaria gaudet præſcriptione, ſicut Eccleſia. Et num.* 13.

14 *Romana Eccleſia gaudet centenaria, aliquæ ſexagenaria præſcriptione. Et num.* 15.

16 *Hoſpitalia regulariter ſunt Epiſcopo ſubiecta. Et num.* 20.

17 *Hoſpitale profanum eſt, quod à quolibet ſine Epiſcopo erectum eſt.*

18 *Hoſpitale hoc lato modo dicitur locus pius.*

19 *Quod huic relinquitur, dicitur relictum ad pias cauſas.*

21 *Epiſcopus quando ſe intromittere poteſt in Hoſpitali profano.*

22 *Hoſpitale profanum non habet Eccleſiam & campanile.*

23 *Campanæ Eccleſijs Paroehialibus propriè conceduntur.*

24 *Hoſpitale profanum non gaudet immunitatis priuilegio.*

25 *Poteſt habere Oratorium de licentia Epiſcopi.*

26 *Si habeat acceſſoriè Eccleſiam, non dicitur Religioſum.*

27 *Hoſpitale in dubio præſumitur profanum.*

28 *Maximè ſi regatur à laicis.*

29 *Si extant ſigna Hoſpitalis Eccleſiaſtici, præſumitur Eccleſiaſticum.*

30 *Hoſpitale poteſt eſſe Eccleſiaſticum, licet Eccleſiam non habeat.*

31 *Quando Epiſcopus ſolitus eſt deputare ei Rectorem præſumitur Eccleſiaſticum.*

32 *Quid, ſi tantum vnum actum iuriſdictionis exercuit Epiſcopus?*

33 *Eccleſia ex diuturnitate præſumitur, Epiſcopi auctoritate ædificata.*

24 *Signa aliqua ſunt, ex quibus profanum præſumitur Hoſpitale.*

35 *Epiſcopus viſitat Hoſpitale Eccleſiaſticum, non profanum. Et num.* 36.

37 *Hoſpitale profanum non tenetur ad iura Epiſcopalia.*

38 *Hoſpitalia non ſoluunt procurationem Epiſcopo viſitanti.*

39 *Epiſcopus hodie, tanquam Delegatus Apoſtolicus, omnia Hoſpitalia, & pia loca viſitat.*

40 *Licet ſint Monaſterijs vnita.*

41 *Epiſcopus ea, etiam extra caſum ordinariæ viſitationis, viſitat.*

42 *Hoſpitalia poſſunt à Sæcularibus viſitari, quando id eis competit.*

43 *Epiſcopus viſitat Hoſpitalia, licet in fundatione hoc prohibitum ſit. Et numer.* 44.

45 *Contrarium tamen eſt verius.*

46 *Hoſpitalia ſub immediata Regum protectione exiſtentia, non viſitantur abſque eorum licentia.*

47 *Hoc nomine ſolum continentur, quæ expreſsè & apertè ſunt ſub eorum immediata protectione.*

48 *Licentia Regis ad viſitandum qualis eſſe debeat.*

49 *Si dubitetur, an Hoſpitale ſit ſub Regia protectione, Epiſcopus cognoſcit.*

50 *Hoſpitalia exiſtentia ſub protectione Principum, iura Imperij non habentium, viſitantur ab Epiſcopo.*

51 *Regum appellatio Principes iura Imperij obtinentes comprehendit.*

52 *Quid ſi Hoſpitale ſit ſub Regis, non vt Regis, ſed vt Comitis protectione?*

53 *Hoſpitalia ſub immediata Regum protectione exiſtentia, viſitantur ab Epiſcopo, quoad decentiam cultus Diuini.*

54 *Hoſpitale profanum, viuente fundatore, non viſitatur ab Ordinario; eo autem mortuo, vtique.*

55 *Epiſcopus in profano Hoſpitali non habet inſtitutionem, neque deſtitutionem.*

56 *Limita ſi habeat Eccleſiam; vel ſit Epiſcopi auctoritate erectum.*

57 *Hoſpitalia S. Ioannis Dei, an gaudeant priuilegijs Leproſorum. Et num.* 58.

59 *Hoſpitalia innumera ſunt fundata in Indijs, quorum eſt vnicus Patronus Rex Catholicus.*

60 *In decimarum Indiarum diuiſione pars quædam Hoſpitalibus applicatur.*

61 *Regia inſignia & arma in Hoſpitalibus, Palatijs, & Academijs Indiarum, collocanda ſunt. Et num.* 62.

63 *Regij Miniſtri & Officiales, non alij, poſſunt Regijs armis vti, in rebus proprijs.*

64 *Cuique licet in ſuis rebus propria arma depingere & habere, non aliena.*

65 *Arma, inſignia, Marchæ, an probent dominium?*

66 *Qui alienis inſignibus & armis vtitur, pœnis ſubijcitur, remiſsiue.*

67 *Indiarum Hoſpitalia fere omnia Fratribus Sancti Ioannis Dei ſunt commendata, licet nuper iuſſum fuerit, ab Indijs eos expelli. Et numer.* 68. 69.

70 *Fratres hi tantum neceſſarij debent in Hoſpitalibus viuere, ex nouo Supremi Indiarum Senatus Acordio. Et num.* 80. 97.

71 *Qui debeant aſsignare Fratres Hoſpitalibus neceſſarios?*

72 *Quid attendendum ſit ad horum Fratrum deſignationem?*

73 *Inter aſsignandos, debet vnus Sacerdos deputari.*

74 *Fratres iſti non poſſunt Monaſterium ædificare, vel domum extendere. Et num.* 83. 92.

75 *Monaſteria noua non poſſunt erigi in Indijs, ſine licentia Regis.*

76 *Religiones aliquæ prohibentur tranſire ad Indias, & in eis ædificare, vel fundare.*

77 *Fratres hi non poſſunt nouitios admittere, niſi in certis domibus ſeu Hoſpitalibus. Et num.* 78.

79 *Quot Superiores habere debeant in Indijs.*

80 *Fratres ſi qui fuerint in Indijs non neceſſarij, in Hiſpaniam mittantur.*

81 *Quid agendum, ſi in Indijs non fuerint Fratres neceſſarij? Et num.* 82.

84 *Omnia bona & iura per inuentarium accipere debent. Et num.* 85.

86 *Fratres iſti rationibus reddendis ſubijciantur, nullo conſiderato priuilegio, quoad adminiſtrationem, ſecus in alijs. Et num.* 87.

88 *Rationes quomodo, quando, & qualiter reddendæ ſint.*

89 *Eccleſiaſticus viſitat Hoſpitalia, præcipuè ſi habeant Eccleſiam. Et num.* 101.

90 *Qualiter viſitentur etiam ab Ordinario Eccleſiaſtico ea, quæ ſunt ſub immediata Regum Catholicorum protectione in Indijs? Et numer.* 98. 99. 100.

91 *Decuriones pro Hoſpitalibus deputati qualiter excipiendi à Fratribus.*

93 *Fratres hi alimenta neceſſaria ex redditibus Hoſpitalis percipiant.*

94 *Superiores huius Religionis poſſunt Fratres de vno Hoſpitali in aliud, ex cauſa, transferre.*

Præ-

95 *Præter ibi morientium, nulla alia cadauera ſine Parocho ſepeliant in Hoſpitalibus. & num. 96.*

102 *Rationes qualiter & à quo exigantur in Hoſpitalibus extra Indias remiſsiue.*

ARGVMENTVM.

HOſpitalium erectio, natura, ac differentia, latè diſcuſſa, proponitur, ſpecialiaque quædam, Indico iure in materia decreta & diſpoſita, adducuntur.

CAP. LXXXV.

HOſpitalium denique naturam & differentiam *hoc Capite* generaliter attingere, ſimulque ſpecialia in Indijs circa ea, tàm quoad ipſorum erectionem, quàm conſeruationem, ſtabilita oportet referre.

1 Hoſpitalia ergo † abſolutè in Eccleſiaſtica, publica ſeu Religioſa, & Profana, vel Priuata, diuiduntur Paſsim, vt aduertunt Ludouic. Roman. *conſ.* 477. *num.* 6. Cardin. Tuſc. *liter. H. concluſ.* 163. Marta *de iuriſd.* 2. *part. cap.* 23. *numer.* 19. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. quæſt.* 28. *num.* 9. *& quæſt.* 49. *numer.* 6. Balthaſ. Altamiran. *vbi infrà à num.* 12. *cum ſeqq.* Hieronym. Gonçalez *ad regul. octau. Cancellar. gloſſ.* 5. *§.* 4. *numer.* 14. Nicol. Garc. *de benef.* 1 *part. cap.* 3. *&* 5. *part. cap.* 1. *num.* 601. Dom. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 54. *num.* 24. Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 75. *à num.* 33. *& num.* 42. Tondut. *de penſion. cap.* 65. *num.* 13. Zachar. Paſchalig. *de ſacrific. nouæ legis, quæſt.* 1044. *num.* 4. Aluar. Valaſc. *conſultat.* 105. *per tot.* Eugen. *conſ.* 88. *volum.* 2. vbi latiſsimè, Guidob. *aduocat.* 106. *per tot.* Ioan. Baptiſt. Thor. *in compend. deciſ. Regal.* 3. *p.* verbo *Hoſpitale, pagin.* 528. Cyriac. *controuerſ.* 530. *à num.* 2. *&* 6. Rota *deciſ.* 714. *à num.* 1. *part.* 1. *in nou.* Caued. *deciſ.* 204. *num.* 1. *part.* 1. Alexand. Ludouiſ. *deciſ.* 4. *à num.* 11. Fontan. *deciſ.* 110. *num.* 10. *& deciſ.* 331. *num.* 3. *&* 6. Pat. Caſtro Palao *tom.* 2. *tractat.* 13. *diſput.* 1. *punct.* 7. *à num.* 2. D. Creſpi *obſeru.* 91. *numer.* 69. Pegas *ad Ordin. Portug. tom.* 4. *lib.* 1. *tit.* 62. *gloſſ.* 46.

Eccleſiaſticum & Religioſorum † 2
Ita apud Nos à principio, licet ad Regulates Doctrinę pleno iure † non 8
pertineant, vt dixi *ſupra Cap.*51.*num.* 74. & *Cap.*71.*num.*74. fuit deciſum *in Regio Reſcripto* 29. *Decembris* 1587.quod extat *pag.* 167. *tom.* 1. *impreſſ.*Videlicet, vt ſalaria Doctrinarijs Regularibus pro Indorum adminiſtratione & cura aſsignata, † Monaſterijs,& Communitati- 9
bus illorum ſolverentur, quæ tamen eiſdem ad ſuſtentationem neceſſaria prębere teneantur,motiuis & rationibus in eo contentis,quod tale eſt.

EL REY. Marques de Villamanrique,Pariente, mi Virrey, Gouernardor, y Capitan General de la Nueua Eſpaña, ò à la perſona ò perſonas, à cuyo cargo fuere elGouierno deſſa tierra;Entre las otras coſas tocantes al buen gouierno de eſſas Prouincias, la que mas me ſolicita y perſuade † *à continuo cuydado,es el deſeo de* 10
que con mucha perfeccion ſe aſsiente y exercite en eſſas partes la predicacion Euangelica, y adminiſtracion de los Santos Sacramentos, doctrina y enſeñamiento de los Indios; y como quiera que en eſte Apoſtolico oficio ſe ayan ocupado y ocupan, haziendo tanto fruto, † *como es notorio, los* 11

Re-

Religiosos de las Ordenes ; porque considerando, que el tener en propriedad bienes en particular , contradize al rigor de sus Institutos , preceptos , y voto de pobreza , y que para el bien vniuersal de las dichas Ordenes , y mas templada y moderada vida , y trato de los Prelados y Religiosos, que estuuieren en las Doctrinas , conuernia dar orden , como con mas quietud y seguridad en sus conciencias , y libres de otros cuydados y negocios , pudiessen tratar solo de su ministerio.

Auiendose platicado y mirado muy atentamente por los de mi Consejo Real de las Indias , y parecido , que estos y otros muy buenos efectos se conseguirian , si se proueyesse, que en todo lo que en plata, ò dineros se dà de salario à los Religiosos , que estàn en Partidos y Doctrinas de Indios , no
12 *se entrasse* † *en su poder , ni tuuiesse dello vno propriedad; sino que se diesse à sus Prelados , ò Conuentos para su Comunidad, los quales , para su vestuario , sustento y regalo les diessen todo aquello , de que tuuiessen necesidad ; y porque conuiene que assi se haga y ordene , os mando , que luego que esta recibais , hagais llamar y juntar à los Prouinciales y Prelados Superiores de todas las Ordenes , cuyos Religiosos tienen à cargo Doctrinas y curas de almas , y auiendoles referido los motiuos y casos sobre dichos , y mi voluntad, y la justificacion de ella , hagais que en su cumplimiento lo prouean de manera, que dandose à los* Clerigos , *que estuuiessen en ellas el vestuario y lo demàs necessario para su sustento , y regalo, lo demas de los salarios que lleuan al presente con los dichos Partidos y Doctrinas , sea para las dichas Ordenes en comun, y aueis de aduertir , tratar , y determinar con los dichos Prelados , que demas que à los dichos Religiosos se les ha de dar todo lo necessario de vestuario , y sustentacion y regalo, como està dicho , particularmente han de tener quenta , con que se les dè vino , y à los enfermos las conseruas necessarias , y que tambien dèn orden como tengan cauallo , para quando sucediere enfermar, ò morir algun Indio en las Chacras , estancias , ò heredades del campo , puedan acudir à consolarle , visitarle , y administrarle los Sacramentos , para que en esto no pueda auer falta; lo qual todo hareis cumplir en esse distrito , porque à los demas escriuimos en esta conformidad , y de lo que se hiziere , me auisareis. Fecha, &c.*

de hac re latè agunt D. Solorzano *d. lib. 3. cap. 16. à num. 84. cum seqq.* & P. Thom. Hurtado *de congrua, lib. 4. resol. 4. n. 252.*

Quod hodiè aliter obseruari iussum videtur, in Regia Schedula 21. Februarij 1656. Regiæ Audientiæ Nouæ Galeciæ missa, in verbis relatis *infra num.* 17. quatenus decidere † supponunt, 13
Synodum, seu salarium non Monasterio, sed ipsi Doctrinario soluendum & ministrandum esse. Nihilominus dicendum est, nihil de nouo eam inducere, & addere ; imò continere solum , vt illa *anni* 1587. iam adducta, seruetur. Cæterum, quia Schedula citata 21. *Februarij* 1656. specialia quædam & obseruatione digna, in materia Regij Patronatus continet, illam ad literam pono, & sic se habet.

EL REY. Por quanto † *auiendose* 14
recibido en mi Consejo Real de las Indias la carta , que me escriuiò el Doctor Don Iuan Ruiz Colmenero, Obispo de la Iglesia Catedral de la Ciudad de Guadalaxara, Prouincia de la Nueua Galicia , en ocho de Março del año passado de 1654. sobre diferentes puntos, tocantes à las Doctrinas, que siruen los Religiosos en aquel Obispado , y las cinco piezas de autos, que remitiò con la dicha Carta para comprobacion , de que no executan los dichos Religiosos Doctrineros, en quanto à Curas , las disposiciones de los Sagrados Canones, Concilio Tridentino, y Real Patronato , especialmente , en algunos efectos, que nacen de la institucion Canonica y colacion , que reciben † *del Ordirario* 15
Eclesiastico (cuius denegatio sine causa infert grauamen Philipp. Cammarat. *respons. decisiu. 18. num. 9.* dixi plenè *supra Cap. 32. & Cap. 34.*) *interpretando algunas cosas , que estàn decididas por el Concilio, Patronato, y Cedulas Reales, contrauiniendo à otras, y introduciendolas de nueuo; se recibiò al mesmo tiempo otra carta de Fray Iuan de Torres, Comissario General de la Orden de San Francisco de la Nueua España, fecha en 19. dias del dicho mes y año , que trata destos puntos , y vna y otra se juntaron con otras cartas , que los años de 1641. 1650. y 1652. me escriuiò assi mesmo el dicho Obispo de Guadalaxara , y las resoluciones que en ellas se auian tomado , y la carta que assi mismo me escriuieron mi Audiencia de Guadalaxara en 6. de Março del mismo año de 1654. y mi Fiscal de ella en 2. de Iulio de 1653. y los memoriales*

que

que ſe dieron por parte de la dicha Religion de San Francisco, ſobre todo, por los del dicho mi Conſejo ſe remitiò al Doctor D. Pedro de Galuez, mi Fiſcal en èl, para que ſobre todos los puntos que eſtuuieſſen pendientes, pidieſſe lo que tuuieſſe por mas conueniente al ſeruicio de Dios y mio; y auiendo viſto el dicho mi Fiſcal todos los papeles de la materia, la diuidiò en diferentes puntos, y en cada vno de ellos pidiò, lo que tuuo por mas neceſſario, con lo qual ſe boluiò à ver todo por los del dicho mi Conſejo de las Indias, con tan particular cuydado y atencion, como pide la grauedad, y eſcrupulo deſtas materias; y reſoluieron los dichos puntos en la forma ſiguiente.

En el primero punto, en la cauſa que ſe ſiguiò en la dicha mi Audiencia de Guadalaxara, entre Fray Iuan de Vizcarra, de la Orden de San Francisco, y Fray Nicolas de Contreras, Prouincial que fue de la miſma Orden en aquella Prouincia, en que fue eſtrañado del dicho Reyno, el dicho Fray Nicolas de Contreras; que viſta en el dicho mi Conſejo de las Indias, ſe proueyò en 26. de Octubre de 1654. lo conueniente, declarando por nulos los autos, que ſe hizieron contra èl, en la dicha mi Audiencia, y otras coſas contenidas en los autos, que en eſta cauſa ſe pronunciaron por el dicho mi Conſejo, de que para ſu cumplimiento ſe deſpacharon Cedulas en tres de Diziembre de 1654. dirigidas al Preſidente y Oidores de mi Audiencia de la Ciudad de Guadalaxara, y al Prouincial de la Orden de San Francisco de aquella Prouincia; es mi voluntad, que ſe guarde y cumpla lo contenido en las dichas Cedulas, ſin alterarlas en coſa alguna.

Acerca del ſegundo y tercero puntos de la carta del dicho Obiſpo, y papeles, que ſon ſobre que los Capitulos de la di-
16 *cha Religion de San Francisco ponen † Guardianes, en las Doctrinas, los quales gozan los Synodos, dexando el trabajo à los Curas; de que reſulta ſer fuerça ſuſtentarſe con vexacion de los feligreſes. Reſpecto de que lo tocante à eſte punto eſtà decidido por cedula mia de onze de Abril de 1638. y que en quanto à que ſe acuda*
17 *† à los Curas con los Synodos, lo eſtà por Cedulas de 29. de Diziembre 1587. (ſupra adducta num. 10.) 9. de Diziembre 1592. y 10. de Iulio 1619. es mi voluntad, que ſe guarde lo diſpueſto en las dichas Cedulas, en todo y por todo, como en ellas ſe contiene y declara; Y para que eſto tenga mas breue y cumplido efecto, he encargado al Comiſſario General de la dicha Orden de San Francisco, que reſide en eſta Corte, remita en eſta conformidad al Superior de los Religioſos de ſu Orden de la dicha Prouincia de Guadalaxara, las ordenes conuenientes, para que ſe dè el deuido cumplimiento à las dichas Cedulas, y no ſe dè cauſa al Obiſpo para que lo remedie.*

En el quarto punto pretenden los Superiores de los Religioſos, que el Obiſpo ha de examinar à los que preſentaren, antes de la vacante de alguna † Doctrina, para tenerlos 18
examinados y aptos. Y por que ſe ha reconocido, que ſobre eſto eſtà dada la forma, que ſe deue guardar por Cedulas mias de 6. de Abril de 1629. y 6. de Iulio de 1624. mando ſe guarde, y cumpla, y execute como en ella ſe contiene.

Pretenden los dichos Religioſos, en el quinto punto, que quando ſe hazen muchas colaciones de Beneficios juntas, ſe les deſpache ſolo vn titulo de todas, y no tantos, quantos ſon los Curas. Y porque ſe reconoce, que no ſe pueden dar aſsi eſtos deſpachos commodamente, me ha parecido reſoluer y mandar, como por la preſente lo hago, que a cada vno de dichos † Religioſos Doctrineros, ſe dè ſu 19
titulo, quando ſe le haga colacion del Beneficio; y ruego y encargo al dicho Obiſpo, dè las ordenes conuenientes en ſus oficios, para que de los tributos, que *ſe dieren de los Beneficios, no ſe lleuen derechos algunos † a los Religioſos de la Orden de San* 20
Francisco.

Acerca del ſexto punto, pretenden el dicho mi Fiſcal y el Obiſpo de Guadalaxara, que ſe execute la Cedula deſpachada en 23. de Mayo 1652. que diſpone, lo que ſe ha de obſeruar en razon de las multas pecuniarias à los Curas, y embargos † en mi 21
Real Caxa de los Synodos, que ſe les paga de ella, haſta lleuar certificacion del Obiſpo, de que los dichos Curas recibieron † 22
la colacion, y Canonica inſtitucion, ſe les deſpacharon † titulos, tomaron poſſeſsion 23
en virtud † de ellos, remitieron teſtimo- 24
nio de auer cumplido con la reſidencia, à que eſtàn † obligados conforme à derecho, 25
y no hizieron auſencia ſin licencia por eſcrito † del Obiſpo, de que ha de conſtar 26
por certificacion del Alcalde Mayor de ſu Partido, y que pueda el dicho Obiſpo embargar Synodos, y multar quando proceda en quanto al mineſterio de Curas. Y acerca deſto tengo por bien ſe haga y cumpla, co-

me

mo lo pide el dicho mi Fiſcal; y ruego y en-
27 *cargo al dicho Obiſpo, proceda † en la im-*
poſicion y execucion de las multas, con mode-
racion y ſuauidad.

En el ſeptimo punto, ſobre que la ſuje-
cion de los Curas Regulares à los Obiſpos,
en quanto Curas, deue ſer en el tiempo deſte
miniſterio, y no ſolamente en la ocaſion y
termino de la viſita. He tenido por bien
de declarar, como por la preſente declaro,
que los Regulares eſtàn ſugetos à los Obiſ-
28 *pos, quanto al miniſterio de Curas, † en*
todo tiempo y ſin limitacion del de vi-
ſita.

Acerca del octauo punto, ſobre que
para pagar à los Superiores de la dicha Re-
ligion de San Franciſco la limoſna, que les
he mandado y mandare dar, de vino y azei-
29 *te, † para celebrar y alumbrar el San-*
tiſſimo, precedan los requiſitos conte-
nidos en las Cedulas, que generalmen-
te ſe deſpacharon en 9. de Iulio del año
paſſado de 1653. y los Arçobiſpos y Obiſ-
pos certifiquen, que la dicha limoſna ſe
gaſta en los efectos de ſu conſignacion, y
no los Superiores de los Religioſos, y que ſe
paguen en eſpecie. Por la preſente mando,
que el Preſidente de mi Audiencia Real de
la Prouincia de la Nueua Galicia, y los
Alcaldes Mayores del diſtrito de ella, cada
vno por lo que le toca y pertenece, me in-
formen muy particularmente ſobre eſto con
ſus pareceres, en manos del mi infraeſ-
cripto Secretario, y que en el interim que
lo hazen, y ſe toma la reſolucion mas con-
ueniente por los del dicho mi Conſejo de
las Indias, ſe guarde y cumpla preciſa y
puntualmente lo contenido en las dichas
Cedulas generales de 9. de Iulio de 1653.
por los dichos Arçobiſpos, y Obiſpos, y Ofici-
ales de mi hazienda, en la forma, y como
en ella ſe declara, ſin innouarlas en manera
alguna.

En el noueno punto, en que pretende
el dicho Obiſpo de Guadalaxara, que ſe le
ha de dar quenta de las cauſas, que los Su-
periores Regulares tienen, para remouer à
30 *los † Curas, juntamente con el Preſiden-*
te y Prelado. Mando, que en eſto ſe guar-
de puntualmente lo que eſtà proueido por
otra Cedula mia de 3. de Nouiembre de
1653. y que ſe cumplan las ordenes, que en
ello eſtàn dadas.

Y porque mi voluntad es, que preciſa-
mente ſe guarde, cumpla, y execute lo
diſpueſto y ordenado en todos los puntos
contenidos en eſta mi Cedula, mando al
Preſidente y Oidores de mi Audiencia Real,
&c.

Superius relatis omnino conuenit clauſula & conditio apponi ſolita in diſpenſationibus Pontificijs, quando Regularis aliquis ad ſæculare Beneficium diſpenſatur; præcipitur enim per eam, in pauperes vel Eccleſiæ ornatum † & vtilitatem, quidquid Parocho tali 31
diſpenſato ſupereſſet, poſt congruam ſuſtentationem, diſtribui, ibi: *Detracto ex fructibus Parochialis Eccleſiæ quod neceſſarium fuerit pro Regularis Oratoris congrua ſuſtentatione; quod ex eis reliquum erit, in pauperes illius loci, aut reparationem ædificiorum, & in emptionem ornamẽtorum eiuſdem Eccleſiæ, arbitrio Ordinarij, conuertatur*; ita Pyrrh. Corrad. *in prax. diſpenſat. Apoſtolicar. lib. 6. cap. 1. num. 23.* Verum D. Solorzan. *vbi ſupra*, loco pauperum † Cœnobia & 32
Monaſteria propriæ Religionis Doctrinarij, non male intelligit, *ex cap. Redditibus 28. cap. Quatuor 27. 12. quæſt. 2.* Nauarr. *dict. quæſt. 1. num. 9.* Sarmient. *vbi ſupra 3. part. cap. 3. num. 10.* quibus quod ſupereſt, à Parocho Regulari ſolui poſsit & debeat, maximè apud Nos *ex d. Reg. Sched. anni 1587.*

An autem in morte de fructibus Beneficiorum valeant Parochi Regulares diſponere, videndum ſupereſt; & non poſſe † certum eſt; (de Parochis ſe- 33
cularibus & alijs Clericis dixi *ſupra Cap. 20. à numer. 7.* adde Antunez *de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 7. numer. 78.*) nam, licet primis temporibus Religioſi ſeu Monachi rerum ſuarum † retine- 34
bant dominium, ac de illis valide diſponebant & teſtabantur, vt latè fundant Baſil. Ponce *de matrimon. libr. 7. cap. 13. per tot.* & poſt eum, Petr. Franciſc. Tondut. *reſolut. Benefic. 1. part. cap. 51. num. 30.* iunctis Cæſar. Baron. *Annal. tom. 4. cap. 389.* Franciſc. Viuar. *de veter. Monach. lib. 2. cap. 5. num. 16.* & eius continuatore Thom. Gomez *lib. 6. cap. 5. numer. 20.* qui de teſtamento † Diui Gre- 35
gorij Nazianzeni memoriam agunt, in quo Theophilo puero quinque nummos legat, Eupraxio & Theodoſio totidem, Gregorio Diacono ſuo aureos quinquaginta: Euagno Diacono triginta, Theodulo viginti, Elephio itidem viginti, Rufianæ domum, in qua vitam traducat, Aliphianæ veſtes omnes fratris ſui Cæſarij. Et iterum Viuar. *dict. lib.*

lib. 2. cap. 4. n. 19. vbi Diuum Auguſtin. *Sermon. 1. & 2. de communini vita Clericor.* adducit & exponit. Quibus ſimiliter
36 temporibus, votis tantum † ſimplicibus Religioſi aut Monachi conſtabant. Hieronym. Plato *de bono ſtatu Relig. lib. 2. cap.* 21. cum alijs Ponce *dict. lib. 7. cap. 22. à n.* 2. Tondut. *vbi proximè à n.* 28.

Poſt tempus vero, eiſdem illa de rebus ſuis diſponendi facultas, ablata fuit,
37 à Diuo † nempè Gregorio Magno, vt refertur *in cap. Quia ingredientibus 7. cap. Perlatum eſt 8. 19. quæſt. 3.* quibus alij
38 textus & Doctores addendi ſunt, † docentes, profeſſos Religioſos, etiam Prælatos, teſtari non poſſe, *cap. 2. de teſtam. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat. cap. in præſentia 8. de probat. Auth. ingreſſi, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Concil. Oxionenſ. *anno Domini* 1222. celebratum, tempore Honorij Papæ III. *§. ante penult. pag.*
39 833. *tom. 7. Concilior.* ibi: *Quoniam † non licet viris Religioſis aliquid proprium poſſidere, qui ſe & ſua pariter in Religionis ingreſſu Domino dedicarunt, præſenti auctoritate definimus, vt nulla perſona in Regulari ordine conſtituta, condere teſtamentum præſumat, cum nihil habeat ſuum temporale, quod transferre valeat in dominium alienum, l. 17. tit. 1. part. 6.*

40 Hanc proximè † traditam concluſionon latè fundat & exornant paſsim Doctores, ad quam videndi ſunt Barthol. *in l. 1. quæſt. 3. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* vbi Bald. *num. 15.* Abb. *in rubric. de teſtam.* Felin. *in dict. cap. in præſentia, num. 54.* Franc. *in rubric. de teſtam. in 6. num. 74.* Nauarr. *in Manual. cap. 27. num. 270. & comment. 2. de Regul. num. 22. corol. 10.* Sylueſt. *in Summ.* verbo *Teſtamentum, q. 4. ad fin.* Roſell. eod. verb. *n. 5.* Emm. Rodr. *quæſt. Regular. tom. 3. quæſt. 69. artic. 2.* D. Couarrub. *in dict. cap. 2. de teſtam. num. 6.* plures apud Bernardin. Alphan. *collectan. 40.* D. Molin. *dict. lib. 2. cap. 9. num.* 54. vbi Addent. D. Gregor. Lopez *in dict. l. 17.* P. Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 141.* Menchac. *controuerſ. illuſtr. cap. 102.* Tiraquell. *in tractat. lemor ſeiſit. 2. part. declarat. 14.* Mich. Craſſ. *in §. Teſtamentum, q. 34. à num. 1.* Spin. *de teſtam. gloſ. 6. rubric.* Napodan. Sebaſtian. *in Conſtitut. Neapol. ſi quis, vel ſi qua, num. 256.* Paulin. Bertus *in prax. criminal. Regular. tit. 4. cap. 25. §. 10. num. 4.* P. Sanchez *in Decalog. dict. lib. 7. cap. 8. à num. 1.* Layman. *tractat. 5. cap. 3. de vltim. voluntat. num. 3.* Mart. de *iuriſdict. 4. part. caſ. 95. numer. 8.* Cened. *quæſt. Canonic. lib. 1. quæſt. 6. numer. 17.* Marc. Anton. Peregrin. *variar. lib. 6. num. 69. & conſ. 116. num. 1. lib. 5.* Gallus *de exception. aduerſus ſucceſſion. 2. part. tit. 1. except. 8. à num. 1.* Hieronym. Rodriguez *in compend. quæſt. Regular. reſolut. 135. num. 2.* Barboſ. *in dict. Authent. ingreſſi, à num. 1. & in dict. cap. 2. de teſtament. numer. 4. & de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib. 1. cap. 42. num. 205.* Ricc. *collectan. 162.* Cœpol. *cautel. 201.* Gutierr. *Canonicar. lib. 2. cap. 1. à num. 20.* Argell. *de acquirend. poſſeſſ. quæſt. 1. art. 1. num. 27.* Alexand. Peregrin. *in comment. ad Conſtitut. Clericor. Regular. part. 2. cap. 1. liter. G. §. 34.* P. Ioſeph. Gibalin. *de vniuerſ. negotiat. libr. 5. cap. 8. num. 3.* Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Teſtamentum, num. 21.* P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tractat. 6. cap. fin. num. 37.* P. Bauny. *Theolog. Moral. 3. part. lib. 2. quæſt. 4.* Petr. Aingo Ezpeleta *de caſib. occurrentib. tempor. mortis, tractat. 12. reſol. 12.* Alphonſ. de Leon *de offic. & poteſt. Confeſſ. recollect. 21. n. 168.* Franciſc. Anton. Eſcalon. *de teſtam. lib. 3. cap. fin. à num. 59.* Lezan. *dict. tom. 1. quæſt. Regular. part. 1. cap. 6. num. 62. & cap. 9. num. 19.* Graff. *in aur. deciſionib. 2. part. lib. 3. cap. 19. num. 85.* Alvar. Valaſc. *conſult. 108.* Bertrand. *conſ. 226. num. 50. vol. 3.* Farinac. *deciſ. 87. num. 1. part. 2. recent. & deciſ. 76. num. 1.* Gama *deciſion. 309. num. 2.* Alexand. Ludouiſ. *deciſ. 87. num. 3.* (qui *deciſ. 109. num. 4.* advertit, † non 41
reddi teſtabilem Regularem ex eo, quod extra clauſtra degat, Antunez *vbi infra, num. 54.* vbi plures in hoc adducit, ex quibus videndi Sanchez *in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 10.* & Pereir. *deciſ. 76. in fin.*) Alvarez Pegas *reſol. forenſ. cap. 20. à num. 2.* Martinez *vbi infra, §. 9. num. 41.* Antunez de Portugal *de donation. Reg. 3. p. cap. 15. à n. 53.*

Quæ concluſio, quoad teſtamenti factionem, etiam in Militibus Religionis Hieroſolymitanæ procedit; hi enim teſtamentum † condere non poſſunt, 42
Peregrin. *dict. conſ. 116. num. 1.* Mohedan. *deciſ. 10. in fin. de cauſ. poſſeſſion. & propriet.* Theodoſ. de Rubeis *in ſingul. Rotæ, part. 2.* verbo *Hieroſolymitani Milites,* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 363. num. 24. & cap. 880. à numer. 8.* Paleot. *deciſion. 82.* Matth. Burat. *deciſ. 2. numer. 11.* Barboſ. *dict. libr. 1. de iur. Eccleſiaſt. cap. 42. numer. 206. & libr. 3. cap. 7.*

num.

num. 33. *& in Auth. ingreſs. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. num.* 32. Alexand. Ludouiſ. *deciſ.* 109. *à num.* 1. *& deciſ.* 87. *num.* 1. Antunez de Portugal *de donat. Reg.* 3. *p. cap.* 15. *num.* 56. Addent. *ad D. Molin. dict. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 69. *in fin.* nouiſsimè Eſcañ. *in propugnac. Relig. Hieroſolym. diſceptat.* 9. *cap.* 5. *num.* 6. D.D. Ioann. Giles Pretel. *in allegat. iur. pro Don Franciſco Ladron de Gueuara, cum Don Michaele Perez Oliuan, teſtamentario Don Ioannis de Villanueua, à num.* 21. & alij *ex ſuppra* adductis.

Cum ſint verè Religioſi, in eiſque pro-
43 cedant & locum habeant † omnia alia, quæ cæteris Regularibus accommodantur, gloſſ. *in cap. Quiſquis* 17. *quæſt.* 4. Abb. *in cap.* 2. *de ſtat. Monachor. n.* 3. *in fin.* Felin. *in cap.* 2. *de for competent. n.* 8. Mier. *de maiorat.* 2. *p. q.* 3. *n.* 175. Flores de Mena *variar. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 204. Gutierr. *de gabell. quæſt.* 95. *n.* 11. Tapia *in d. Auth. ingreſſi*, verbo *Monaſteria, num.* 24. D. Solorzan. *de Indiar. Gubern. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. Bouadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 19. *à numer.* 10. Ioann. Sanchez *in ſelect. diſp.* 49. *num.* 10. P. Dian. 3. *part. Moral. tractat.* 2. *reſolut.* 30. *&* 4. *part. tractat.* 1. *reſolut.* 86. Bonacin. *tom.* 3. *diſput.* 1. *quæſt.* 16. Bañez, Bellet. Raph. Auerſa & alij apud Martinez *en ſus diſcurſos Theologicos y Politicos diſcurſ.* 9. *§.* 9. *num.* 9. 25. 27. 68. 72. *&* §. 11. *num.* 11. Frat. Chriſtophor. de S. Ioſeph. *tom.* 1. *recent. opinion. dub.* 1. *de Bulla Cruciata.* Horat. Barbat. *ſup. Pragmat. de Aſſiſtent. præſtand. gloſſ.* 3. *à num.* 26. vbi de alijs Equitibus Militaribus, Hieronym. Fernandez de Olero *diuerſar. quæſtion. iur.* 1. *part. quæſt.* 10. *à princip.* Hermenegild. de Roxas *de incompatibil. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 102. Gaſp. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 3. Carleual. *de iudic. diſput.* 2. *num.* 415. Carol. Marant. *controuerſ.* 2. *part. reſponſ.* 6. *num.* 2. Tondut. *reſolut. Benefic.* 3. *part. cap.* 132. *& de præuent.* 1. *part. cap.* 29. Frances de Vrrutigoit. *de Eccleſ. Cathedralib. cap.* 5. *n.* 249. D. Giles Pretel. *vbi proximè.*

Limita tamen, quando Magni Magiſtri licentia & facultas teſtãdi concurrit;
44 eo enim caſus † Miles Hieroſolymitanus rectè teſtatur, Iacob. Beret. *conſil.* 96. *à num.* 2. P. Azor. *inſtitut. Moral.* 1. *part. lib.* 13. *cap.* 5. *quæſt.* 1. *in fin.* P. Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 36. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapol. tom.* 2. *conſ.* 24. *num.* 8. Gratian. *dict. cap.* 880. *à num.* 29. *&* 33. *& cap.* 895. *num.* 15. Maynard. *lib.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 3. Alexand. Sperell. *deciſ.* 21. *numer.* 41. Carol. Marant. *dict. reſponſ.* 6. *num.* 5. Barboſ. *dict. lib.* 3. *cap.* 7. *ſub num.* 43. Machad. *in Summ. tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 4. *tractat.* 2. *num.* 5. Argell. *dict. quæſt.* 3. *art.* 23. *à num.* 3. Eſcaño *dict. cap.* 5. *num.* 8. quos refert, & ſequitur Don Petrus Herraiz Gaualdon, Aduocatus Matritenſ. contemporarius & amicus meus, *in allegat. iur. pro Domna Maria Ludouica Ximenez de Araguez, cum Don Michaele Perez Oliuan in cauſa ſupra relata, num.* 102. Pat. Benedict. Remig. *in pract. Moral. tract.* 2. *cap.* 7. *n.* 3. Martinez *vbi ſupr. d.* §. 9. *n.* 24. *&* 78.

An autem conſuetudine induci poſsit,
vt Regulares † de aliquibus bonis te- 45
ſtari poſsint? quærunt aliqui Bald. *in dict. Authent. ingreſſi, num.* 5. vbi Dec. *num.* 11. & Iaſſ. *num.* 8. negant, quos ſequuntur Benedict. Ægid. *in l.* 1. *p.* 1. §. 7. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Gozad. *conſ.* 41. *n.* 7. Bertrãd. *conſ.* 12. *num.* 8. *vol.* 3. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 382. *num.* 12. Graff. *vbi ſupra, p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 59. *& d. cap.* 19. *num.* 86.
Contrarium tamen eſt verius, quia † 46
quod poteſt à Papa obtineri, certum eſt, poſſe per conſuetudinem legitimè præſcriptam, acquiri; quæ habet vim, nouum
† ius inducendi & abolendi antiquius, 47
cap. fin. de conſuetudin. Memoriale (cuius memini *infra Cap.* 97. *num.* 40. *fol.* 68. *B.* §. *Conuencenſe*, cum alijs traditis *Cap.* 95. *à n.* 25. Atqui poteſt Papa † teſtandi fa- 48
cultatem Regulari concedere, vt mox referam, ergo; ita Felin. *in cap. Quæ in Eccleſiarum de conſtitut. num.* 27. Nauarr. *dict. comment.* 2. *num.* 44. Carol. de Tapia *in d. Authent. ingreſſi*, verbo *Ideòque nec de his, cap.* 1. *n.* 6. P. Sanchez *d. cap.* 8. *n.* 61. *& ſeqq.* P. Pellizzar. *vbi ſupra tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 382.

Regulares item profeſsi teſtamen-
tum, † ante profeſsionem factum, re- 49
uocare, aut mutare non poſſunt, vt plures *ex ſupra* adductis notant & probant, licet fauore piæ cauſæ aut Religionis hoc exequi velint, Abb. *in dict. cap. in præſentia num.* 61. vbi Dec. *num.* 68. Dom. Couarrub. *in dict. cap.* 2. *numer.* 16. Rubeus *conſ.* 155. *in fin.* Gutierrez *dict. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 40. *cum ſeqq.* Ripoll. *variar. cap.* 13. *numer.* 440.
Facti vero Epiſcopi vtique † reuocare 50
illud poſſunt, vt fundaui *ſupra dict. Cap.* 20. *à numer.* 49. An autem † valeat Pa- 51
pa diſpenſare, vt Regulares profeſsi

poſsint mutare, & reuocare teſtamenta, ante profeſsionem facta, dubius videtur caſus, ex eo quod hęredi inſtituto ius fuerit quæſitum poſt profeſsionem, videndi ſunt Petr. Surd. *conſil.* 90. *num.* 8. Rubeus *vbi proximè*, Gozadin. *dict. conſil.* 41. *num.* 12. P. Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.* 11. *à num.* 13. P. Pellizzar. *dict. cap.* 2. *n.* 363. Qui latè diſtinguunt inter Religiones ſucceſsionum capaces, & eas, quæ non
52 poſſunt ſuccedere; plures enim † ſunt capaces ſuccedendi, vide Bullas Clem. IV. incip. *Obtentu, pag.* 158. Eugen. IV. incip. *Regularem §.* 15. *pag.* 345. *tom.* 1. *Bullarij*, & alias paſsim, P. Molin. *vbi ſupra diſput.* 140. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 77. *artic.* 1. P. Pellizzar. *vbi proximè tractat.* 8. *cap.* 7. *à princ.* Hermenegild. de Roxas *de incompatibilitat.* 7. *p. cap.* 5. *num.* 20. Philipp. Paſchal. *de virib. patr. poteſtat.* 1. *p. cap.* 3. *num.* 78. qui ex Ioann. Imol. *conſil.* 23. *lib.* 1. docet, Religioſum Franciſcanum, ex Papæ diſpenſatione, factum
53 † Canonicum Regularem, eſſe ſucceſsionis capacem, ex ſuperueniente capacitate, vide Bañez 2. 2. *quæſt.* 12. *artic.* 1. *dub.* 1. Martinez *vbi ſupra §.* 9. *num.* 25.

Dubia etiam eſt quęſtio, an ſcilicet
54 Regulares poſsint teſtamentum † ante profeſsionem factum, poſt eam, declarare? Ludouic. Mirand. *in Manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 23. *art.* 10. Gaſp. Anton. Theſaur. *vbi ſupra lib.* 2. *quæſt.* 56. *num.* 3. & alij tenent, non poſſe. Contrarium tamen eſt verius & communius, modo teſtamentum pro dubia aliqua voluntate & diſpoſitione verè indigeat declaratione, hæcque fiat verbis conuenientibus; tunc
55 enim non dicitur quid de nouo † additum aut diſpoſitum; ſed tantum factum præteritum obſcurum, oſtenſum, *l. Hæredes palàm* 21. *§. Sed ſi quid, in fin. ff. qui teſtament. fac. poſſ.* illic: *Nihil enim nunc dat, ſed datum, ſignificat. l. Adeò* 7. *§. Cum quis*, verſ. *Cum enim*, ibi: *Qui excutit ſpicas, non nouam ſpeciem facit, ſed eam quæ eſt, detegit, ff. de acquirend. rer. domin.* iunctis D. Molin. *de primog. dict. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 67. *in fin.* Addent. *ad ipſum lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 38. D. Valenç. *conſil.* 120. *à num.* 16. Gratian. *vbi ſupra cap.* 147. *à num.* 1. Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſul.* 4. *gloſſ.* 5. *num.* 11. ita in ſpecie docent P. Molin. *vbi ſupra diſputat.* 139. *in fin.* Rodriguez *loco citato, tom.* 3. *quæſtion.* 69. *articul.* 3. *& in Summ. cap.* 32. *numer.* 2. alter Rodriguez *in compend. reſolution.* 101. *numer.* 50. Gozadin. *dict. conſil.* 41. *à numer.* 15. Reginald. *tom.* 2. *lib.* 18. *cap.* 27. *numer.* 397. Bartholom. Becchius *in prax. nouitior. diſputat.* 18. *dub.* 12. *num.* 2. Monet. *de commut. vltimar. voluntat. cap.* 5. *num.* 14. Barboſ. *vbi ſupr. allegat.* 99. *numer.* 15. *in fin.* Molfeſ. *ad Conſtitut. Neapolit. tit. de renuntiat. quæſt.* 17. *num.* 9. P. Sanchez *dict. cap.* 11. *num.* 5. & 16. P. Gibalin. *dict. cap.* 8. *ſub num.* 3. P. Dian. 3. *part. Moral. tractat.* 2. *reſolut.* 75. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Teſtamentum, à num.* 7. Alvarez Pegas *dict. cap.* 20. *num.* 13. Cyriac. *controuerſ.* 278. *à n.* 35. Cæſ. Caren. *reſolut. forenſ. cap.* 197. *num.* 6. qui duo, vltimo loco, traditi aſſerunt, † mandantem, ex poſt facto, poſſe 56
declarare facultates mandatario in mandato conceſsas, gloſſ. *in cap. Petitio* 9. verbo *Intentio*, *de Procurator.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 7. *tit.* 14. *n.* 11. ex Specul. *tit. de Procurat. §. Ratione autem formæ*, verſ. *Vbi autem*, & *ibi* Ioann. Andr. *in addit.* Philipp. Prob. *in addit. ad Ioann. Monach. in cap.* 1. *num.* 4. *de Procurat. in* 6.

Papa autem diſpenſare poteſt † & 57
ſolet, vt Regularis profeſſus teſtetur, Nauarr. *in dict. cap. Non dicatis* 12. *quæſt.* 1. *num.* 44. Dom. Gregor. Lopez *in l.* 53. *titul.* 6. *part.* 1. *gloſſ.* 1. Sot. *de iuſtit. & iur. libr. vltim. quæſt. vltim.* Pat. Azor. *vbi ſupra tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 2. Rodrig. *dict. quæſt.* 69. *artic.* 2. Graff. *dict. cap.* 5. *à num.* 57. P. Sanchez *dict. cap.* 8. *num.* 45. vbi innumeros refert, Argell. *vbi ſupra, num.* 32. P. Gibalin. *dict. cap.* 8. *numer.* 3. Lezan. *dict. cap.* 6. *num.* 65. & *dict. cap.* 9. *num.* 19. P. Pellizzar. *dict. cap.* 2. *num.* 205. & 360. quo in caſu valet & tenet teſtamentum, licet poſt id factum, diſpenſatio & licentia † obtenta fuerit, ita ex Barthol. 58
in l. Si quis filio exhæredato 6. *§. Irritum in fin. ff. de inius. rupt.* Imol. Paul. de Caſtr. & alijs, firmat P. Sanchez *de matrimon. libr.* 8. *diſputat.* 1. *num.* 9. inſtitutoque datur ſtatim in poſſeſsionem † 59
miſsio, optimè Capic. Latro *conſultat.* 15. *n.* 132.

Ex ſuperioris ſimiliter Regularis conſenſu poteſt Religioſus aliquid inter viuos, & cauſa † mortis donare, modo id 60
modicum ſit, ita Pat. Sanchez *in Decalog. dict. cap.* 8. *num.* 11. P. Pellizzar. *d. cap.* 2. *numer.* 186. verſic. *Quod ſi quæras*,

P.

P. Gibalin. *d. nu.* 3. qui ex Coppino *libr.* 1. *Monaſt. tit. vltim. num.* 21. ait, id admiſſum & probatum fuiſſe in Curia Pariſienſi, *anno* 1587. D. Valençuel. *conſ.* 98. *n.* 12. Hoc etiam ex Barthol. *in dict. Authent. ingreſſi ſecund. lectur. n.* 66. Tapia *ibidem dict. cap.* 1. *n.* 4. Roderic. Suar. *allegat.* 20. *num.* 27. Gratian. Falcon. *regul.* 456. *num.* 4. docet Arias de Meſa *variar. lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 6.

61 Licet diſſentiant † ac contrarium teneant D. Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſſ.* 4. Nauarr. *lib.* 3. *tit. de donat. conſ.* 6. *num.* 3. *& dict. comment.* 2. *à num.* 43. Rodrig. *vbi ſupr. tom.* 2. *quæſt.* 47. *art.* 7. *ad fin.* Anna *allegat.* 51. *à princ.* Angul. *de meliorat. in l.* 1. *gloſſ.* 3. *num.* 15. Graff. *dict. cap.* 5. *n.* 58. *& dict. cap.* 19. P. Bauny 3. *p. Theolog. Moral. lib.* 2. *tract.* 4. *quæſt.* 7. P. Moya *ſelect. quæſt. tom.* 2. *tract.* 6. *Miſcellan. diſp.* 4. *quæſt.* 4. *n.* 11. Ricc. *d. collect.* 162. *in princ.* qui intelligendi ſunt, quando Superioris licentia non concurrit, aut quando res donanda, non eſt modica.

62 An autem, & quando Epiſcopus † tum ſæcularis, tum Regularis poſsit aliquid cauſa mortis donare, tradunt latè D. Molin. *d. cap.* 10. *à n.* 40. vbi Addent. Barboſ. *dict. allegat.* 114. *à num.* 32. Arias de Meſa *dict. cap.* 39. *num.* 3. Noguerol. *alleg.* 26. *à num.* 232. Maldonado & Pardo *in addit. ad D. Molin. vbi proximè n.* 28. Petr. Aingo Ezpeleta *de caſib. occurrentib. tempor. mort. tractat.* 12. *reſolut.* 13. Pereir. *deciſ.* 75. *& deciſ.* 95. Themud. *deciſ.* 90. Pegas *ad Ordinat. Portugal. tom.* 4. *tit.* 50. *numer.* 358. doctiſsimus præceptor meus, dum hæc ſcribo in Supremo Caſtellæ Senatu Fiſcalis meritiſsimus, ſed, proh dolor! quando typis traduntur iam è viuis migrauit, & licet medio in ſpatio integræ ætatis ereptus, quantum ad gloriam, longiſsimum æuum peregit D. D. Ioſeph Fernandez Retes *in tractat. de donation. cap.* 12. *de donat. Prælator. à num.* 35. quĩ *num.* 36. ex Mart. *de iuriſdict.* 4. *part. caſ.* 24. *à num.* 5. docet, Regularem Epiſco-

63 pum, neque ex bonis † adventitijs poſſe mortis cauſa donare, quod notandum dicit.

Tandem obſeruandum eſt, Regulari ex

64 Papæ diſpenſatione † teſtanti, Monaſterium vel Conuentum ſuccedere, ſecundum ſententiam Bald. *in Authent. niſi rogati in fin. Cod. ad Senat. Conſult. Trebellian.* quem ſequuntur Port. *conſil.* 23. *num.* 7. & 31. Camill. Borrell. *controuerſ.* 67. *num.* 9. vel aliam quamlibet piam † cauſam, P. Molin. *diſput.* 141. *in fin. & diſput.* 604. *num.* 4. P. Azor. *dict. lib.* 12. *cap.* 9. *quæſt. vltim.* P. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 40. Nauarr. *in Apolog. de redditib. quæſt.* 3. *monit.* 6. *num.* 2. D. Molin. *vbi proximè cap.* 9. *num.* 67. *& dict. cap.* 10. *num.* 30. Mauric. Alced. 1. *part. cap.* 14. *à num.* 38. P. Pellizzar. *dict. cap.* 2. *num.* 361. vbĩ addit, non videri licitè Papam † concedere, in hoc caſu, 66
Religioſo facultatem, vt in profanos vſus valeat diſponere; ſi tamen conceſſerit, valere, quamuis contrarium † te- 67
neant Tapia & Leſsius *vbi ſupra*, relati à Sanchez *loco citato num.* 51. & 52. vbĩ etiam reprobat Medin. *lib.* 5. *de Sacror. homin. continent. cap.* 26. *column.* 2. & 3. aſſerentem, vſu receptiſsimum eſſe, cum quibuſcumque Monachis diſpenſare, vt in vſus quoslibet teſtentur, vide Barboſ. *dict. allegat.* 114. *à num.* 22. & quæ tradidi in Epiſcopo diſpenſato ad teſtandum, *Cap.* 20. *à num.* 46.

Denique aduertendum eſt, ſalaria Doctrinarijs pro Indorum cura & adminiſtratione aſsignata, de quibus hoc *Capite & præcedenti*, actum eſt, Quartæ Canonicæ ſeu portioni † Epiſcopo à 68
Parochis ſolvendæ, non ſubijci; deciſum enim eſt *in Regia Sched.* 3. *Septembris* 1572. *pag.* 132. *tom.* 1. *impreſſ.* Quitenſi Epiſcopo miſſa, ex his ſtipendijs & Synodis, non ſolvi, ibĩ: *Y viſto por los del nueſtro Conſejo de las Indias, fue acordado, que debia mandar dar eſta mi Cedula, por la qual os ruego y encargo, no lleueis, ni pretendais lleuar en la dicha Ciudad de Paſto y ſus terminos, Quarta parte de los ſalarios de los Clerigos, que entienden en la Doctrina de los Indios de ella, y prouereis, que à los que dellos no reſidieren en las dichas Doctrinas, no ſe les paguen † los ſalarios del tiempo, que no* 69
reſidieren en ellas. Fecha, &c. quæ *in l.* 18. *tit.* 5. *lib.* 1. *Summar.* ita Summatur: *Que los Obiſpos no lleuen Quarta de los ſalarios de los Clerigos, ni eſtos ſe paguen à los que no aſsiſtieren.* D. Solorzan. *dict. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 23. [de pœna Parochi non reſidentis, egi *ſupra Capite* 9. *à num.* 19.]

D. Montenegro *in Itiner. libr.* 1. *tract.* 1. *ſeſſ.* 7. *n.* 3.

(§§§)

SVMMARIVM.

1 *Canonica portio quæ ſit, & quare ſit dicta.*
2 *Canonica portio eſt duplex, alia competens Epiſcopo, & alia Parocho. & n. 4.*
3 *Portio Parocho debita decitur Quarta Funeralis.*
5 *Eccleſiæ intra Diœceſim conſtitutæ tenentur Epiſcopo portionem Canonicam præſtare.*
6 *Portio Epiſcopo debita dicitur eſſe de lege iuriſdictionali.*
7 *Collectores ſolent in Diœceſi deputari, ad hanc portionem exigendam.*
8 *Concilium Limenſe III. in hoc expenditur.*
9 *Liber ſpecialis, vbi hæc exactio ſcribatur, formari debet ex Synodali Conſtitutione Regum.*
10 *Portio Canonica non ſoluitur Epiſcopo à Regularibus, habentibus ſpeciale priuilegium.*
11 *Portio hæc non debetur de his, quæ Parochianus in vita Eccleſiæ donauit.*
12 *Portio hæc non debetur de legato pro fabrica & ornamentis relicto.*
13 *Neque de legatis pro Miſſis perpetuis factis.*
14 *Portio prædicta, an debeatur de relictis locis pijs?*
15 *Epiſcopus cum Parochis ſuper hac portione non poteſt pacta inire.*
16 *Quarta funeralis Parocho debita de quibus ſolui debeat.*
17 *Quarta hæc ex generali conſuetudine, ex his quæ cum corpore deferuntur, ſolum ſoluitur. & n. 58. 59.*
18 *Parochi, quoad hanc Quartam, habent intentionem fundatum.*
19 *Sepulturæ ius à Sacramentorum adminiſtratione pendet.*
20 *Quarta hæc debetur Parochis in recompenſationem laborum.*
21 *Quarta debetur, licet à teſtatore expreſsè relicta non ſit.*
22 *Quarta hæc in diſtributionibus quotidianis, an contineatur? & n. 30.*
23 *Quotidianæ diſtributiones ſolum præſentibus præſtantur. & n. 24.*
25 *Debentur pro labore & ſeruitio perſonali.*
26 *An debeantur carcerato & alijs impeditis?*
27 *Oneri ſubſidij non ſubijciuntur.*
28 *An admittant penſiones?*
29 *Fructuum in condēnatione, an veniant?*
31 *Portio hæc Canonica non ſemper eſt eadem, ideò attenditur conſuetudo Prouinciarum. & n. 32.*
33 *Portio iſta, an poſsit conſuetudine tolli?*
34 *Conſuetudine ceſſante, ſeruatur forma, in Matrice ſeruari ſolita.*
35 *Conſuetudines ſolent in Quarta parte conuenire.*
36 *Conſuetudine Parochiæ ceſſante, ſtatur ei, quæ in Eccleſia electa viget. & numer. 37.*
38 *Duabus Eccleſijs Parochialibus concurrentibus, vtri ſtandum ſit? & n. 39.*
40 *Parocho potiùs, quam Epiſcopo in dubio, hæc Quarta debetur.*
41 *Quarta hæc non debetur ab omnibus Regularibus. & n. 47. 48.*
42 *Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Reform. cap. 13. expenditur.*
43 *Pij Papæ V. explicatio ad præfatum cap. 13. adducitur. & n. 44. 53.*
45 *Rotæ Romanæ deciſio in ſpecie, ad literam refertur.*
46 *Quarta hæc de iure communi Epiſcopo & Parocho debetur.*
49 *Priuilegium non ſoluendæ Quartæ, an communicetur inter Regulares?*
50 *Fratres Minimi S. Franciſci de Paula non ſoluunt Quartam.*
51 *Item Fratres Minores de Obſeruantia.*
52 *Neque Fratres Dominicani, ſeu Prædicatores.*
54 *Concilium Tridentinum quando fuit confirmatum.*
55 *Religio Clericorum Regularium, quando fuit confirmata.*
56 *Pij V. declaratio & Conſtitutio non fuit reuocata per Gregor. XIII. ſed ad terminos Concilij redacta.*
57 *Declaratio Congregationis Concilij in confirmationem explicationis Pij V. refertur.*
60 *Quarta funeralis à Regularibus exigenda eſt, non ab hæredibus & teſtamentarijs. & n. 61. aliud in Quarta Epiſcopi. & n. 62.*
63 *Non præſumitur quis hæres, vel teſtamentarius, ex eo quod defuncti funus celebrauerit.*

CAP.

ARGVMENTVM.

DOctrinariorum Indorum ſalarium Quartæ Canonicæ non ſubijcitur; agitur de hac Quarta, Epiſcopo debita, item de Quarta Funeralium, Parochiali, ex funeribus in Regularium Eccleſijs celebratis, competente: quando, & ex quibus debeatur.

CAP. LXXXVIII.

NOtaui *in fine Capitis præcedentis*, ex ſalarijs & Synodis Doctrinarijs ſecularibus, ſiue Regularibus, pro Indorum adminiſtratione & cura ſolui ſolitis, Diœceſano Epiſcopo portionem, ſeu Quartam Canonicam non præſtari. Nunc videndum eſt paucis de Canonica portione, an, quando, & ex quibus ſoluenda ſit?

Ad quod præmittendum eſt, Canonicam portionem (ſic dictam, quia à † Canonibus ſacris inſtituta & probata eſt, D. Couarrub. *in cap. Officij* 14. *num.* 1. *de teſtam.* Emman. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 39. *artic.* 1. Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 3. *part. allegation.* 86. *num.* 1.) eſſe † duplicem; vnam, quæ Epiſcopo, ab omni Eccleſia ſuæ Diœceſis de eidem relictis, debetur; Aliam, quæ Parochiali Eccleſiæ ſeu ipſius Rectori & Parocho de legatis, aut relictis factis Eccleſiæ, in qua Parochianus ſibi elegit ſepulturam, præſtanda eſt; quæ communiter ſolet † *Quarta Funeralium* dici; de vtraque extant paſſim iura, veluti *in cap. de his* 7. *cap. Antiquos* 8. *cap. Decreuimus* 10. 10. *quæſt.* 1. *cap. Conſtitutum* 60. 16. *quæſt.* 1. *cap. Conquerente* 16. *ante fin. de offic. Iudic. Ordinar. dict. cap. Officij* 14. *cap. Requiſiſti* 16. *§. Sed conſiderandum, cap. fin. de teſtam. cap. de Quarta* 4. *de præſcript. cap.* 1. *cum ſeqq. cap. Certificari* 9. *de ſepultur. cap. Cum inter* 29. *cap. Ex parte* 31. *de verb. ſign.* Sanct. Trid. Concil. *ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 13. *l.* 5. *& 6. tit.* 13. *p.* 1. Concil. Toloſan. *§.* 7. reſtitutum à Stephano Baluzio, *in addit. ad Petr. de Marca in Concord. Sacerdotij, & Imperij, lib.* 8. *cap.* 18. *in fin. pag. mihi* 345.

De hac re † latè agunt Lap. de Caſtellione, Petr. de Peruſ. Petr. de Vbald. Bartholom. de Hutio, Franciſc. Epiſcop⁹ Cluſinenſ. D. Greg. Lopez, Sylveſt. Angel. Tabien. Diu. Antonin. Hoſtienſ. Bertachin. Oldrad. Federic. de Senis, Roman. Riminald. D. Couarrub. Ioann. Hugo, Bernard. Diaz, Petr. Greg. Rhenat. Coppin. Ioan. Gratian. Paul. Fuſch. Humad. Petr. Cenedo, Emman. Rodr. Coſta, Horat. Viſcontus, Raphael. de la Torre, Marta, Lara, P. Ioann. Azor. Zerol. Cardin. Tuſc. Ioan. Fileſac⁹, Ludou. Mirand. D. Balboa, Iul. Lauor. Paul. Piaſec. Stephan. Quarant. Ioann. Gutierrez, Franciſc. Leo, Cardin. Seraphinus, apud D. Solorzan. *de Indiar. Gubernat. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 8. *& ſeq.* Quibus addendi ſunt, idem Seraphin. *deciſ.* 726. Proſper. Petra *in addit. ad Capic. deciſ.* 23. Farinac. *deciſ.* 48. *& deciſ.* 376. *p.* 1. *recent.* Cochier. *de iuriſdict. in exempt.* 4. *part. quæſt.* 6. *art.* 2. P. Ioann. Baptiſt. Fragoſ. *de Regim. Reipubl.* 3. *part. libr.* 5. *diſputat.* 8. *§.* 17. *à numer.* 560. Zachar. Paſcalig. *de ſacrific. nouæ legis, quæſt.* 1034. *à numer.* 1. Pat. Bauny 1. *part. Theolog. Moral. tractat.* 10. *quæſt.* 37. Ioann. Baptiſt. Luca *in Theatr. veritat. & iuſtit. lib.* 12. *part.* 3. *diſcurſ.* 25. *à n.* 1. *& diſc.* 22. *&* 23. D. Caſtej. *in Alphab. iurid.* verbo *Parochus, n.* 10. *in fin.* & alij *inf.*

Quoad primam itaque Canonicam portionem ſeu Quartam, aſſero, illam deberi Epiſcopo ab omnibus Eccleſijs & Parochijs, † intra ſuam Diœceſim ſitis & erectis; nō vero ab his, quę extra eam aliquo modo fundatæ ſunt & exiſtunt, Rodrig. *dict. art.* 1, & omnes *ſupra* adducti; qui ideò docent, hanc portionem & Quartam dici ſolere † *de lege iuriſdictionali*, ex eo quod Epiſcopo debeatur in

ſignum Superioritatis & iuriſdictionis, quam habet in omnibus Epiſcopatus Eccleſijs.

Ad cuius magis expeditam recollectionem & curam, ſolent deputari & 7 eligi in Diœceſibus † Collectores, qui item componendis controuerſijs, quæ in hoc oriuntur, interueniant, quemadmodum *in Concilio Limenſi III. act. 4. cap. 20. pag.* 196. ſtatutum eſt, per hæc verba: *Quarta funeralis, ac Canonica portio,* 8 † *& Quarta etiam oblationum Epiſcopo à iure conceſſa, tam à Capitularibus, quàm à cæteris Clericis perſoluatur, eo ordine & modo, quem Sacri Canones ſtatuunt. Pro controuerſijs vero componendis, quæ harum portionum occaſione oriri ſolent, deputentur in vnaquaque Diœceſi ab Epiſcopo Collectores, quæ ſine cuiuſquam præiudicio ſingulis, quæ ſua ſunt attribuant.* Huius Decreti meminit D. Solorzan. *vbi ſupra n.* 11.

Additum eſt præterea in Conſtitutione Synodali Archiepiſcopatus Regum *anni* 1613. *ſub tit. de offic. Rector. cap.* 10. *pag.* 15. quod Parochi in libro 9 ad hoc deſtinato, † ſpecificè quidquid ad Canonicam portionem ſpectet, obſervatum & ſcriptum habeant, ibi: *Porque deſeamos, que en la cobrança de las Quartas, que conforme à derecho y coſtumbre nos pertenece, no aya agrauio alguno. Mandamos, que en adelante todos los Curas de Eſpañoles y de Indios, tengan vn libro, en que aſsienten la razon de lo que valieren, eſcriuiendo las partidas con dia, mes, y año, para dar quenta en las Viſitas, que huuiere, y al que ſe hallare no tener el dicho libro, ni auer aſſentado las dichas partidas, le lleuarán de pena cinquenta peſos corrientes, aplicados para ſu Igleſia, demàs de la ſatisfacion que ha de hazer, de lo que en hecho de verdad debiere de las dichas Quartas.*

Hæc vero portio Canonica, à Regularibus Parochis, quorum Religiones ha- 10 bent † ſpeciale priuilegium, ne ad illius ſolutiones teneantur, non debetur, ita aduertit D. Solorzan. *vbi ſupra num.* 25. qui rectè notat, *præfatum Caput* 20. Concilij Limenſis de hac portione & Quarta loquens, minimè de Regularibus memoriam agere, & in praxi ſeruatum videmus, quod illam Parochi Regulares non ſoluunt in Indijs.

11 Similiter Epiſcopo † non debetur hæc Quarta. de his, quæ in vita à Parochiano vel alio Eccleſiæ donantur, *cap. de his* 4. *de ſepultur. cap.* 1. *de ſtatu Monach.* & docent P. Azor. *inſtitut. Moral. tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 12. *q.* 7. *caſ.* 9. Martin. Bonacin. *de contractib. diſp.* 3. *quæſt.* 22. *punct.* 3. Mirand. *in Manual. Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 48. *art.* 3. *concluſ.* 1. *in fin.* Barboſ. *dict. allegat.* 86. *num.* 26. *& in dict. cap. de his* 4. *num.* 2. P. Fragoſ. *vbi ſupra num.* 562. *& à num. ſeq.* docet etiam, non deberi † de legato, pro ornamen- 12 tis, fabrica, veſtibus, calice, & alijs, cultum Diuinũ concernentibus facto, *d. cap. fin. de teſtam.* Lel. Zech. *de Republic. Eccleſiaſtic. cap.* 28. *de Paroch. num.* 18. verſ. *Nono*, Mirand. & Azor. *caſ.* 2. *& ſeqq. locis vbi proximè*, Barboſ. *dict. allegat.* 86. *num.* 23. *& in d. cap. fin. ſub num.* 1. vbi etiam D. Couarrub. *num.* 7. Seraphin. *dict. deciſ.* 726. *num.* 4. Franciſc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 6. Luca *dict. diſcurſ.* 25. *num.* 10. *& paſsim.* Carpio *de execut. teſtament. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 17.

Item non debetur Epiſcopo præfata Quarta de legatis, Eccleſiæ factis, † ad 13 perpetuas Miſſas celebrandas, licet aliud ſit reſpectu Quartę Parochialis, Parocho vel Eccleſiæ Parochiali debitæ; ita ex Anton. Capic. *dict. deciſ.* 23. Pellic. *in conſuetud. Auerſæ, cap.* 3. *n.* 523. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapol. part.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 5. Ricc. *in prax. variar. reſolut.* 209. docet Ioann. Baptiſt. Thor. *in compend. deciſion. Neapolit.* verbo *Quarta Epiſcopalis, pag.* 439. *tom.* 1. Alvar. Valaſc. *conſultat.* 105. *à num.* 13. Vbi agit, an debeatur † de relictis locis pijs. Apud Nos ſan- 14 citum eſt, Epiſcopos non debere cum Parochis pacta inire ſuper hac Quarta, vel Canonica † portione ſolvenda, *in* 15 *l.* 17. *tit.* 5. *lib.* 1. *Summar.* ita: *Que los Arçobiſpos y Obiſpos no hagan conciertos con los Clerigos, ſobre la Quarta funeral, ni de ello reſulte vexacion à los Indios.*

Quarta autem Funeralium Eccleſiæ Parochiali vel Parocho, vt dixi, debita, † de omnibus illis, quæ Eccle- 16 ſiæ, funeris ratione deferuntur, præſtatur, vt ſuperius relata iura docent, iunctis Cardinal. *in Clement. Dudum, §. verum, de ſepultur.* D. Couarrub. *in dict. cap. fin. num.* 6. Vbald. *de Quarta Canonic. cap.* 4. *num.* 10. P. Molin. *de iuſtit. tractat.* 2. *diſput.* 215. *num.* 9. Rodrig. *dict. quæſt.*

quæſt. 39. *art.* 2. Mirand. *dict. quæſt.* 48. *artic.* 4. *concluſ.* 2. Hieronym. Rodrig. *in compend. reſolut.* 18. *num.* 3. Hieronym. Caraccia *de iurib. Parochialib. titul.* 8. *cap.* 2. *&* 93. *de Quarta Funeral.* Pat. Fragoſ. *vbi ſupra numer.* 569. Lara *de Anniuerſar. & Capellan. lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 56. *in fin.* Philipp. Corn. *conſ.* 496. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 94. *num.* 17. Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 17. *n.* 19. Ioann. de la Cruz *de ſtatu Religion. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 5. Ceſpedes *de exemption. Regular. cap.* 24. *dub.* 364. *à num.* 10. Lezan. *quæſt. Regular. tom.* 2. verbo *Quarta Funeralis, num.* 7. Azor. *dict. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *quæſt.* 13. Ricc. *in prax.* 4. *part. reſol.* 300. *&* *deciſ.* 571. *n.* 4. Barboſ. *de Paroch. cap.* 25. *n.* 36. Nouar. *in Lucern. Regular.* verbo *Quarta, num.* 3. Paſcalig. *in not. ad Lauret. de Franch. variar. quæſt. quæſt.* 70. Franciſc. Maria Samuel. *de ſepultur. diſput.* 3. *controuerſ.* 10. D. Bolero *de decoct. debitor. Fiſcal. tit.* 5. *quæſt.* 2. *à num.* 15. D. Caſtejon *in Alphab. Iuridic.* verbo *Funus, num.* 9. & verbo *Parochus, n.* 10. Qui rectè docent & advertunt, hodie conſuetudine generali † introductum & receptum eſſe, vt de nullo alio Quarta ſolvatur, quam de his, quæ cum corpore ſeu cadauere deferuntur, die ſepulturæ, & notant Nouar. & Paſcalig. Benedictum Papam XI. inter Conſtitutiones Prædicatorum Fratrum declaraſſe ita; vt habetur *in Extrauag. inter cunctas, §. Porrò ante fin.* ibi: *Funeralia vero intelliguntur hoc caſu, quæ cum funere deferuntur, de priuileg.* facit Bulla Pij V. *infra n.* 59. 17

Ideòque Parochi, quoad hanc, ſeu Eccleſiæ Parochiales, habent ſuam intentionem † fundatam, *cap. Ex parte* 5. *cap. Cum liberum* 6. *cap. In noſtra* 10. *de ſepultur.* Roman. *conſil.* 356. *num.* 9. Portell. *in dub. Regular. §. Quarta & Canonica portio, à princ.* D. Couarrub. *in dict. cap. fin. num.* 6. Rodrig. *dict. quæſt.* 39. *artic.* 2. Mirand. *dict. quæſt.* 48. *artic.* 10. *concluſ.* 1. Zerol. *in prax. Epiſcop.* verbo *Quarta*, Perez de Lara *dict. lib.* 1. *cap.* 28. *à num.* 51. Medic. *de ſepultur. part.* 2. *quæſt.* 6. *à num.* 1. Ioan. de la Cruz *dict. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſ.* 109. *n.* 56. Iul. Lauor. *dict. tit.* 2. *cap.* 11. *n.* 72. Barboſ. *dict. cap.* 25. *num.* 2. *&* *in cap.* 2. *num.* 3. *d. cap. Certificari* 9. *num.* 3. *de ſepultur. &* *in Summ. deciſ. Apoſtolicar. collectan.* 624. *&* *in collectan. Bullar.* verbo *Quarta*, Cæſ. Caren. *reſolut. forenſ. reſolut.* 245. *à num.* 1. Valaſc. *d. conſult.* 105. *num.* 12. Rota *apud Farinac. d. deciſ.* 376. *à n.* 1. *apud P. Dian. vbi infra pag.* 358. *apud Tamburin. deciſ.* 83. *num.* 1. *poſt tract. de iur. Abbat. tom.* 3. Mantic. *deciſ.* 294. Alexand. Sperell. *deciſ.* 88. *num.* 4. *&* *deciſ.* 89. *n.* 33. Clem. Merlin. *deciſ.* 19. *num.* 2. 18

Cum ius ſepulturæ à Sacramentorum † adminiſtratione dicatur pendere, Petr. de Vbald. *vbi ſupra cap.* 6. *à num.* 18. Hercul. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 11. P. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 23. *num.* 17. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 94. *num.* 74. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 34. *&* *de Paroch. cap.* 26. *num.* 82. Paſcalig. *de ſacrific. nouæ legis, quæſt.* 1001. *n.* 5. Sperell. *deciſ.* 87. *n.* 8. adde *ſupra Cap.* 56. *num.* 6. 19

Inde euenit, eam portionem vel Quartam Parocho debere omnino in recompenſationem † & ſatisfactionem laborum, quos in Diuina Officia celebrando, & Parochianis Sacramenta miniſtrando, ſuſtinuit, ita *ex cap.* 1. *dict. cap. de his* 4. *de ſepultur. cap.* 2. *eod. in* 6. *dict. Clement. Dudum, §. Verum, eod. titul.* docent Nauarr. *conſ.* 22. *ſub eod. tit. de ſepultur.* Portell. *num.* 5. *&* *ſeqq.* Emman. Rodrig. *artic.* 5. Mirand. *art.* 5. *concluſ.* 1. *locis vbi ſupra*, P. Azor. *dict. lib.* 6. *cap.* 14. *quæſt.* 1. Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap.* 17. *num.* 2. *&* 11. Hieronym. Rodrig. *dict. reſolut.* 18. *à num.* 3. Paſchalig. *vbi ſupra, quæſt.* 1035. *à num.* 1. *&* *in not. ad Lauret. de Franch. in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular.* 1. *part. num.* 28. vbi Rotæ deciſionem, & Sacræ Congregationis Concilij declarationem, in hoc affert, Lauor. *vbi ſupra*, Caraccia *dict. tractat. de Quarta Funeral. cap.* 1. Medic. *vbi proximè, quæſt.* 7. *&* *quæſt.* 8. *caſ.* 1. *&* 6. Ricc. *in prax.* 4. *part. reſolut.* 299. *à n.* 1. Hyacinth. Donat. *rerum Regular. tom.* 2. *part.* 4. *tract.* 13. *quæſt.* 22. *num.* 6. Samuel. *dict. diſput.* 3. *controuerſ.* 9. *à num.* 1. Barboſ. *dict. cap.* 25. *à num.* 1. *&* 19. Mantic. *dict. deciſ.* 294. Peña *deciſ.* 199. *num.* 1. Cauaſer. *deciſ.* 101. Clem. Merlin. *deciſ.* 480. *à num.* 8. nouiſſimè Ioann. Baptiſt. Luca *vbi ſupr. diſcurſ.* 23. *num.* 7. relato Dom. Amaya *obſeruat.* 12. *à num.* 18. D. Caſtejon *vbi ſup.* verbo *Parochus, n.* 10. 20

Licet à teſtatore expreſsè † data & aſsignata non ſit, quæ, cum omnino debeatur, præſumitur ſemper relicta, 21

cta, Abb. *in dict. cap. de his, not.* 2. Rodriguez *d. q.* 39. *art.* 6. alter Rodrig. *d. reſolut.* 18. *num.* 7. Mirand. *art.* 11. D. Gregor. Lopez *in dict. l.* 5. *tit.* 13. *part.* 1. verbo *O ſi non dexaſſen*, Ricc. *reſol.* 300. Barboſ. *d. cap.* 25. *num.* 6. *& de iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 6. conciuis meus Don Franciſc. Piquer. *in allegation. iur. pro Archiepiſcopo Calaritano ſuper Quarta Funeralium exequiarum Reginæ D. N. D. Eliſabeth de Borbon, in Ciuitate Calaritana celebratarum, num.* 4. cum alijs *ſupra.*

Queri poteſt opportunè, an hæc Canonica portio, ſeu Funeralia mortuo-
22 rum † dicantur diſtributiones quotidianę ad effectum, vt non debeantur abſentibus? Quotidianę enim diſtributio-
23 nes præſentibus † tantum præſtantur & debentur, *cap. Licet* 32. *de Præbend. & dignitat. cap. vnic. de Clericis non reſident. in* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.* 5. *de Reform. cap.* 1. *l.* 19. *tit.* 16. *part.* 1. cum alijs, Abb. *in dict. cap. Licet. num.* 4. vbi etiam Barboſ. *& de Canonic. & Dignitat. cap.* 21. *cum ſeqq.* Gemin. *conſ.* 85. *num.* 18. Caſſador. *deciſ. vnic. de Cleric. non reſid.* D. Couarrub. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. D. Solorzano *d. lib.* 3. *cap.* 14. *à n.* 19. D. Salg. *de Reg. protect.* 4. *p. cap.* 9. *à n.* 83. *& cap.* 10. *n.* 38. *cap.* 8. *à num.* 78. Gonçal. *ad Regul. octau. Cancellar. in proem. §.* 7. *num.* 179. Monet. *de diſtribut. quotid.* 1. *part. quæſt.* 6. *&* 2. *part. quæſt.* 10. Mareſcot. *dict. lib.* 2. *cap.* 32. *& cap.* 34. & alij paſſim; apud Nos
24 extat † Regia Schedula 3. *Februarij* 1569. *pag.* 111. *tom.* 1. *impreſſ.* hoc decidens, quæ ita ſummatur, *in l.* 46. *tit.* 5. *lib.* 1. *Summar. Que las diſtribuciones quotidianas las lleuen ſolos los que ſe hallaren en las Horas, y no los demàs Prebendados.* Debentur enim pro labore † & ſeruitio perſonali, intuituque perſonæ,
25 tanquàm merces, operę, & ſtipendium laboris, Monet. *dict.* 1. *part. quæſt.* 1. *n.* 9. Pariſ. *conſil.* 33. *num.* 3. *vol.* 4. Gigas *conſil.* 144. *num.* 6. *&* 13. Gonçalez *dict. §.* 7. *à num.* 162. cum alijs Lanfranc. Zachia *de ſalar. quæſt.* 11. *num.* 12. An autem de-
26 beantur † quotidianę deſtributiones carcerato, apud Turcas detento, & alijs cauſis impedito, docet plenè D. Couarrub. *dict. cap.* 13. *num.* 8. & alij *relati*, one-
27 ri ſubſidij † non ſubijciuntur præfatæ diſtributiones, D. Valençuel. *conſ.* 4. *à n.* 136. *& n.* 146. fac. Lara *de Anniuerſar. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 16. *& tractat. de las tres gracias, lib.* 2. *del ſubſidio.* An admittant † penſionem, tradit Nouar. 28
quæſt. forenſ. lib. 1. *quæſt.* 131. & an veniant & contineantur in fructuum † condem- 29
natione? Scip. Theodor. *allegat.* 49. Mareſcot. *vbi ſupra*, & alij.

In propoſita ergo quæſtione, dicendum eſt, mortuorum Funeralia non dici diſtributiones † quotidianas, ideò 30
deberi etiam abſentibus, ita deciſum tradit Aloyſ. Ricc. *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.* 65. *part.* 4. & ex eo Ioann. Baptiſt. Thor. *in compend. earundem deciſionum*, verbo *Funeralia, tom.* 4. *compend. in fin.* Roa Albarracin. *Canonic. quæſt. cap.* 7. *num.* 11. Vid. Dom. Caſtejon vbi infra *in fin.*

Hęc vero portio non ſemper † eſt ea- 31
dem; aliquando enim medietatem, tertiam, aut quartam eorum partem complectitur, quæ Eccleſię, in qua Parochianus humatur, relicta ſunt, iuxta Regnorum, & Prouinciarum conſuetudines † 32
& iura, vt apertè docent textus *in d. cap. de his* 7. *cap. Antiquos* 8. *cap. Decreuimus* 10. 10. *quæſt.* 1. *dict. cap. Certificari* 9. *de ſepultur.* ibi: *Secundum rationabilem conſuetudinem Regionis, illa iuſtitia circa medietatem, vel tertiam aut quartam partem, pro locorum diuerſitatibus, attendatur, dict. l.* 5. *tit.* 13. *part.* 1. illic: *Segun la coſtumbre que fuere vſada en aquel Obiſpado*, Hoſtienſ. *in Summ. de ſepultur. num.* 6. 10. *&* 11. Abb. *in d. cap. Requiſiſti, à num.* 15. D. Gregor. Lopez *in d. l.* 5. *gloſſ.* 12. Lap. *de Canonic. portion. cap.* 1. *n.* 4. D. Couarrub. *in d. cap. fin. à n.* 5. Rodrig. *dict. quæſt.* 39. *art.* 1. P. Molin. *de iuſtit. & iur. tractat.* 2. *diſput.* 200. *num.* 19. *& diſput.* 215. Zerol. *vbi ſupra*, verbo *Legatum ad* 3. *vndecima concluſio*, Lauor. *à num.* 4. Valaſc. *num.* 12. Lara *dict. cap.* 25. *n.* 55. Anton. Capic. *d. deciſ.* 23. P. Pellizzar. *in Manual. Regular. tractat.* 8. *cap.* 5. *num.* 160. Piquer. *vbi ſupra à n.* 14. Luc. *d. diſcurſ.* 25. *à n.* 1. Qui omnes advertunt latè, ex quibus bonis hęc portio ſit detrahęda, quæque ſint ab hoc onere libera, apud quos inuenire facilè poteris, cum caſus occurrerit, quo opus habueris; mihi enim omnia percurrere non expedit, nec vacat, licet nonnulla indicare neceſſe ſit.

An autem tota hæc portio valeat † 33
conſuetudine tolli, tradunt plenè Barboſ. *dict. cap.* 25. *num.* 16. *dict. cap.* 24. *num.* 16. *& de offic. & poteſt. Epiſc. d. alleg.* 86. *n.* 4. Iul. Lauor. *d. cap.* 17. *num.* 11. noſtras Piquer. *vbi ſupr. n.* 15. & alij ab eis *relati.*

Pa-

Pariter docent ſuperiùs relati, hac in
34 re conſuetudine deficiente, ſeruandam † eſſe formam & praxim, in Metropolitana & Matrice Eccleſia admiſſam (ad tradita *ſupra Cap.* 84. *à num.* 58. fac. D. Salced. *in Examin. Veritat. aduerſus Gallicos conatus, tract.* 2. *§.* 3. *n.* 27. *pag.* 283.) Si vero hæc certa & nota non ſit obſeruantia, recurrendum eſſe ad vicíniorem aliam Eccleſiam, vt quod in ea ſeruatur, ſeruetur in iſta; ſi autem hoc minimè apparere & conſtare potuerit, ſolui debere quartam partem; ex eo, quia
35 regulariter † in hac quantitate ſoleant quam plures conuenire Eccleſiæ; Item quoties in Parochiali certa non datur conſuetudo & forma quod hoc, ei ſtandum eſt, quę † in Eccleſia, vbi ſepultura eligitur, cuique legatum relictum
36 eſt, viget. Aſt ſi in Parochiali concurrat & adſit determinata diſpoſitio aut praxis, hæc ſemper ſeruanda erit, quia illa
37 de damno vitando † agit; alia autem electa de lucro captando, Medic. *vbi ſupra* 2. *part. quæſt.* 7. *à num.* 6. Lauor. *dict. cap.* 17. *à num.* 8. Barboſ. *in dict. cap. Certificari* 9. *num.* 4. fac. *cap. Super eo* 22. *de cenſib. cap. Cum olim* 6. *de conſuetud.* vbi Abb. *num.* 4. P. Caſtro Palao *tom.* 1. *Moral tract.* 3. *diſputat.* 3. *punct.* 4. *§.* 1. *numer.* 3. cum alijs.

38 Sed quid dicendum quando duæ † concurrunt Eccleſiæ, altera in qua Parochianus audiebat Diuina; & alia in qua Sacramenta ſumebat? Et huic partem quartam ſeu portionem Parochialem perſoluendam; item præuentioni lo-
39 cum eſſe, † quando vtraque ſepulturæ iure potitur, *ex dict. cap.* 1. *de ſepultur. cap. duobus* 14. *de Reſcript. in* 6. docet Sylueſt. *in Summ.* verb. *Canonica portio*, D. Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 13. *p.* 1. *gloſ. los Sacramentos.* Rodrig. *dict. quæſt.* 39. *artic.* 5. Barboſa *dict. cap.* 25. *à num.* 24. Samuell. *vbi ſupra tractat.* 1. *diſputat.* 3. *controu.* 9. *num.* 18.

Si vero ratione conſuetudinis, vel alia
40 cauſa dubium inter Epiſcopum & † Parochum oriatur, vtri ſcilicet ſit portio ſoluenda, in dubio Parochi pars & cauſa potior erit, ob curam nempe animarum, & onus iniunctum, ita *ex dict. cap.* 1. *de ſepultur.* docent Abb. *in dict. cap. certificari num.* 11. Vbald. *vbi ſupra* 2. *p. cap.* 84. *num.* 14. Barboſ. *vbi proximè num.* 25. Samuell. *num.* 20. Epiſcopus enim in hoc caſu, vt Barboſa aduertit, ex lucratiua cauſa prætendit; aſt Parocho ex oneroſa debetur, ergo hæc erit potior *vt ibidem* docet, argum. text. *in l. Arrianus* 46. cum alijs, *ff. de obligat. & action.* Surd. *conſil.* 112. *à num.* 25.

Hæc portio Canonica † ſeu Quarta 41
funeralis non ſoluitur ab omnibus Regularibus, in quorum Eccleſijs funus celebratur, ſed ab his tantum, quos Decretum Sacroſancti Tridentini Concilij exprimit, ergo in eo datam videmus formam, ad cognoſcendum Monaſteria & domus Regularium, quæ huic ſolutioni, tenentur, *ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 13. per
hæc verba; *Decernit † Sancta Synodus,* 42
quibuſcumque in locis, iam ante annos quadraginta Quarta quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolui, ac poſtea fuerit ex quocumque priuilegio, alijs Monaſterijs, Hoſpitalibus, aut quibuſcumque locis pijs conceſſa, eadem poſt hac integro iure, & eadem portione quæ antea ſoluebat, Cathedrali, ſeu Parochiali Eccleſiæ perſoluatur, non obſtantibus conceſsionibus, gratijs, priuilegijs, etiam Mari Magno, nuncupatis, aut alijs quibuſcumque.

In cuius inteligentiam & declaratio-
nem habemus Bullam Sanctiſſ. Pij V. incip. *Etſi Mendicantium, in §.* 11. *declaratio* 11. *moleſtiæ, pag.* 229. *tom.* 2. *Bullar.* ita:
Quartam † autem funeralium, de qua ſeſſ. 43
25. *cap.* 13. *nequaquam ſoluere teneantur Monaſteria, quæ à quadraginta annis citra fundata exiſtunt, poſtquam Concilium ipſum loquitur tantum de Monaſterijs, ante annos quadraginta fundatis, quæ ipſa quartam ſoluere conſueuerunt, & vbi ſolus conſueuit, id tantum Ceræ & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de Miſsis ſeu legatis & alijs, fatribus ipſis, ſeu Monialibus huiuſmodi relictis, aut aliàs quomodolibet donatis, ſolui debet; ſicque intelligi Concilij decretum quoad quartam huiuſmodi ſoluendam debere, decernimus, vbi vero non eſt conſuetudo ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſupraſcriptorum ſolui debere declaramus.*

Igitur ſecundum hæc, funeralium
Quarta ſolvenda eſt † à Monaſterijs & 44
Domibus, intra quadraginta annos proximos ante Concilium Tridentinum fundatis, quæ illam ſolvi conſueuerant, ſed aliquo priuilegio, aut titulo, iam ipſam non ſoluebant; non vero erit ſoluenda à Monaſterijs, ante illos quadraginta an-

nos, vel poſt Concilium fundatis, nec etiam ab illis fundatis intra eos quadraginta annos, ſi modo non conſueuerunt quartam perſolvere; ita tenent & exornant Rodriguez *dict. quæſt. 39. artic. 2. ante fin.* Ioann. Gutierr. *de iurament. confirmat. 2. p. cap. 4. num. 3.* Ioann. de la Cruz *vbi ſupra*, Barboſ. *in dict. cap. 13. Concilij*, Archangel. Caraccia *vbi ſupra cap. 1.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 2. num. 9. & 27.* P. Pellizzar. *dict. cap. 5. num. 160.* verſic. *Suppono quarto, cum ſeq. & num. 161. cum ſeqq.* Caren. *reſolut. 245. num. 6. cum ſeqq.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. diſput. 5. quæſito 11. num. 85.* Lauret. de Franch. *vbi ſupra 1. p. num. 28.* vbi Zachar. Paſcalig. *in addit.* refert Rotæ deciſionem 15. *Ianuarij* 1618. ad fauorem Monaſterij Clericorum Regularium expeditam, de Quarta funerali non ſoluenda, quæ, quia optima in hac materia eſt, ad literam affertur; talis eſt.

45 *Domini cenſuerunt, Monaſterium † Clericorum Regularium non teneri ad ſolutionem Quartæ funeralium Reuerendiſſimo*
46 *Epiſcopo. Nam & ſi de iure † communi iſta Quarta ſpectet ad Epiſcopum, vel Parochum Clement. Dudum de ſepultur. cap. 1. & 4. cum alijs eod. tit. cap. Cum quis, eod. tit. in 6.*
47 *attamen ſecus eſt, quandò Monaſterium † eximitur à dicta ſolutione, ad text. in cap. Priuilegia diſtin. 3. cap. in noſtra, de ſepultur. In caſu autem de quo agitur, ne dum prædictum Monaſterium, ſed etiam tota*
48 *Religio eſt exempta † à dicta ſolutione Quartæ funeralium, cum Paul. IV. & Gregor. XIV. dictis Clericis Regularibus communicauerint omnia priuilegia, alijs Regularibus conceſſa;*
49 *quare † cenſentur etiam communicata priuilegia eximentia à dicta ſolutione Quartæ inter quæ adeſt priuilegium Iulij II. conceſſo*
50 † *Minimis de anno* 1506. *& aliud eiuſdem*
51 *Pontificis conceſſum † Minoribus de Obſeruantia anno* 1511. *ſui Pontificatus 8. & aliud Paul. III. conceſſum Minoribus anno* 1544. *& poſtremo aliud Paul. IV. conceſſum*
52 † *Ordini Prædicatorum anno* 1556. *quæ per extenſum refert Archangelus Caraccia de Quart. funeral. cap. 1.*

Neque obſtat Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 13. de Reform. quia cum iſtud Monaſterium ſit fundatum poſt publicationem Concilij, & quatenus eſſet fundatum ante, cum
53 † *non eſſet ſolitum ſoluere dictam Quartam, Concilium ei non obſtat, vt declarauit Sanctiſſimus Pontifex Pius V. in ſua Conſtitut. de anno* 1567. *quam refert Archangelus Caraccia loco citat. Gutierr. de iurament. confirmat. 2. p. cap. 4. num. 3. Emman. Roderic. in quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 39. artic. 2. & ita etiam reſoluit Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretum, vt refert Roderic. loco prædicto.*

Quod autem hoc Monaſterium fuerit fundatum poſt confirmationem Concilij, † *ex eo* 54
probatur, quia Concilium fuit confirmatum die 27. Ianuarij 1564. *Religio autem Clericorum* † *Regularium fuit confirmata à* 55
Clement. VII. 14. Iun. 1524. *vndè per neceſſè inferendum eſt, quod hoc Monaſterium fuit fundatum, intra quadraginta annos, de quibus loquitur Concilium, & quatenus eſſe fundatum extra dictos quadraginta annos, non probatur, quod eſſet ſolitum ſoluere Quartam funeralem.*

Neque eſt verum, quod prædicta Conſtitutio Pij V. fuerit reuocata † *per Gregor.* 56
XIII. vt in eius Bulla, quam refert Nauarr. in Manual. cap. 27. in fin. Quia cum dicta Bulla Pij plura contineret, per Gregor. redacta fuit ad terminos Concilij, vt cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretum, vt refert Caraccia loco citato, qui etiam in fine tractatus refert ipſam declarationem, & benè aduertit Gutierr. loco citato, & ita fuit reſolutum vna parte tantum informante. Hanc deciſionem præter Paſcalig. *vbi ſupra* tradunt Barboſ. *in dict. cap. 13. Concilij à num. 3. & dict. allegat. 86. num. 17.* Tambur. *poſt tractat. de iur. Abbat. tom. 3. deciſ. 84.*

Declaratio autem Sacræ Congregationis Concilij, cuius Rota meminit, hæc eſt; *Congregatio* † *Concilj cenſuit, non com-* 57
prehendi Monaſteria ædificata quadraginta annis citra, aut quæ in dies ædificantur; præſuppoſito quod huiuſmodi Monaſteria ſint eius Religionis, cui à Sede Apoſtolica indultũ eſt, vt Quartã funeralium non debeat ſoluere Epiſcopo; Hanc declarationem referunt Rodrig. *dict. artic. 2. in fin.* Paſcalig. *vbi proximè*, Hieronym. Rodrig. *num. 21.* & Ioan. de la Cruz *vbi ſupra*; de alijs deciſionibus memoriam agit Iul. Lauor. *dict. tit. 2. cap. 3. à num. 181.*

Ergo iuxta ſuperius adducta, Parochiã Religioſis ratione ſepulturæ, nihil aliud exigere poſſunt, quam Quartam † 58
eorum funeralium, quæ tempore ſepulturę fuerint oblata, *vt ſupra num. 16.* dixi & ita reſponſum à Sacra Rituum Congregatione videtur, *die 31. Martij* 1629. de qua Aldan. *in Compend. Canon. reſolut. lib. 4. tit. 17. num. 32.* Barboſ. *in dict. cap.*

13.

13. *Concilij num.* 18. *& de potestat. Paroch. cap.* 26. *num.* 72. *& in cap.* 2. *n.* 2. *cap. Cum super* 8. *num.* 1. *cap. In nostra* 10. *num.* 3. *de sepultur.* Rota Romana *in quatuor decisionibus*, quas ad literam refert P. Dian. 7. *p. Moral. post tractat.* 12. *pag.* 357. *& seqq.* & apud Tamburin. *vbi supra decis.* 85. *à num.* 1. *&* 5. vbi ita decisum à Rota ait, ex vi *præfatæ* Constitutionis Pij V. & alterius Statuti vel Breuis eiusdem Pontificis ad Principatum Cathaloniæ directi, *anno*
59 1571. de quo † etiam extat mentio apud Barbos. *in dict. cap.* 13. *sub num.* 5. & illud ad literam adducit Emman. Rodriguez *in Summar. Bullar. & priuilegior. tom.* 2. *pag.* 368. quod expresse iubet, Parochos à Religiosis, nihil aliud exigere posse, vltra prædictam Quartam, Luca latè *dict. discurs.* 22. *num.* 4. & passim.

Ex qua declaratione vel Statuto Pij V. Cathaloniæ directo obseruari etiam oportet, prædictam Quartam funeralium
60 † à Religiosis esse exigendam, non à testamentarijs vel hæredibus, patet in illis verbis: *Exigant à Religiosis*, innuit *d. Clement. Dudum, §. Verum*, ibi: *Auctoritate Apostolica constituimus & ordinamus eadem, vt dictorum Ordinum Fratres de obuentionibus omnibus*, &c. *de sepultur.* vbi solum de Regularibus loquitur, non item de hæredibus, aut testamentarijs, & docet P. Bordon. *tom.* 2. *resolut.* 51. *num.* 45. Iul. Lauor. *dict. tit.* 2. *cap.* 17. *num.* 69. P. Pellizzar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 5. *num.* 160. versic.
61 *Suppono sexto*, licet ob maiorem † facilitatem soleat prestari ab hærede vel testamentario, ita Paul. Fusc. *de visitat. Eccles. dict. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. *in fin.* vnde bene dixit Lauor. *vbi proximè*, hoc omne à voluntate magis, quam à necessitate Parochorum pendere. In quod videndi sunt etiam D. Couarrub. *in dict. cap. officij* 14. *num.* 1. *&* 9. *in fin. de testam.* P. Molin. *dict. disp.* 215. *num.* 5. Barbos. *dict. cap.* 25. *de Paroch. num.* 17. Caraccia *vbi supra cap.* 4. *ante medium*, Anton. Capic. *dict. decis.* 23. *num.* 3. Lara *dict. cap.* 25. *num.* 56. D. Castejon *dict.* verb. *Parochus num.* 10. qui solent
62 differentiam † constituere inter hanc Quartam Parochialem, & Episcopalem, de qua *supr.* vt illa ab hædere petenda sit, hæc autem ab Ecclesijs.

Vnum tandem notandum est, non in-
63 duci, aliquem hæredem † esse vel testamentarium, aut executoris testamenti officium, & hæreditatem admisisse, ex eo quod alicuius funus celebrauerit & exercuerit; cũ id potius pietatis & charitatis causa & officio factum, credendum sit, Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 101. *num.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 47. *à num.* 6. Cardin. Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 9. P. Fragos. *vbi supra num.* 560. Iul. Lauor. *dict. tit.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. Cyriac. *controuers.* 618. *num.* 24. *tom.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Quarta Funeralis solvitur ex his, quæ cum cadauere die sepulturæ deferuntur. & n.* 3.

2 *Quarta non debetur de Missis & alijs, Regularibus & eorum Ecclesijs relictis.*

4 *De iure communi etiam de his soluebatur Quarta.*

5 *Clement. Dudum, de sepultur. Quartam soluendam taxauit.*

6 *De legato Regularibus pro Missis facto non soluitur Quarta, quando alibi sepelitur corpus. & num.* 7.

8 *Quarta non debetur de his, quæ post diem sepulturæ deferuntur; limita, vt num.* 25.

9 *Quarta non debetur de his, quæ pro fabrica, ornamentis, &c. relinquantur. & num.* 16.

10 *Quarta non debetur de candelis, quas Regulares corpus associantes, ad manus portant.*

11 *Cærei & intorstitia, quæ per viam cum corpore deferuntur, qualiter ex Decreto Congregationis Apostolicæ diuidantur.*

12 *Decretum hoc fuit à Sanctiss. Vrban. VIII. confirmatum.*

13 *Decretum hoc exequi debet, appellatione remota.*

14 *Doctores antiqui aliter sentientes intelliguntur iuxta hoc Decretum.*

15 *Decretum hoc non comprehendit Cæreos & candelas, quos Fratres in manibus portant.*

17 *Neque quos confraternitates & Congregationes ferunt, vel qui in altaribus accenduntur. & n.* 18.

19 *Hoc omne* Funeralium *nomine non continetur.*

20 *Quarta Episcopo debetur, quoties exequiæ extra locum sepulturæ, pro Re-*

Regia vel ſublimi perſona fiunt, licet Paſcalig. aliud ſententiat. & num. 21.

22 *Cap. fin. de teſtam, pro Paſcaligo expenditur.*

23 *Similiter Bulla Pij V. quæ non eſt reuocata, ſed ad terminos Concilij redacta, à Gregor. XIII. adducitur. & numer. 24.*

26 *Sepulturæ electio, fraude Regularium à moribundo facta, non tenet.*

27 *Suadentes moribundos, vt in ſuis Eccleſijs ſepulturam eligant, quas pœnas incurrant.*

28 *Quarta funeralis Eccleſiæ interdictæ non debetur.*

29 *Quarta hac ratione iuris ſepeliendi competit & præſtatur.*

30 *Sepulturæ vſus ceſſat in Eccleſia interdicta.*

31 *Corpus morientis in die Reſurrectionis Domini, Penteceſtes, & Natiuitatis, in ſequentem ſepeliendum ſeruatur.*

32 *Defuncti ſepultura non debet retardari, occaſione iuris ſepeliendi.*

33 *Quarta non debetur Parocho, quando leuare & ſepelire renuit corpus.*

34 *Item quando violenter corpus ab ipſo extractum, & humatum fuit.*

35 *Parochiali Eccleſiæ reſtituitur corpus cum emolumentis, quando alibi non iure fuit ſepultum. & numer. 36.*

37 *Quid quando in aliena ſepultura, in propria Parochia ſepelitur Parochianus?*

38 *Legatum Eccleſiæ factum, an animo compenſandi Quartam relictum præſumatur? & n. 39.*

40 *Legatum pro Miſsis factum, cui Eccleſiæ debeatur, quando aperte non conſtat de Eccleſia.*

41 *Quarta non debetur de relictis pro Miſſis & alijs pijs operibus, in Hiſpania adimplendis.*

42 *Regium Reſcriptum 26. Octobris 1541 ad hoc adducitur.*

43 *Rex Catholicus eſt protector & Patronus piorum operum, à ſuis vaſſallis relictorum.*

ARGVMENTVM.

PRæcedentis Capitis continuatur materia; plures caſus referuntur, in quibus Funeralium Quarta non debetur. Quid ius Indicum quoad eam decernat, quando legata vel fideicommiſſa, pro Miſsis & alijs pijs operibus, in Hiſpania adimplendis, relinquuntur?

CAP. LXXXIX.

EX traditis *ſuperiori Capite* patet omnino, Parocho ſeu Parochiali Eccleſiæ Quartam non deberi de Miſsis, & legatis Regularibus, & eorum Eccleſijs & domibus, vbi Parochianus ſepelitur, factis. Ergo ſolum, vt *ibidem* probaui, deducenda & ſoluenda eſt ex his omnibus, quæ † cum cadauere, die ſepulturæ deferuntur, vt aperte conſtat in Bulla Pij V. *ibi* adducta *numer.* 43. in illis verbis: *Et vbi ſolui conſueuit, id tantum Cæræ & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem † de Miſſis, ſeu legatis vel alijs, Fratribus ipſis ſeu Monialibus relictis, aut alias quomodolibet donatis, ſolui debeat.* De qua re plenè tractant Alberic. *in l.*

Ser-

Seruo 116. *§. Ineptas*, *ff. de legat.* 1. *numer.* 13. Federicus de Senis *conſil.* 6. *numer.* 2. Enriquez *conſil.* 86. *numer.* 9. Cardinal. *in Clementin. Dudum*, *§. Verum*, *de ſepultur.* Dominus Couarrubias *in capit. fin. de teſtament. numer.* 7. Pater Molina *de iuſtitia, & iure*, *tractat.* 2. *diſput.* 217. Pater Azor *inſtitut. moral.* 2. *part. lib.* 6. *capit.* 14. *quæſt.* 1. Emmanuel Rodriguez *quæſtion. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 39. *artic.* 2. Laurent. Portell. *in dub. Regular.* verbo *Canonica portio*, *numer.* 5. Ludouic. Mirand. *in manual. Prælatorum*, *tom.* 2. *quæſt.* 48. *articul.* 7. Alphonſ. de Leon *de offic. Cappellan. quæſt.* 5. *ſect.* 8. *numer.* 117. Perez de Lara *de Anniuerſar. & Cappellan. lib.* 1. *capit.* 25. *numer. fin.* Ricc. *in prax. rerum for. Eccleſiaſtic. deciſ.* 670. *numer.* 4. *& reſolut.* 300. *part.* 4. Hieronym. Rodriguez *in compend. quæſtion. Regular. reſolution.* 18. *numer.* 3. Barboſa *de iur. Eccleſiaſtic. vniuerſ. lib.* 3. *capit.* 24. *numer.* 37. Pater Pellizzar. *in manual. Regular. tractat.* 8. *capit.* 5. *numer.* 160. verſiculo *Suppono ſecundo*, Tamburin. *de iur. Abbatum*, *tom.* 5. *diſput.* 15. *quæſito* 17. *num.* 3. *& deciſ.* 85. *tom.* 3. Lezana *tom.* 2. *quæſtion. Regular.* verbo *Quarta Funeralis*, *à numer.* 7. Paſchalig. *de ſacrific. nouæ legis*, *quæſtion.* 1035. *numer.* 7. Quod, vt *dict. Capite Superiori* notaui *numer.* 17. 58. *&* 59. vſu generali admiſſum † & receptum
3 eſt.

Licet iuris communis inſpecto rigore, † aliud dicendum erat, *ex dict.*
4 *Clementin. Dudum*, *§. Verum*, ibi: *Vt dictorum Ordinum Fratres*, *de obuentionibus omnibus, tàm funeralibus, quàm quibuſcumque, & quomodocumque relictis, diſtincte, vel indiſtincte, ad quoſcumque certos, & determinatos vſus, de quibus etiam Quarta, ſiue Canonica portio dari, ſiue exigi non conſueuit, vel non debet de iure, necnon de datis, vel qualitercumque donatis in morte, ſeu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſſerit quomodocumque directe, vel indirecte Fratribus ipſis, vel alijs pro eiſdem Quar-*
5 *tam partem (quam † auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus) Parochialibus Sacerdotibus, & Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Curatis largiri integrè teneantur.* Vbi gloſſ. fac. *cap. Cum liberum* 6. *cap. In noſtra* 10. *de ſepultur.* Bald. *in capit. Si pater*, *de teſtament. in* 6. *quæſt.* 6. Sylueſt. *in ſumm.* verbo *Canonica portio*, *num.* 9. Vbald. *de Canonic. portion.* 1. *part. capit.* 7. verſiculo *Quid ſi teſtator*, Iacinth. Donat. *rerum Regular. tom.* 2. *part.* 4. *tractat.* 13. *quæſt.* 22. *numer.* 6. Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 86. *num.* 20. *& de offic. Paroch. capic.* 25. *numer.* 43. Iul. Lauor. *variarum lucubration. titul.* 2. *capit.* 17. *numer.* 18. & alij.

Quæ tamen ſolum poſſent procedere, quando in Eccleſia Fratrum, quibus pro Miſsis recitandis legatum relinquitur, corpus ſepelitur legantis, non vero quando † *alibi* ſepultura 6
electa, aut alio quouis titulo celebrata eſt, humatioque fit, & tantum pro Miſsis legatum Fratribus relictum eſt, gloſſa *in dict. §. Verum*, verſicul. *Quartam*, *& in capit.* 1. *de ſepultur.* vt notant Iul. Lauor. *numer.* 54. & Paſchalig. *numer.* 6. *locis vbi proximè.* Quod ſatis apertè ſanciuit Sixtus Papa IV. in declaratione, ex Monumentis Ordinum relata à Rodriguez *vbi ſuprà*, *tom.* 3. *quæſt.* 58. *artical.* 3. *in fin.* per hæc verba: *Sixtus IV. declarauit, quod iuſtitia Parochialium Eccleſiarum, de qua in literis Clementis facta eſt mentio, id eſt Canonica portio, tunc locum dumtaxat habet, reſpectu dictorum Fratrum Minorum, quando † in eorum Eccleſijs, ſeu* 7
Cœmeterijs corpora defunctorum ſepeliuntur, ſed ſi non apud huiuſmodi loca Fratrum, ſed apud aliorum Ordinis Mendicantium profeſſores ſepeliantur, decreuit, quod ex his, quæ ad Fratres Minores prædictos, apud quos tunc corpora defunctorum non ſepeliuntur, de bonis defunctorum quomodolibet obuenientibus, quouis particulari, vel vniuerſali titulo, directe, vel per obliquum, nullam Canonicam portionem dare teneantur.

Rurſus Quarta hæc, & Canonica portio non debetur de his omnibus, quæ poſt diem † ſepulturæ deferun- 8
tur, veluti ſeptimo, vigeſimo, vel trigeſimo die, in Anniuerſario, vel in perpetuum, &c. *dict. cap. fin. de teſta-*

ment. vbi etiam additur, id ipſum pro-
9 cedere reſpectu † eorum, quæ pro ornamentis, fabrica, luminaribus, & alijs adornatum, cultum, & decentiam Eccleſiæ, pertinentibus, relinquuntur, notant *ſuperius citati* præcipue Lara *dict. cap.* 25. *numer.* 54. *in fin.* Pat. Pellizzar. *vbi proximè numer.* 162. verſicul. *Sic.* Dominus Caſtejon *in Alphabet. iuridic.* verbo *Parochus*, *numer.* 10.

De candelis præterea, quædan-
10 tur † in manibus Regularium, & quas ipſi portant, corpus aſſociantes, Quarta non deducitur, *Extrauag. inter cunctas, §. Porrò*, verſicul. *De candelis, de priuileg. De candelis vero* (inquit) *quas Fratres portant, portio non petatur*, docent Emmanuel. Rodriguez *dict. quæſt.* 39. *artic.* 2. Pat. Fragoſ. *de regimin. Reipublic.* 3. *part. lib.* 5. *diſput.* 8. *numer.* 567. Hieronym. Rodriguez *dict. reſolut.* 18. *numer.* 3. & alij *infra*, Ioann. Baptiſt. Luca *in Theatr. veritat. & iaſtit. lib.* 12. *part.* 3. *de Paroch. diſcurſ.* 25. *à numer.* 1. & 8.

11 Circa Cæreos † vero & interſtitia, candelaſque quæ per viam deferuntur, iuxtaque cadauera accenduntur, ac de alijs omnibus, quæ circa ea poni ſolent, extat Decretum Congregationis viſitationis Apoſtolicæ, à Sanctiſsimo Vrbano Papa VIII. *anno* 1629. approbatum, & confirmatum, quod ad litteram adducit Zachar. Paſcalig. *in not. ad Lauret. de Franch. in controuerſ. inter Epiſcop. & Regal.* 1. *part. num.* 28. quo deciſum eſt, vt inter Parochos & quoslibet alios Miniſtros aliarum Eccleſiarum, etiam Regularium, quoties in eorum Eccleſijs eligitur ſepultura, diuidantur, hæc ſunt Decreti prædicti, & ipſius confirmationis verba:

Quare eadem Congregatio, habito prius colloquio, & facta matura conſideratione, cenſuit, ad effectum remouendi huiuſmodi diſſentiones, & ad euitanda ſcandala, ac alijs iuſtis de cauſis, ſi Sanctiſsimo Domino Noſtro placuerit, tam interſtitia, cæreos & candelas, quæ per viam deferuntur, quam etiam omnia ea, quæ circa cadauera, antequam terræ tradantur in præfatis Eccleſijs, accenduntur, diuidenda fore, & eſſe pro æquali portione, inter ipſos Parochos & Miniſtros aliarum Eccleſiarum quarumcumque, etiam Regularium, & Nationalium, ſeu aliàs priuilegiatarum, ac propterea quando huiuſmodi interſtitia, ſeu cærei & candelæ in præfatis Eccleſijs, pro celebrandis Diuinis Officijs præſente corpore acceduntur, finito officio extinguenda eſſe, & cuique medietas conſignanda. Quæ reſolutio, vt ſuum ſortiretur † *effectum placuit prædicto Illuſtriſsimo Domino Cardinali Vicario,* 12 *commitere Reuerendiſsim. Pat. D. Viceſg. quatenus huiuſmodi ſententiam notificaret Sanctiſsimo, ad explorandum Sanctitatis ſuæ voluntatem, qui Reuerendiſſim. P. D. Viceſg. facto verbo cum Sanctiſsimo retulit, proxima ſequenti Congregatione coram eodem Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Domin. Cardinali Millino Vicario prædicto, habita die* 21. *menſis Martij* 1629. *Sanctiſsimum Dominum Noſtrum annuiſſe, ac reſolutionem prædictam confirmaſſe, vt ita ſeruari mandaret, omni appellatione* † *remota, & alijs quibuſcumque non obſtantibus.* 13 Hoc decretum referunt etiam Sell. *in ſelect. Canonic. capit* 92. *numer.* 15. Barboſa *cap.* 24. *numer.* 42. *& de Paroch. dict. capit.* 25. *numer.* 42. *& ad Concil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *de Reformation. capit.* 13. *numer.* 9. *& in ſumma deciſionum Apoſtolicarum, collectan.* 624. *& in collectan. Ballarum*, verbo *Quarta*, iuxta † quæ accipiendi & 14 intelligendi ſunt, Bald. *in leg. Vnica, §. Sed & qui domini, Codic. de latin. libert. tollend. numer.* 4. & Petr. de Raben. *ſingular.* 109. relati à Tondut. *reſolut. beneficial.* 1. *part. capit.* 88. *numer.* 6. aſſerentes, Cæreos omnes, tanquam Corporis ſequelam, ad Regulares pertinere, quoties in eorum Eccleſijs funus fit.

Hoc tamen Decretum Candelas & Cæreos, quos in manibus portant Fratres & Miniſtri, non † comprehen- 15 dit, itaque quoad eos ius commune ſeruandum eſt, *ex dict. Extrauag. inter cunctas, de priu.* & Bulla *Mare Magnum* appellata Religioni Sancti Franciſci à Sixto IV. indulta incipit: *Regimini vniuerſalis Eccleſia, pag.* 408. *tom.* 1. *Bullar. in §.* 6. illic: *Nec aliquo caſu de candelis, quæ ad manus Fratribus dantur, Quarta aliqua quomodolibet detrahatur.* Et paulò ante præ-

16 præcipitur, non etiam eſſe ſoluendam Quartam de his, quæ ad certos † vſus eiſdem Fratribus & eorum domibus relinquuntur, ibi: *Nec ſimiliter aliqua portio debeatur de his, quæ ad certos determinatos vſus eiſdem Fratribus, vel eorum domibus in genere, aut in ſpecie, etiam de bonis eorum, quorum cadauera apud eos contigerit ſepeliri.* Refertur etiam & deciditur hoc ipſum in Bulla *Mare Magnum* Prædicatorum, *pagin.* 411. *§.* 5. *in fin. eodem tom.* facit *dict. capit. fin. de teſtament.*

Cereos itidem, quos Confraternitates † & Congregationes comitantes ferunt, non includit ſimiliter 17 præfatum Decretum, vt conſtat ex traditis à Frat. Hieronym. Sorbo *in compend. priuileg.* verbo *Canonica portio*, Piaſec. *in prax. Epiſcop. part.* 2. *capit.* 3. *de viſitation. Regular. §. Funeralium*, Federic. de Senis *conſil.* 4. *numer.* 8. Fratr. Ioann. Baptiſt. Confect. *in ſumm. priuileg. Mendicant. titul.* 20. *cap.* 1. Barboſa *dict. capit.* 24. *à numer.* 39. *& dict. capit.* 25. *numer.* 39. *& ſequentibus*, Frat. Archangel. Caracc. *de Quarta Funeral. capit.* 3. Iul. Lauor. *dict. tit.* 2. *capit.* 3. *à numer.* 178. Paſchalig. *vbi ſupra*, Lezana *dict.* verbo *Quarta Funeralis*, *à numer.* 2. *&* 6. *& tom.* 1. *part.* 2. *capit.* 1. *numer.* 48. Samuell. *de ſepultur. Chriſtian. tractat.* 1. *diſput.* 3. *controuerſ.* 10. *numer.* 6. qui pariter, & Barboſa, & Paſchalig. aduertunt, ita à Sacra Epiſcoporum, & Regular. Congregatione declaratum fuiſſe.

Denique hoc Decretum non comprehendit Candelas & Cereos, qui in 18 Altaribus † accenduntur, dum extra terram corpus eſt in Eccleſia, Paſchalig. *vbi ſupra.* Hi enim proprie Fune- 19 ralium † nomine non continentur, vt *ex dict. Extrauagant. inter cunctas, §. Porrò*, gloſſa *in dict. Clementin. Dudum*, verbo *Funeralibus*, *de ſepultur.* Petro de Vbald. *de Canonic. Epiſcop. part.* 2. *capit.* 4. *numer.* 10. Rodriguez *dict. artic.* 2. cum alijs, docet Barboſa *dict. num.* 39. *in fin.* vbi ait, id potius ex conſuetudine vel priuilegio procedere, cum obſtare videatur prædictum Decretum.

Vnum notatu dignum hoc loco aduertam, Funeralium Quartam & Canonicam portionem, quam Epiſcopo competere dixi *Superiori Capite*, *à numer.* 5. omninò deberi eidem, quoties exequiæ fiunt ſolemniter pro perſona aliqua Regia, vel alia ſublimi & inſigni, extra locum, vbi ſepulturæ † corpus traditur, vt docent Marc. Anton. Genuenſ. *in prax. capit.* 61. *à numer.* 1. ex Calderin. *conſil.* 4. *de ſepultur.* & Ricc. *in prax. rerum fori Eccleſiaſtic. deciſ.* 670. quæ fuit ſcripta occaſione exequiarum Domin. Reginæ Domnæ Margaritæ de Auſtria, Neapoli celebratarum, cuius meminit Iulius Lauorius *dict. capit.* 3. *numer.* 191. quos & Barboſ. *dict. cap.* 24. *numer.* 37. *& dict. cap.* 25. *de Paroch. numer.* 37. in ſpecie expendit noſtras Piquer, *vbi* eum retuli *Superiori Capite*, *à num.* 8. addendus Lauretus de Franch. *vbi ſupr.* 2. *part. quæſt.* 70. qui affirmat, ita vbique ſeruari.

Licet contrarium probabiliùs videatur † Paſchaligo *ibidem* in notis. 21 Primò *ex dict. capit. fin. de teſtament.* vbi ſtatuitur, non eſſe ſoluendam huiuſmodi Quartam † de his, quæ pro 22 ornamentis, fabrica, luminaribus, anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, vel trigeſimo die celebrando, relinquuntur. Secundo *ex conſtitutione* Pij Papæ V. *eodem Capite Superiori* adducta *numer.* 43. (quæ non eſt reuocata † per Conſti- 23 tutionem Gregorij Papæ XIII. incipit: *In tanta*, *pagin.* 370. *tom.* 2. *Bullar.* Sed ſolum ad terminos Concilij Tridentini redacta, vt deciſione Rotæ, & declaratione Sacræ Congregationis *ibidem* allatis *numer.* 56. *& ſequenti*, conſtat, & notarunt Miranda *dict. quæſt.* 48. *artic.* 8. Laurent. de Peyrin. *tom.* 2. *priuileg. Conſtitution.* 7. *Pij V. §.* 3. Ioan. de la Cruz *lib.* 2. *de ſtatu Religion. capit.* 9. *dub.* 5. Ceſpedes *de exemption. Regular. capit.* 24. *dub.* 364. *à numer.* 10. Lezana *dict. tom.* 1. *part.* 1. *capit.* 3. *numer.* 12. *&* 2. *part. cap.* 1. *numer.* 16. & tradidi *ſupra Capite* 71. *à numer.* 9.) quæ præcipit *Quartam ſoluendam eſſe, vbi ſolui conſueuit, id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non verò de Miſſis † ſeu legatis, vel aliàs* 24 *Fratribus ipſis, ſeu Monialibus relictis, aut quomodolibet donatis, ſolui debeat.* Nihilominus à praxi & ge-

nerali obſeruantia non eſſe recedendum puto.

Illud tamen, quod *ſupr. numer.* 8. dixi, de non ſoluenda Quarta Funeralium, de his quæ in ſeptimo, vel alio quouis die poſt ſepulturam, deferuntur, limitandum eſt, quando fraus interuenit. Si enim dolo vel fraude in ſequentem vel alium diem dilatum fuerit funus, æque deducenda † erit portio Canonica & debetur, ac ſi eodem die, quo terræ traditur corpus, factum fuerit, ita ſemel atque iterum declaratum fuiſſe à Sacra Epiſcoporum, & Regular. Congregatione, in caſum Senis habitum *die* 3. *Auguſti* 1621. & deberi Quartam ex funeralibus diei ſequentis ſolemniter factis fraude & malitia (quibus ceſſantibus nulla debetur portio) referunt Barboſa *dict. capit.* 24. *numer.* 38. & *in dict. capit.* 13. *Concilij*, *numer.* 7. & *in collectan. Bullar.* verbo *Quarta*. Sellius *dict. capit.* 92. *numer.* 11. Lauor. *dict. capit.* 3. *numer.* 196. Samuel. *dict. controuerſ.* 10. *numer.* 10. Lezana *dict.* verbo *Quarta Funeralis*, *numer.* 9. Similiter ſi dolo vel fraude inducantur † moribundi ad eligendam ſepulturam in Eccleſijs Regularium, vel alijs, non valet electio, nec debent ibi ſepeliri eligentes, *cap. In noſtra*, *de ſepultur. leg.* 5. *poſt princ. titul.* 13. *part.* 1. vbi Dominus Gregor. Lopez, verbo *Falago*, gloſſ. *in cap. Vbicumque* 6. 13. *quæſt.* 2. Parlador. *different. quotid. different.* 66. §. 1. *numer.* 13. Cardinal. Tolet. *vbi infrà*, *cap.* 36. *numer.* 3. Pat. Diana *dict.* 5. *part. tractat.* 3. *reſolut.* 101. Bellet. *diſquiſit. Clerical.* 1. *part. tit. de Cleric. debitor.* §. 3. *numer.* 26. Pat. Pellizzar. *dict. tractat.* 8. *cap.* 5. *numer.* 173. & *tractat.* 7. *cap.* 2. *numer.* 99. qui referunt pœnas, quas † incurrunt, ita ſuadentes.

Item portio hæc Canonica † Eccleſiæ Parochiali interdictæ non debetur, Geminian. *in capit.* 1. *de ſepultur. in* 6. Sylueſt. *vbi ſupr. numer.* 8. Federic. de Senis *conſil.* 119. Portell. *dict.* verbo *Canonica portio*, *numer.* 3. P. Azor. 2. *part. inſtitut. moral. lib.* 9. *capit.* 13. *quæſt.* 8. Rodriguez *dict. quæſt.* 39. *artic.* 3. Miranda *dict. quæſt.* 48. *artic.* 10. *concluſ.* 10. alter Rodriguez *dict. reſolut.* 18. *numer.* 4. Barboſa *dict. cap.* 25. *numer.* 30. Lauor. *dict. cap.* 17. *numer.* 55. Paſchalig. *vbi ſupr.* Samuel. *dict. tractat.* 1. *diſput.* 3. *controuerſ.* 9. *numer.* 31. Ratio eſt, quia Quarta ſeu portio hæc ratione & reſpectu iuris ſepeliendi † competit & præſtatur, ex dictis *Capite Præcedenti*, *à numer.* 18. Ergo ceſſare debet præſtandi obligatio, ex eo quod ius illud in Eccleſia interdicta omninò ceſſet, cum in ea ſepulturæ Eccleſiaſticæ † vſus ſit prohibitus, ſiue ſit locale, ſiue perſonale interdictum, *cap. Cum & plantare* 3. §. *Quod ſi templarij*, *de priuileg. cap. Quod in te* 11. *de pœnit. & remiſ. cap. Si ſententia* 16. *cap. Si Ciuitas* 17. *de ſentent. excommunication. in* 6. *cap. Epiſcoporum* 8. *de priuileg. eod. lib. Clement.* 1. *de ſepultur.* docent late Nauarr. *in manual. cap.* 27. *à numer.* 164. Dominus Couarrubias *in cap. Alma mater*, 2. *part.* §. 1. Pat. Suarez *de cenſur. diſput.* 35. *ſect.* 1. Pat. Auila *eod. tractat.* 5. *part. diſput.* 4. *ſect.* 3. *pagin.* 280. Cardin. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 52. *numer.* 2. Vgolin. *de cenſur. tab.* 5. *cap.* 9. & *cap.* 13. §. 4. & *cap.* 15. §. 4. Barboſa *in dict. cap. Cum & plantare*, *numer.* 40. & *in dict. cap. Quod in te*, *numer.* 10. & *de Paroch. cap.* 26. *num.* 41. P. Diana 5. *part. moral. tractat.* 10. *reſol.* 66. & *ſequenti*. Lezan. *dict. tom.* 2. *quæſt. Regular.* verbo *Interdictum quoad Regulares*, *à numer.* 33. & verbo *Sepultura quoad Regulares*, *num.* 23. *in fin.* Samuel. *vbi ſupra*, *tractat.* 2. *diſput.* 1. *controuerſ.* 11. *à numer.* 1. qui *diſput.* 2. *controuerſ.* 8. *numer.* 19. docet, corpus morientis in die Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, & Natiuitatis in ſequentem diem † ſepeliendum ſeruari deberi, ob reuerentiam Paſchæ, ex *Rituali Romano Paulo V. tit. de exequijs*, hoc ipſum videbis ex Ioann. Echio *tom.* 3. *in hom.* 4. *in die omnium animarum*, *col.* 2. & *Conſtitut. Caurienſ. tit. de celebrat. Miſſarum*, apud Balthaſ. Altamiran. *de viſitat.* verbo *Etiam teſtamentorum*, *numer.* 58. *fol.* 261. Non tamen debet in alio quocumque tempore, & anni die retardari mortuorum ſepultura, maximè † occaſione iuris ſepulturæ Parochiæ debiti, ex Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regular. declaratione 5. *Maij* 1617. de qua Sell. *in ſelect. Canonic. capit.* 26. *numer.* 2. Barboſa *dict. cap.* 26. *numer.* 55. & *in ſumm. deciſion. Apoſtolicar. collectan.* 76. *num.* 3. & *collectan.* 440. *numer. fin.* & *collectan.* 671. *numer.* 8. & *in collectan. Bullar.* ver-

verbo *Cadauer*, §. 1. & verbo *Sepultura*, §. 5.

Similiter Parocho Quarta prædicta
33 non debetur, quando cadauer leuare † renuit, cum eo casu, vt *in Superiori*, administratio deficiat, cuius occasione illa persoluitur, ita Pater Pellizar. *dict. capit.* 5. *numer.* 160. *in fin.* Quemadmodum præstanda non est eidem, immo omnino amittitur cum omnium acceptorum ratione cadaueris re-
34 stitutione, quando † violenter extractum & humatum fuit à Parocho corpus Parochiani, vel alterius, ne in Ecclesia, quam elegit, sepeliretur, ita vterque Rodriguez & Portell. *numer.* 6. *vbi proximè*, idem Emman. Rodriguez *tom.* 3. *quæst.* 61. *artic.* 3. Barbosa *dict. cap.* 26. *num.* 27. & *in cap. Cum liberum* 6. *num.* 3. *de sepult.* Lauor. *dict. tit.* 2. *cap.* 9. *numer.* 121. cum alijs.

Ita etiam Parochiali Ecclesiæ fit cadaueris restitutio cum omnibus emolumentis & oblationibus, quando in
35 aliena Ecclesia † non iure, sepultum fuit, itaque exhumantur ossa & integra fit restitutio, cum hoc Parochiali debeatur, non alienæ Ecclesiæ, aut sepulturæ, *dict. cap. Cum liberum*, Hieronym. Caraccia *in opusc. de iurib. Paroch. tit.* 7. *cap.* 13. Pat. Fragos. *dict. disput.* 8. §. 17. *numer.* 157. vbi ait, an-
36 te † omnia restituendum esse Parochum, cadauere Superioris auctoritate & mandato, tanquam iuste non sepulturæ tradito, exhumato, & ei Parocho, qui ius prælationis obtinet, relaxato, *capit. Ex parte* 5. *in fin. eodem titul.* ibi: *Prædicti Parochiani corpus restituat.* vbi Barbosa *numer.* 5. Casan. *in Catha-log. glor. mundi, part.* 2. *considerat.* 5. versicul. *De gloria autem*, Gratian. *discept. at. forens. cap.* 298. *num.* 5.

Sed quid dicendum, quando in propria quidem Parochia, & Ecclesia Parochianus sepelitur, sed in aliena sepultura, contra domini illius voluntatem, an corpus debeat exhumari? Et
37 non debere, verum † compositioni locum esse, docent, *ex leg. fin. Codic. de sepulchr. violato*, *leg. Nemo* 14. *Codic. de Religios. & sumptib. funer.* Bonacina *de contractibus*, *disput.* 3. *quæst.* 21. *punct.* 3. *numer.* 12. Lauor. *dict. capit.* 9. *numer.* 122. & Pat. Fragoso *vbi proximè.*

Quæri etiam potest, an legatum à Parochiano, vel alio Ecclesiæ factum, animo compensandi Quartam & portionem eidem debitam, intelligatur relictum? Et computari debere † in 38
portionem debitam, tenent plures apud Domin. Gregor. Lopez *in leg.* 5. *titul.* 13. *part.* 1. verbo *Demàs*, qui asserit, hanc esse magis communem opinionem, iunctis Emmanuel. Rodriguez *artic.* 6. Miranda *conclus.* 2. altero Rodriguez *num.* 8. & Samuel. *dict. controu.* 9. *num.* 11. *locis vbi supr.*

Contrarium tamen † est verius, 39
in quod habemus ius expressum, *in cap. Officij* 14. *de testament.* ibi: *Quod si portionem illam cum conditione legauit Episcopo, vt esset ea sola contentus, & Episcopus acceptauit, quia per hoc, alijs renuntiasse videtur, de cæteris non poterit exigere portionem. Quod si eam ipsi absolute reliquit, portionem sibi debitam poterit nihilominus de cæteris vendicare.* *dict. leg.* 5. *titul.* 13. *part.* 1. in illis verbis: *Si dexare alguna cosa à su Iglesia, donde era Parochiano, debe auer, demàs de esto, la tercera, ò la quarta parte, ò la mitad, segun la costumbre*, Abbas *numer.* 4. Butr. *numer.* 6. Dominus Couarrubias, *numer.* 3. *in dict. cap. Officij*, Pater Molina *de iustitia, tom.* 1. *disput.* 200. Pat. Azor. *dict. cap.* 13. versicul. *Nonus casus*, Pat. Fragos. *vbi suprà, numer.* 573. Petrus Barbosa *in leg. Si cum dotem* 23. §. *Si pater*, *ff. solut. matrimon. numer.* 31. Augustin. Barbosa *dict. allegat.* 86. *numer.* 30. & *in cap. cum super* 8. *numer. fin. de sepultur.* Valdes *in addition. ad Roderic. Suarez in leg.* 1. *tit. de las arrhas, à d. numer.* 36. *in fin.* Menoch. *de præsumption. lib.* 4. *præsumption.* 109. *num.* 56. Pat. Pellizzar. *dict. capit.* 5. *numer.* 166. Pat. Auendaño *in Thesaur. Indic. titul.* 16. *numer.* 30. Paschalig. *de sacrific. nouæ legis, quæst.* 1001. *numer.* 4. & 6. vbi agit † de legato, pro 40
Missis relicto, quando apertè non constat de legantis voluntate, cui Ecclesiæ debeatur.

Denique apud Nos decisum est, de relictis pro Missis, aut alijs pijs operibus, in Hispaniarum Regnis, & Ecclesijs adimplendis, & celebrandis, Quartam Canonicam, aut aliam portionem † detrahendam non esse, in 41
Regia Schedula 26. *Octobris* 1541.

pagin. 132. *tom.* 1. *impreſſ.* per hæc verba:

42 *EL REY. Nueſtro Gouernador de las Prouincias del Perù, y Reuerendo in Chriſto Padre Don Fray Vicente de Valuerde, Obiſpo del Cuzco, del nueſtro Conſejo, el Licenciado Don Iuan de Villalobos, nueſtro Fiſcal, me ha hecho relacion, que muchas vezes acaece à algunas perſonas que en eſſa tierra fallecen, por ſus teſtamentos mandar dezir Miſſas, y otros Sacrificios Diuinos en eſtos Reynos, y hazer algunas mandas pias à Igleſias, y Monaſterios, y Hoſpitales, y à otras perſonas, y lugares, y que los Clerigos, que en eſſas Prouincias reſiden, intentan pedir, y lleuar la Quarta parte de lo que aſsi ſe manda cumplir en eſtos Reynos, al precio que ſe lleuan en eßa Prouincia, lo qual era nueua impoſicion, y en daño de los Eſpañoles, que en eßa Prouincia reſiden, y de otras perſonas, y me fue ſuplicado mandaſſe, que de aqui adelante no ſe pidieſſe, ni lleuaſſe la dicha Quarta parte, ò como la mi merced fueſſe, è yo tuuelo por bien.*

Porque vos mando, que veais lo ſuſo dicho, y de aqui adelante de las Miſſas, y otros ſacrificios, è mandas pias, que los Eſpañoles que en eſſa tierra fallecieren, mandaren que ſe digan, y hagan en eſtos Reynos, no conſintais, ni deis lugar que ſe pida, ni lleue Quarta alguna de ello, è no fagades en deal. Fecha, &c. Ex qua deſumpta eſt, *l.* 4. *titul.* 12. *lib.* 1. *Summar.* ita: *Que de las mandas, y obras pias que dexaren para eſtos Reynos los que falleciren en las Indias, no lleuen Quarta los Clerigos.* Domin. Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib.* 3. *capit.* 22. *numer.* 24. *in fin.* qui *cap.* 3. *numer.* 64. aſſerit., Re-

43 gem Catholicum eſſe Patronum, & Protectorem piorum operum, à ſuis vaſſallis relictorum, & inſtitutorum, *ex leg. Hæreditas* 53. *ff. de petit. hæreditat. leg. Quintus Mutius* 7. *in fin. ff. de ann. legat. leg.* 7. *titul.* 10. *part.* 4. cum alijs *ibidem* adductis. Bobadill. *in politic. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 120. Emman. Aluarez Pegas *ad Ordinat. Portugal. tom.* 4. *tit.* 62. *gloſſ.* 15. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 QVarta Funeralis cui Eccleſiæ debeatur, quando Parochianus extra proprium domicilium decedit?

2 Parochianus in propria Eccleſia ſepeliendus eſt, ceſſante priuilegio, & ſepulturæ electione.

3 Parochianus dicitur, qui per totum annum vel maiorem illius partem, in Parochia habitauit.

4 Quid quando Parochianus habebat duo domicilia, & Parochias? & *num.* 8.

5 Epiſcopus habens duas Cathedrales, ceſſante electione, ſepelitur in ea, vbi decedit. & *num.* 6.

7 Epiſcopus & Canonici decedentes ſine ſepultura in Cathedrali ſepeliuntur.

9 Maiorum in ſepulchro ſepelitur, qui ſine ſepultura decedit.

10 Maiorum ſepultura priuari, magnum præiudicium eſt, & maximum ſolatium in ea ſepeliri.

11 Filius damnati ob crimen læſæ Maieſtatis, priuatur ſepulchro Maiorum.

12 Maiorum *nomine, qui in hac re* contineantur. & *num.* 13.

14 *Cap. Is qui* 3. & *ſeq. de ſepultur. in* 6. *intelliguntur.*

15 Forenſes, aduenæ, viatores, & peregrini ſine ſepultura decedentes, vbi ſepeliantur. & *num.* 16. 17. 18. 19.

20 Bona peregrini decedentis ſine harede ad quem ſpectent?

21 Domicilium non omninò attenditur quoad ſepulturam. & *num.* 22.

23 Sepulturæ tacita electio inducitur ex Sacramentorum perceptione.

24 Parochus non debet plus petere pro aduenis ſepeliendis, quam pro ciuibus.

25 Pauperum corpora gratis ſunt ſepelienda.

26 Confraternitas mortis in Vrbe Romana gratis pauperibus ſepulturam impendit.

27 Sepultura Eccleſiaſtica carere, eſt graui pœna.

Se-

28 *Sepultura Eccleſiaſtica eſt requies defunctorum, vbi mitius ab ſpiritibus immundis vexantur.*
29 *Sepultura Fidelium eſt fauorabilis.*
30 *Reipublicæ intereſt, non minus viuentes homines conſeruari, quam mortuos ſepeliri.*
31 *Pietas & miſeratio erga defunctos indita eſt humanis pectoribus à natura.*
32 *Diuus Auguſtinus in hoc expenditur.*
33 *Clericus viator decedens ſine ſepultura, vbi ſepeliendus eſt.*
34 *Regularis viator decedens, vbi ſepeliri debeat. & num. 39.*
35 *Beneficiatus Cathedralis debet in ea ſepeliri, licet alibi viuat, vbi quibus expenſis. & num. 36.*
37 *Regularis extra Monaſterium decedens, quando ſibi poſsit eligere ſepulturam.*
38 *Vbi eſt caſus exceptionis, non ſtatur regulæ.*
40 *Prælatus Regularis poteſt ſibi intra ordinem, eligere ſepulturam.*
41 *Vxor non electa ſepultura decedens, ſepelitur in ſepulchro mariti.*
42 *Si plures meritos habuit, in ſepulchro vltimi ſepelienda eſt.*
43 *Etiam ſi vidua ad domum patris ſit reuerſa.*
44 *Vidua in coniugio mariti durare videtur.*
45 *Vidua domicilium & dignitatem adhuc retinet mariti, & ipſius radijs coruſcat. & num. 48.*
46 *Regina vidua Reginæ nomen, & dignitatem conſeruat.*
47 *Iura optima in hoc expenduntur.*
49 *Maritus viduus, quando vxoris præmortuæ gaudeat priuilegijs.*
50 *Vidua, an quo ad forum fruatur mariti priuilegijs?*
51 *Vxor per matrimonium fit vna caro, domus, & familia cum marito. & num. 52. 53.*
54 *Vxor in omnibus maritum, tanquam eius caput, ſequi tenetur.*
55 *Maritus nunquam ſequitur forum & domicilium vxoris.*
56 *Vxor libere poteſt ſibi eligere ſepulturam.*
57 *Quiuis in legitima ætate conſtitutus poteſt ſibi eligere ſepulturam.*
58 *Canonica portio debetur Parochiæ, quoties alibi eligitur ſepultura.*
59 *Pater poteſt filijs minoribus eligere ſepulturam. & num. 60.*
61 *Electio hæc, an ante mortem minorum fieri debeat? & num. 62.*
63 *Mater, an hoc ius habeat eligendi filijs minoribus ſepulturam.*
64 *Electio hæc non pendet à patria poteſtate, ſed à conſuetudine. & n. 65.*
66 *Sepulturæ electio eſt quid ſpirituale, vel ſpiritualitate annexum. & num. 67.*
68 *Qui Diuinis vacare valent, poſſunt in loco Sacro ſepeliri.*
69 *Patria poteſtas cum ſit à iure ciuili inducta, non extenditur ad ſpiritualia. & num. 70.*
71 *Conſuetudine concurrente, poteſt alius alij eligere ſepulturam.*
72 *Tutor, & Curator, an poſsint minoribus eligere ſepulturam?*
73 *Tutor loco patris habetur.*
74 *Tutor vel Curator nominant Militem, vulgo* Eſcudero, *nomine minoris Commendatarij. & num. 75.*

ARGVMENTVM.

FVneralium Quarta cui ſoluenda, & vbi ſepeliri debeat Parochianus, quando extra domicilium, non electa ſepultura, decedit? Tutor iure Indico minoris Commendatarij nomine Militem, vulgo, *Eſcudero*, eligit.

CAP. XC.

SÆpè accidere ſolet, proprium habentem domicilium, alibi decedere, vel ſcilicèt ad tempus, & accidentaliter degebat, quæri poteſt in hoc caſu, cui Eccleſiæ ſit præſtanda Canonica portio? Et verius eſt, eam deberi Parochiali Eccleſiæ † proprij domicilij, vbi Sacramenta ſumere

1 ſo-

ſolebat defunctus, ita Abb. *in cap. De his* 4. *de ſepultur.* Emman. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 3. *quæſt.* 46. *artic.* 3. & innuit *tom.* 1. *quæſt.* 39. *art.* 3. & 5. Villalob. *in Summa.* 2. *part. tractat. difficult.* 7. *à num.* 3. Hieron. Rodrig. *in compend. reſol.* 18. *num.* 12.

2 Maximè cum eo caſu, ſi non electa ſepultura decedat, & abſque † periculo deportari valeat, ceſſante priuilegio, in propria Parochia, nempè vbi domicilium retinebat, ſepeliendus ſit, *cap. Is qui* 3. *de ſepultur. in* 6. Petr. Cened. *quæſt. Canonicar. quæſt.* 30. *num.* 59. Pat. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 23. *numer.* 9. Pat. Fragoſ. *de regimin. Reipublic.* 3. *part. lib.* 5. *diſput.* 8. *numer.* 531. Pat. Diana

3 5. *part. Moral. tractat.* 3. *reſolut.* 113. *in fin.* Barboſ. *in dict. cap. Is qui, numer.* 2. vbi docet, eum dici Parochianum † alicuius Parochiæ, qui per totum annum, vel maiorem illius partem in ea habitat, audit Diuina, & percipit Sacramenta, ex Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 88. & Rodriguez *dict. quæſt.* 46. *art.* 3. facit optime Regia Schedula 16. *Aprilis* 1559. *pagin.* 147. *tom.* 1. *impreſſ. in fin.* ibi: *Los que reciben Sacramentos en las Igleſias del pueblo, &c.*

Addit etiam Pat. Fragoſ. *vbi proximè*, quod ſi decedat habens duo domicilia, non electa ſepultura, debet ſe-

4 peliri in loco † domicilij, vbi deceſsit, & recepit Sacramenta, *ex cap.* 1. *cap. In noſtra* 10. *de ſepultur. dict. cap. Is qui* 3. *eod. in* 6. *cap. Vbicumque* 6. 13. *quæſt.* 2. Sic Epiſcopus duas Cathedrales in diuerſis Ciuitatibus habens, niſi ſit ei in aliqua

5 earum ſpecialis ſepultura, ſepelitur † in Cathedrali, vbi decedit, & à qua Sacramenta ſumpſit, Zauarell. *conſ.* 90. *à princ.* Cardin. Tuſc. *liter. S. concluſ.* 189. *à numer.* 19. Frances de Vrrutigoit. *vbi infra*

6 *cap.* 8. *num.* 498. niſi † ſibi eligat ſepulturam, Parlador. *vbi infr.* §. 1. *num.* 5. & §. 3. *num.* 6. vbi quod in Cathedrali ſepeliantur Epiſcopus & Canonici decedentes † non electa ſepultura, nec habentes ſepulchra maiorum, iunct. Bonacin.

7 *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 21. *punct.* 3. §. 6. *num.* 10. Lap. *allegat.* 53. *num.* 4. P. Dian. *dict.* 5. *part. Moral. tract.* 3. *reſol.* 111. Iul. Lauor. *var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *à num.* 62.

Quid dicendum, quando aliquis duo habet domicilia æqualia, ſeu in duabus Eccleſijs & Parochis per tempore æqualiter habitat, atque nulla electa ſepultura decedit, cui debeatur, & ſoluenda ſit Canonica portio? Et diuidendum eſſe portionem † debitam, quæ aliàs vni tantum Eccleſiæ ſoluenda erat, inter has duas Parochias, docent Bonacin. *de contract. dict. diſp.* 3. *quæſt.* 22. *punct.* 2. verſic. *Secundo ſequitur*, P. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 13. *quæſt.* 8. P. Fragoſ. *loco citat. num.* 572.

Si autem decedens, non electa ſepultura, habeat *ibidem* ſepulchrum maiorum † ſuorum, in eo eſt ſepeliendus, 9 nec aliud quærendum eſt ei, *cap.* 1. *de ſepultur. dict. cap. Is qui* 3. *cap. Licet* 4. *eod. tit. in* 6. Dom. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 24. *num. penult.* Petr. Gregor. *de iur. vniuerſ. part.* 3. *lib.* 33. *cap.* 23. *num.* 10. Spin. *de teſtam. gloſſ.* 2. *num.* 38. Ioan. Gutierr. *de iurament. confirmat.* 2. *part. cap.* 4. *num.* 1. Ioan. Garc. *de expenſ. cap.* 8. *numer.* 4. Ioann. Yañez Parlad. *quotid. differ. different.* 66. §. 2. *à num.* 1. & §. 3. *à num.* 1. Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 12. Pat. Dian. *dict. tract.* 3. *reſolut.* 108. Pat. Fragoſ. *vbi ſupr. num.* 532. Burſat. *conſ.* 226. *num.* 110. *volum.* 3. Chryſtophor. Suelues *conſ.* 5. *numer.* 9. *part.* 1. Simanc. *de primog. lib.* 3. *cap.* 14. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 31. & *in dict. cap. Is qui* 3. *num. fin. & in ſumm. deciſ. Apoſtolicar. collectan.* 671. *num.* 7. & *in collectan. Bullar.* verbo *Sepultura*, §. 4. & *de Paroch. cap.* 26. *à num.* 31. Paſchalig. *deciſ. moral.* 401. *à num.* 1. Sperell. *deciſ.* 88. *à num.* 1. Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 44. Vrrutigoit. *num.* 62. & Don Ioan. Gonçal. de Salced. *num.* 13. *vbi infr.*

Quo equidem priuari magnum præiudicium eſt, ſicut eo frui maximum † ſo- 10 latium, *Geneſ. cap.* 46. vbi Diu. Ioann. Chryſoſt. *homil.* 66. *Authent. de Quæſtore*, §. *Hæc omnia, penult.* ibi: *Vt non ſuas Prouincias deſerentes, hic atterantur & moriantur, forſan proprijs priuati, & nequè paternis fruentis ſepulturis.* Collectan. *in cap. Quanto, de iudic.* vbi Barbat. Lambertin. *de iur. Patronat. artic.* 9. *quæſt.* 9. *princip. num.* 3. Dom. Valençuel. *conſ.* 18. *à num.* 106. Gaſpar. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 11. Barboſ. *vbi proximè*, Vrrutigoit. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 17. *à num.* 19. Dom. Bolero & Caxal *de decoct. debitor. Fiſcal, tit.* 1. *quæſt.* 8. *à numer.* 6. Pat. Pint. Ramir. *vbi infr. cap.* 49. *num.* 3. Niſi ſit filius eius, qui ob crimen † læ- 11

ſæ

ſæ Maieſtatis damnatus fuit, hic enim à maiorum ſepulchro merito excluditur, & repellitur, *l.* 1. *§. Suos*, verſic. *Interdum*, ibi: *Hoc quoque, vt nec iura ſepulchrorum hic filius habeat, ff. de ſuis & legitim. hæred.* gloſſ. *in leg. Si quis fuerit* 33. *ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Paſchalig. *deciſ. moral.* 403. *num. fin.* P. Pint. Ramirez *in ſpecileg. Sacr. cap.* 45. *numer.* 8. Sperell. *vbi proximè*, Dominus Bolero *numer.* 7.

12 *Maiores* autem dicuntur † regulariter pater, auus, & alij Superiores, *leg. Quique* 4. *§. Parentem, ff. de in ius vocand. leg. Iuriſconſultus* 10. *§. Parentes*, verſic. *Maiores, ff. de gradib. affinitat.* Barboſa *vbi infra*, & *de appellat. verbor. appel.* 137. *à numer.* 4. Aſt in caſu, de quo loquimur, parentum, id eſt patris & aui ſepulchrum
13 † intelligendum eſt, non aliorum, ſecundum communiorem ſententiam, licèt alij contrarium teneant, ad quod videndi, ſunt Emman. Rodrig. *in addit. ſumm. cap.* 130. *num.* 12. vbi reformat ea, quæ docuerat *dict.* 3. *tom. quæſt. Regular. quæſt.* 58. *artic.* 8. Villalob. & Hieronym. Rodrig. *num.* 28. *locis vbi ſupra*, Læl. Zech. *de Reipubl. Eccleſiaſtic. cap.* 28. *de Paroch. num.* 17. verſ. *Fallit.* Parlador. *dict. §.* 2. *num.* 3. Barboſa *in dict. cap.* 1. *de ſepult. num.* 3. Notandum omnino eſt, quod licet in dictis *Cap. is qui* 3. *& ſeq.* ſancitum ſit, ſepeliendum eſſe defunctum, qui non electa ſepultura deceſſit, cum ſuis maioribus, vel in Parochiali Eccleſia, id intelligendum erit taliter, vt non detur electio, ſed preciſe ſepeliri debeat in ſepulchro Maiorum, & eo deficiente, in Paro-
14 chiali Eccleſia, itaque † in eis iuribus non alternatiue id dicitur, ſed potius ſcripturæ ordo ſeruandus eſt prorſus, ita *ex cap. Si Rector* 1. 43. *diſtinct.* Ioan. Andr. & Geminian. *in dict. cap. Licet* 4. Sylueſt. *in ſumm.* verbo *Sepultura, quæſt.* 7. docet optimè Paſchalig. *dict. deciſ.* 401. *per tot.* fac. *d. cap.* 1. *de ſepultur.*

Hoc ipſum in forenſibus & aduenis decedentibus dicendum eſt, quoties ſine ſepulturæ electio e moriuntur, qui in Maiorum ſepulchris, ſi ſint, & his defi-
15 cientibus, † in Parochiali Eccleſia, vbi Sacramenta ſumebant, vel ſumere deberent, ſepeliendi ſunt, Archidiac. *in cap.* 1. *de ſepultur. in* 6. *numer.* 3. Abbas *numer.* 4. Butr. *numer.* 9. *in capit.* 1. *eod. titul. in Decretal.* Cardinal. Seraphin. *deciſ.* 1135. *à num.* 1. Ricc. *in prax. Eccleſ. deciſ.* 659. Bellet. *vbi infra numer.* 21. Lauor. *vbi ſupra à numer.* 30. Vrrutig. *dict. cap.* 17. *numer.* 173. & 178.

Hæc reſolutio ſimiliter viatores & peregrinos, per Ciuitates & loca tranſeuntes, hoſpitium non habentes, comprehendit: Hi enim † ſi decedant, in 16
Parochia, per quam tranſeuntes mortui ſunt, ſepeliri debent, ſi aliàs commode ad Maiorum ſuorum ſepulturas duci, & transferri non poſſunt, *cap. Eccleſias* 1. 13. *quæſt.* 1. *cap. vltim.* 15. *quæſt.* 1. etiam ſi illius Parochiæ Parochus † mortuo ex 17
improuiſo, Sacramenta non miniſtrauerit, vel quia opportunè repertus non fuerit, & multo magis, ſi ea ſumpſit à Parocho, Lauor. *dict. cap.* 11. *num.* 144. P. Diana *dict.* 5. *part. moral. tract.* 3. *reſol.* 113. Alexand. Sperell. *deciſ.* 87. *à numer.* 11. Cardin. Seraphin. *vbi proximè*, Hercul. Mareſcot. *variar. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 10. Samuel. *de ſepultur. Chriſtian. tractat.* 1. *diſp.* 5. *controuerſ.* 8. *concluſ.* 1. *à num.* 2. Parlador. *dict. §.* 3. *à numer.* 1. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 95. *num.* 73. Ioann. Mar. Bellet. *diſquiſit. Clerical.* 1. *part. tit. de Cleric. debitor. §.* 3. *numer.* 21. vbi ait, hanc eſſe veriorem ſententiam, Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſ. reſol.* 560. *à num.* 2. Limitat nihilominus Frat. Franciſc. Maria Samuel. *vbi proximè num.* 5. quando tranſeuntes ſine ſepulturæ electione, in Parochorum deficientia, caſu repentino decedunt, vt tunc in Cathedrali Eccleſia ſepeliantur, maximè † ſi Parochi in ſui 18
noluerint tumulare, ex Sacræ Congregationis Epiſcopor. & Regular. declaratione 5. *Iulij* 1592. iunctis Genuenſ. *in prax Archiepiſcop. Neapol. cap.* 77. Barboſa *de Paroch. dict. caſ.* 26. *num.* 35. Lauor. *vbi ſupra*, Gauant. *in manual. Epiſcop.* verbo *Sepultura, num.* 15. & ante eos id ipſum docuere Zabarell. *num.* 1. & Cardinal. Thuſc. *num.* 5. *locis vbi ſupra*, vel eiam ſi adſit † conſuetudo ſepeliendi 19
hos in Cathedrali, Sperell. *num.* 14. Lauor. *à num.* 102. *vbi proximè*, qui Sacræ Congregationis declarationem in hoc adducit, Vrrutigoit. *ſupr. num.* 173. ſicque concordabis facile Doctores ſupra relatos & alios contraria tenentes. Obiter hoc loco obſerua, quod ſi peregrinus ſine hærede deceſſerit, eius bona, ſi quæ ſunt, per aliquod tempus † aſſeruantur, dum 20
hæres aliquis illius appareat, quod ſi nullus accedat, tunc Epiſcopus illa diſtribuit iuxta deciſionem textus, *in Authent. omnes*

nes peregrini, C. commun. de ſucceſſ. vt notant Pat. Molin. *de iuſtit. & iur. tom.* 1. *diſput.* 53. Pat. Franciſc. Bard. *lib.* 2. *ſelect. moral. quæſt.* 16. Pat. Dicaſtill. *de iuſtit. lib.* 2. *tractat.* 2. *diſput.* 9. *dub.* 14. *numer.* 380. Pat. Thom. Tamburin. *ad Decalog. lib.* 8. *tractat.* 4. *cap.* 1. §. 3. *numer.* 14. Pat. Bauny 3. *part. Theolog. moral. lib.* 2. *quæſt.* 11. Borrel. *de præſt. Reg. Cathol. cap.* 14. *à num.* 51. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 10. Peregrin. *de iur. Fiſc. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 14. Ioannes Coppen. *in ſuis deciſionib.* 2. *part. quæſt.* 7. *numer. fin.* Pat. Fragoſ. *de regimin. Reipublic.* 1. *part. diſput.* 5. §. 2. *numer.* 1. Antunez de Portugal. *de donation. Reg.* 3. *part. capit.* 20. *num.* 22.

Ex quibus ſequitur, in hac materia
21 preciſe † non attendi domicilium, iuxta gloſſ. *in dict. cap. Is qui* vbi Geminian. *num.* 2. & 5. Franc. *num.* 1. & alios relatos à Pat. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 23. *ſub num.* 11. ſed præſentem tantum inſpici ſtatum, ſcilicèt vbi quis præſentialiter inuenitur, aut pro aliquo tempore habitandi & permanendi animum habet, cum ſemper intelligatur & certum
22 ſit, pro ſumendis † Sacramentis Parochum *ibidem* habere, vt probatur *ex cap. In noſtra* 10. *de ſepultur.* ibi: *Soluta Quarta Parochiali Eccleſiæ, de cuius Parochia corpora mortuorum aſſumuntur. cap. fin. de Paroch. cap. Omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſ. cap. Eccleſia, de ſepultur. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. docent latè Federic. de Senis *conſ.* 254. Menoch. *conſ.* 398. *à num.* 7. *vſque* 44. Pat. Molin. *de iuſtit. diſput.* 214. Pat. Sanchez *vbi proximè num.* 12. *& in Decalog. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 24. Salced. *ad Bernard. Diaz in prax. crim. capit.* 37. *num.* 14. Gutierr. *de matrimon. capit.* 63. *num.* 19. Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 10. *num.* 5. Seraphin. *dict. deciſ.* 1135. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 75. *num.* 18. & *cap.* 298. *num.* 15. Zeuall. *commun. contra commun. quæſt.* 458. *num.* 36. Barboſa *dict. tractat. de Paroch. cap.* 19. *numer.* 10. Pat. Molfeſ. *in ſumm. tractat.* 13. *tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 30. Lauor. *dict. tit.* 2. *cap.* 11. *à numer.* 14. & *num.* 150. & *dict. cap.* 17. *numer.* 46. Bellet. *dict. num.* 21. Sperel. *numer.* 2. Samuel. *à num.* 8. *locis vbi proximè.* Siquidem tacita ſepulturæ electio indu-
23 citur & prouenit † ex Sacramentorum perceptione, vt bene notant communiter omnes, Cardin. Seraphin. *dict. deciſ.* 1135. *num.* 3. Anton. de Butr. Abb. & Syluest. quos refert & ſequitur Cardin. Mantic. *deciſ.* 366. *num.* 6. Ricc. *in prax. ſepulturæ impreſſ. nouiſſ. reſol.* 570. *num.* 3. Vrrutig. *dict. cap.* 17. *numer.* 179. Vnum hoc loco nota, ſepulturæ electionem, quemadmodum aliam quamcumque diſpoſitionem ad pias cauſas, duobus, vel tribus teſtibus probari, *cap. Cum eſſes, de teſtam.* Genuenſ. *in prax. Archiep. Neapol. cap.* 61. *num.* 10. P. Dian. *d. tract.* 3. *reſol.* 106. Lauor. *dict. cap.* 11. *num.* 18. Molfeſ. *vbi proximè tractat.* 12. *cap.* 8. *num.* 32.

In his vero caſibus Parochus non debet plus petere & recipere pro aduenis, exteris, & tranſeuntibus ſepeliendis, quam ſolet pro ciuium † & Parochia- 24
norum cadaueribus accipere, quemadmodum reſponſum eſt à Sacra Concilij Congregatione *ſub die* 27. *Maij* 1617. vt aduertunt Barboſa *dict. cap.* 26. *num.* 83. & *de iur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 85. Samuel. *d. tract.* 1. *diſput.* 3. *controuerſ.* 4. *num.* 6. Lezana *quæſt. Regular. tom.* 2. verbo *Sepultura quoad Regulares, numer.* 13. Qui etiam docent, pauperum † corpo- 25
ra gratis Parochos ſepelire debere, ex Sacræ Congregationis Epiſcopor. & Regular. declaratione 5. *eorundem menſis & anni*, de qua Aldan. *in compend. Canonic. reſolut. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 50. Barboſa *ad Tridentin. Concil. ſeſſ.* 25. *de Reformat. capit.* 13. *num.* 34. & *de offic. Paroch. capit.* 26. *num.* 83. & *in ſumm. collectan.* 567. *num. fin.* Ioan. Sanchez *in ſelect. diſp.* 47. *num.* 18. In Vrbe Romana Confraternitas † Orationis ſeu Mortis, gratis pau- 26
peribus mortuis ſepulturam impendit, Bulla Pij Papæ IV. incip. *Diuina, pag.* 31. *tom.* 2. *Bullar. in §.* 1.

Ne aliàs in ſepulta permaneant cadauera, pœnamque ſubeant grauem, qua-
lis eſt, ſepultura † carere Eccleſiaſtica, 27
leg. Quod ſi nulla 28. *in fin.* ibi: *Ne iniuria eius videatur, quondam vxorem eius inſepultam relinqui, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Bald. *conſ.* 426. *num.* 5. *lib.* 1. Dom. Couarrub. *variar. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 10. verſic. *Ratio ſiquidem*, Dom. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 10. *ſub num.* 33. Frat. Alphonſ. de Mendoza *quæſt. quodlibet. quæſt.* 5. *pag.* 408. Cenedo *ad Decretal. collectan.* 40. *num.* 2. Paul. Fuſc. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 4. Roland. à Vall. *conſ.* 20. *à num.* 27. *volum.* 3. Azeued. *in l.* 6. *titul.* 18. *lib.* 4. *Recopilat. numer.* 9. Simanc. *de Catholic. inſtit. cap.* 18. *numer.* 9. Anton. Scappo *de iur. non ſcripto lib.* 3.

cap.

cap. 99. *à princ.* Vrrutigoit. *d. cap.* 17. *numer.* 234.

Ecclesiastica enim sepultura Christianorum defunctorum est requies, in qua
28 † mitius ab spiritibus immundis vexantur cadauera, gloss. *in cap. Cum grauia* 17. verbo *Sepeliantur* 13. *quæst.* 2. Fusc. *dict. cap.* 25. *num.* 5. vbi id tradit ex Diu. Antonin. Simon. Stral. Volcius *in Breuiar. iur. Pontific. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 2. Vrrutigoit. *vbi proximè num.* 120. Ideòque fi-
29 delium sepultura † dicitur fauorabilis,
30 expedireque Reipublicæ † sepelire defunctos, Lanfranc. Zachia *de salario, cap.* 75. *num.* 17. Medic. *de sepultur.* 2. *part. quæst.* 5. *num.* 4. Ioann. Francisc. del Castillo *decis.* 103. *à num.* 9. Lara *de Capellan. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 26. Petr. Surd. *decis.* 255. *num.* 9. & 26. vbi dicit, quod non minus interest Reipublicæ, homines conseruari viuentes, quam mortuos sepeliri, Barbosa *in rubric. ad titul. de sepult. ante fin.* Lezana *tom.* 4. *consult.* 52. *numer.* 46. Gratian. *vbi supr. cap.* 94. *nnm.* 15. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 17. *num.* 15. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæsito* 11. *numer.* 1916. Vela *de delict. cap.* 21. *num.* 4. Mastrill. *decis.* 203. *à num.* 10. Dom. Bolero *vbi supr. tit.* 5. *quæst.* 2. *num.* 13. Simon. Barbos. *in repertor.* verbo *Vita*, versic. *Viuentes*, Vrrutigoit. *loco citat. numer.* 1. Don Ioann. Gonçalez de Salced. *in allegat. iur. pro Fisco Sanctæ Inquisit. super pœna confiscat. bonor. reo pro delicto hæresis post mortem damnato competent. art.* 1. *num.* 200. Yranço *de protestat. in apparat. num.* 5. & ante eos, hoc ipsum docuere, Bald. *in l. fin. Cod. de negot. gest.* Casan. *in Catalog. glor. mund. part.* 2. *consider.* 5. versic. *Apud Hebræos*, Volcius *vbi supr.* Florian. Dulphus *de sepultur. capit.* 2. *numer.* 10.

Quasi itaque à natura † indicta est
31 humanis pectoribus singularis hæc pietas & miseratio erga defunctos, ex ratione, quam adduxit Diu. Augustin. *sermon.* 1. *de consolat. mortuor.* ibi: *Iacet corpus exani-*
32 *me* † *ac gelidum, homo sine homine, cadauer sine spiritu; acclamatur, nec respondet, vocatur, & non exaudit, deperditis vitalibus functionibus, qui fuit, non est, nemo suorum adiuuat, nec ipse auxilium postulare potest, quam ob causam nos eo magis commoueri, æquum est. Potest enim qui fame, aut siti laborat, vel ex puteo, vel ex profluente recreari, qui nudus est, foliis vestes contexere, qui ægrotat, maiorem in alijs miseriam cogitando, se consolari, & captiuus in captiuitate, & peregrinus sub frigido Cælo, respirat, at mortuus, cum anima, sensuque careat, nec quo se vertat, nec quid imploret amplius, nec vim habet implorandi. Nihil mirum igitur si in sita natura in humanis pectoribus singularis erga defunctos pietas ac miseratio.* referuntur hæc verba ab Vrrutig. *d. cap.* 17. *num.* 41. optimè Lactant. *lib.* 6. *Diuin. Instit. cap.* 12.

Clericus verò viator, non electa † 33
sepultura decedens, de iure in Cathedrali debet sepeliri, Anton. de Butr. *in dict. cap.* 1. *de sepultur. in* 6. Boer. *decis.* 175. *à num.* 5. vbi agit de Religioso, in itinere vel Hospitali decedente, qui † debet 34
ad Ecclesiam sui ordinis deferri, si id commode exequi possit, Pat. Sanchez *vbi infrà*, Mancinus *in tract. de infirm. in ordin. ad sepultur. disput.* 11. Sperell. *dict. decis.* 87. *num.* 15. Bellet. *d. §.* 3. *num.* 39. Pat. Pellizzar. *in manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 128. Quemadmodum Beneficiatus Cathedralis debet † in ea sepe- 35
liri, licet in alia Parochia viuat, Fusc. *dict. cap.* 25. *num.* 12. Tondut. *resolut. benefic.* 1. *part. cap.* 114. *num.* 14. Vrrutigoit. *dict. cap.* 17. *num.* 16. Bellet. *d. §.* 3. *à num.* 9. & 5. quærit, cuius expensis † funus exe- 36
quendum sit.

Aduertendum tamen est, Religiosum extra Monasterium decedentem, si ad illud commode deferri non possit, valere sibi eligere † sepulturam, ex præsump- 37
ta Superioris licentia, gloss. *in cap. fin. de sepultur. in* 6. vbi Canonistæ omnes, Rodrig. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 60. *art.* 2. versic. *Aduertendum tamen est.* Ricc. *in prax. for. Ecclesiastic. resolut.* 293. *num.* 39. Pat. Sanchez *in Decalog. lib.* 6. *capit.* 14. *num.* 3. Lauor. *d. cap.* 11. *numer.* 93. Barbosa *in cap. Cum liberum, de sepultur. num.* 5. & *in d. cap. fin. num.* 1. *cum seqq.* & *d. cap.* 26. *de Parochi. num.* 30. Laym. *Theolog. moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 9. *numer.* 6. Hieronym. Rodrig. *in compend. resolut.* 128. *num.* 16. Pat. Dian. *d.* 5. *part. Moral. tract.* 3. *resol.* 110. Narbon. *de ætat. ad omnes actus requisit. ann.* 14. *quæst.* 47. *num.* 5. Paschalig. *decis.* 382. *à num.* 3. vbi *num.* 4. id probare conatur *ex dict. cap. fin.* vbi exceptio ad hunc † casum videtur 38
adiecta, cum regula illius capitis sit in contrarium, vt notant Innoc. *in cap. Nimis iniqua, de excess. Prælator. n.* 2. Franc. *in d. cap. fin. num.* 3. vbi Dominic. *num.* 4. quos refert ipse Paschalig. *num.* 2. & *decis.*

seq.

ſeq. Sanchez *vbi proximè*, fac. *gloſs. in leg. Omnis definitio, ff. de regul. iur. & in rubric. de regul. iur. in 6.* Bald. *in leg. Si tutor, in fin. Cod. de ſeru. pignor. dat. manum.* Surd. *conſ.* 180. *à num.* 9. *& deciſ.* 3. *numer.* 4. Grammat. *conſ. ciuil.* 32. *num. fin.* Domin. Valençuel. *conſ.* 97. *numer.* 217. aſſerentes, regulæ ſtandum eſſe, dum non conſtat de limitatione, & ſpeciali diſpoſitione.

Quando autem Religioſus ita decedens ad propriam Regularem Eccleſiam deferri poteſt, id exequendum erit,
39 etiam † Parochis inconſultis, ita cenſuit Sacra Concilij Congregatio *ſub die 2. Iulij* 1620. de qua Laurent. Peyrin. *tom. 2. de priu. in Conſtitut. 7. Pij V. num.* verſic. *Ad decimum*, Pat. Dian. *d. reſolut.* 13. 110. Barboſa *in d. cap. fin. de ſepultur. in 6. num.* 3. Bellet. *d. num.* 39. Gauant. *vbi ſupr.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis in addit. num.* 10. Pat. Pellizzar. *d. tractat.* 8. *cap.* 5. *num.* 137. *qui num.* 126. aduer-
40 tit, Prælatum Regularem † intra Ordinem, poſſe ſibi eligere ſepulturam, quia quoad hoc videtur habere velle, & nolle, *d. cap. fin.* Emmanuel. Rodriguez *dict. quæſt.* 60. *art.* 1. Samuel. *d. tract.* 1. *diſput.* 4. *controu.* 8. *à numer.* 1. Pat. Bordon. *tom.* 2. *reſol.* 51. *num.* 158.

Vxor etiam non electa ſepultura
41 decedens, in ſepulchro † mariti ſepelienda eſt, Abbas *in cap. De vxore, num.* 6. *de ſepultur.* Bertachin. *in dictionar.* verbo *Sepultura, numer.* 9. plures apud Bobadilla *in politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 146. Pat. Fragoſ. *vbi ſupr. numer.* 530. *in fin.* Bellet. *d. §.* 3. *num.* 10. & 16. Si autem
42 multos meritos habuerit, in ſepulchro † vltimi ſepeliri debet, *dict. capit. Is qui* 3. *§. Mulier, de ſepultur. in* 6. Ioann. Andr. & Archidiacon. *ibidem.* Iul. Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 136. *cum ſequentibus.* Ricc. *dict. reſolut.* 293. *num.* 11. Parlador. *d. §.* 3. *numer.* 8. Pat. Dian. *dict. tractat.* 3. *reſolut.* 108. Molfeſ. *d. tractat.* 13. *cap.* 8. *numer.* 22. Barboſa *in d. §. Mulier, numer.* 7. *& ſequenti, & in d. capit. De vxore* 7. *num.* 3. *& de Parroch. d. capit.* 26. *numer.* 29. Nouar. *de election. for. quæſt.* 3. *ſect.* 3. & alij
43 *ſupra.* Etiamſi vidua, ad domum † patris fuerit reuerſa, quia hoc priuilegium perſonæ, non loco, datur, & mulier vidua in
44 coniugio † mariti durare cenſetur, *Authent. de nupt. §. Soluto*, Abbas *vbi proximè, numer.* 6. Geminian. *in d. §. Mulier, à numer.* 3. vbi Franc. *numer.* 2. Sylueſt. *vbi ſupra*, verbo *Sepultura, ſub numer.* 8. verſic. *Quæritur*, Pat. Molina *d. diſput.* 214. verſicul. *Sicut vir*, Petr. Caball. *conſil.* 125. *à numer.* 10. Scipio Rouit. *deciſ.* 75. *numer.* 10. Capic. Galeot. *lib.* 1. *controuerſ.* 13. *numer.* 29. Donat. Anton. de Marinis *reſolut. iur. lib.* 2. *capit.* 250. *à numer.* 5. Sperell. *deciſ.* 88. *à numer.* 13. qui præter aliam, aſsignat rationem, quia vidua domicilium adhuc & dignitatem † retinet mariti, *leg. Filij* 22. *§. Vidua* 45 *mulier amiſsi mariti domicilium retinet, ff. ad municipal.* vbi gloſſ. & Barthol. *leg. fin. Codic. de bonis matern.* vbi Pinell. *num.* 4. Ioann. Igneus *in leg.* 1. *§. Si vir, ff. ad Senat. Conſult. Syllan. numer.* 82. Cagnol. *in leg. Cum quædam puella, à numer.* 5. *ff. de iuriſd. omnium iudicum*, Roland. *conſ.* 86. *à numer.* 3. *lib.* 2. Anton. Capic. *deciſ.* 129.

Vnde Regina, poſt Regis obitum, nomen & dignitatem Reginæ † non 46
mittit, vt in punct. ex Sylueſt. *vbi proximè ſub numer.* 18, verſicul. *Quinto*, aduertunt Tiraquell. Roland. Flamin. Rub. Abb. Maſtrill. & alij apud Cyriac. *controuerſ.* 401. *numer.* 72. Dominus Olea *de ceſſion. iur. tit.* 3. *quæſt.* 1. *numer.* 29. Dominus Salced. *in examin. veritat. aduerſus Gallicos conatus, tractat.* 2. *§.* 5. *verſic.* 1. *numer.* 31. & probant optimè †. 47
iura *in leg. fin. Codic. de incol. lib.* 10. *leg Mulieres* 13. *Cod. de dignitat. lib.* 12. *leg. Quoties* 2. vbi Barthol. *Codic. de priuileg. Scholar. eodem lib. leg. Fœminæ, ff. de Senator. l.* 7. *tit.* 2. *part.* 4. vbi Dominus Gregor. Lopez *gloſſ.* 18. gloſſ. *in d. §. Vidua*, Ioann. de Platea *in d. leg. Mulieres*, & *in l.* 1. *Codic. de mulieribus*, & *in quo loco lib.* 10. & *in leg. fin. Codic. de agentibus in rebus, lib.* 11. Rebuff. *in l. Sacris, Cod. de proxim. Sacror. Scrinior. lib.* 12. & *in dict. leg. Quoties.* Bald. *in l.* 2. *Cod. de Epiſcop. & Cleric.* qui ita accipit *dict. leg. Mulieres, & in leg. Voluntas, Codic. de fideicom.* Angel. & Caſtrenſ, *in dict. leg. Cum quædam puella*, Guid. Pap. *deciſ.* 379. *& ſequenti*, Ægid. Thomat. *de collect.* verſicul. *Medici, numer.* 15. *& ſequenti.* Qui docent, viduas maritorum priuilegia retinere, quæ ſemper, dum in viduitate permanent, eorum † radijs & dignitate 48
coruſcant, ſicut nobilitabantur in illorum vita *d. l. Mulieres*, Adde Barthol. *in leg. fin. Codic. de verborum ſignificatione, numer.* 2. Petr. Barboſa *in leg. Quia tale, poſt num.* 23. *& à num.* 28. *ff. ſolut. matrim.*

Guid. Pap. *decis.* 349. Anton. Capic. *dict. decis.* 129. *num.* 8. Emmanuel. Barbos. *in l.* 2. *tit.* 59. *§.* 15. *num.* 1. *Ordination. Lusitan.* Caued. *decis.* 98. *& decis.* 213. Giurb. *ad Messanens.* 1. *part. cap.* 1. *gloss.* 1. *à num.* 52. Dominus Vega *in cap. Ex tenore* 11. *de for. competent. num.* 18. Capic. Galeota *dict. controuers.* 13. *à num.* 29. & *controu.* 55. Otalor. *de nobilitat.* 4. *part. cap.* 8. *numer.* 1. Narbon. *in l.* 9. *tit.* 16. *lib.* 3. *Recopilat. gloss.* 9. *à num.* 10. Cyriac. *controuers.* 21. *num.* 08. Domin. Amaya *in dict. l. fin. Cod. de incol. à num.* 24. amicus meus Don Petr. Herraiz Gualdon, Matritensis Aduocat. *in allegation. iur. pro Domna Maria Ludouica Ximenez de Araguez, cum Don Francisco Ladron de Gueuara, num.* 59. Pichard. *de nobilitat. communicand. ad l.* 3. *& 7. Cod. de murilegal. lib.* 11. vbi plenè qui *num.* 64. tradit quando maritus vi-
49 duus † immunitatis priuilegio ex persona vxoris præmortuæ gaudeat, videndi Azeued. *consil.* 17. *num.* 6. & Giurb. *obseru.* 18. *num.* 7. *& de feud. §.* 2. *gloss.* 13. *num.* 91. Cyriac. *controu.* 401. *num.* 72. Galeot. *dict. lib.* 1. *controu.* 51. *num.* 33. & alij apud Pegas *ad Ordinat. Portugal. tom.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 49. *num.* 45.

An autem, & quando virorum priuilegijs gaudeant vxores, viduæ etiam
50 constitutæ † quoad forum, traditur *in l. penult. Cod. de fabricensib. lib.* 10. *l. Nec diuersa, Cod. de silentiar. lib.* 12. videndi sunt ad hoc, Vincent. de Franch. *decis.* 363. vbi *Addentes*, Petr. Surd. *decis.* 330. Ossasc. *decis.* 30. *num.* 14. Milanens. *decis.* 9. *lib.* 2. Cyriac. *dict. controuers.* 21. *numer.* 21. *& controuers.* 273. *à num.* 13. Grass. *de effectib. Clericat. effect.* 1. *num.* 155. Domin. Amaya *in dict. leg. fin.* Escacial. *de priuileg. quæst.* 14. Ferret. *cons.* 167. *num.* 5. Nouar. *vbi supr. quæst.* 47. *num.* 10. Pareja *de instrument. edit. tit.* 2. *resol.* 6. *inspect.* 6. vbi latè, Marin. & Domin. Olea *locis citatis*, & alij adducti *supra*. Quod omne ex eo prouenit, quia vxor per matrimonium, proprium domicilium amittit, virique sortitur originem, naturalitatem & forum, verè & propriè, effici-
51 turque cum marito, † vna domus, familia, & vnum corpus, *dict. l.* 1. *§. Si vir, ff. ad Senat. Consult. Syllan.* ibi: *Sed quia commista familia, & vna domus est, l.* 1. *ff. rerum amotar.* illic: *Quia societas vitæ quodammodo dominam eam faceret, dict. leg. Mulieres* 13. *Codic. de dignitatib. leg. Aduersus* 4. *Codic. de crimin. expilat. hæred. Aduersus vxorem* (inquit Gordianus Imperator) *quæ socia rei humanæ, atque Diuinæ Domus suscipitur, &c. i. Ea quæ* 32. vbi glossa, *ff. ad municip. capit. Debitum.* 5. *de bigam. cap. Illud* 11. *in fin. de præsumption. capit. Hæc imago* 33. *quæst.* 5. *§. Nuptiæ, Institut. de patr. potestat.* Bald. *in leg. Exigere dotem, numer.* 3. *ff. de iudic. & consil.* 418. 439. *lib.* 4. *& consil.* 64. *numer.* 2. *consil.* 100. *lib.* 5. *& in leg.* 2. *Codic. vt in possession. legator. numer.* 7. Barthol. *in dict. leg. Cum quidam puella, numer.* 2. *& in leg. Senatores, numer.* 1. *de Senator. & in leg. Origine, numer.* 1. *Codic. de municipib. lib.* 10. vbi gloss. *in princ.* Roman. *singul.* 665. glossa *in dict. l. Exigere dotem, & in l. Ciues, Cod. de incol. lib.* 10. vbi Angel. Platea, & alij, Tiraquel. *ad l.* 1. *connub. gloss.* 1. *part.* 1. *à num.* 28. Dueñas *regul.* 377. Ioann. Gratian. *regul.* 499. Immol. *consil.* 64. *numer.* 3. *& consil.* 74. *numer.* 6. Roland. *consil.* 79. *numer.* 28. *lib.* 3. Cephal. *consil.* 13. *numer.* 48. Gratus *consil.* 113. *lib.* 2. Bernard. Græu. *ad practic. Camer. Imperial. lib.* 2. *conclus.* 30. *considerat.* 1. Petr. Barbos. *in dict. leg. Exigere dotem, à numer.* 13. Ancharran. Iunior. *quæst. familiar. capit.* 9. *à numer.* 9. Caualcan. *decis.* 42. *à numer.* 46. *part.* 1. Thesaur. *decis.* 123. Augustin. Barbos. *in dict. capit. Is qui, §. Mulier, in fin.* Galeota *vbi suprà*, Pegas *ad Ordination. Portugal. tom.* 3. *lib.* 1. *titul.* 31. *gloss.* 3. *numer.* 3. pro illustratione † & exornatione huius materiæ videndi 52
sunt Cornel. Tacit. *lib.* 3. *annal. ad med. pag. mihi* 65. illic: *Male eripi maritis consortia rerum secundarumque aduersarumque*, Dionis. Halicarnas. *Romanar. antiquitat. lib.* 2. *ante med. pag. mihi* 51. *& sequenti*, ibi: *Mulierem nuptam, quæ ex sacratis legibus in manum mariti conueniisset, cum eo, omnium, & bonorum, & Sacrorum participem esse.* Vbi Numæ Pompilij legem refert, ita dicentem: *Si Pater permiserit filio vxorem ducere, quæ ex legibus particeps sit, & sacrorum, & bonorum, &c.* Annot. *in Tit. Liuium, lib.* 39. verbo *Gentis enuptio, pagin. mihi* 103. apud Godelæuum. Valer. Maxim. *lib.* 11. *cap.* 1. *num.* 6. Iacob. Cujac. *in l. Si quis legatum* 6. *ff. ad leg. Corn de falsis.* Maximil. Faust. *in cons. pro ærar. class.* 4. *ordin.* 281. *ante fin.* Re-

buff. *in proœm. concordat.* verbo *Domini*, Oſſuald. *ad Donell. lib.* 13. *commentar. cap.* 18. *liter. B. & ſequentibus*, maximè *liter H.* Rebard. *lib.* 2. *coniectur. cap.* 11. Baſil. Ponce *de matrimon. lib.* 1. *cap.* 2. *à num.* 3. Giurb. *ad Meßanenſ. cap.* 1. *gloſſ.* 6. *à num.* 1. *cum ſequentibus*, vbi plenè, Domin. Salced. *vbi ſupr. tractat.* 1. *§.* 7. *à num.* 18. *pag.* 115. Dom. D. Martin de Larriatigui, Valliſoletanus Fiſcalis, *in allegat. iur. contra Marianam Hernandez, ſub num.* 36. Dom. D. Garcias de Porras & Silva *in allegat. iur. pro Marchion. de Cañete, ſuper maioratu inſtituto per Don Gutierrez de Cardenas, num.* 915. & tradita *infrà Cap.* 100. *à num.* 67.

53 Quoad domicilium item procedit quod dictum eſt, etiam antequam † vxor ad viri domum ducta fuerit, vt benè notat *ex dict. l. Ea quæ* 32. Riec. *deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.* 181. *num.* 3. *part.* 3. Marin. *reſolut. iur. lib.* 1. *cap.* 22. *à numer.* 6. cum præſtito conſenſu ac celebratis nuptijs, virum in omnibus ſequi teneatur ſponſa, tanquam † ipſius caput, Diu. Paul. *ad Epheſ.* 5. *&* 1. *ad Corinth.* 11. *cap. Vnaquæque* 3. 13. *quæſt.* 2. *dict. cap. Hæc imago* 13. *cum ſequentibus* 33. *quæſt.* 5. gloſſ. *in cap. Cum caput, & cap. fin. eod. cauſa, & quæſt.* gloſſ. *in cap.* 2. *de coniug. leproſ.* Gutierr. *de matrimon. cap.* 23. cum alijs; adde tradita *ſupr. Cap.* 52. *à num.* 7. Maritus verò vxoris domicilium & forum nunquam † ſequi vel retinere poteſt, iuxta notata *in dict. l. Exipere dotem*, Galeot. *vbi ſupr. controu.* 55. *num.* 12.

Hæc autem quæ dicta ſunt de mulieribus viduis, & in poteſtate maritorum exiſtentibus, procedunt, vt dixi, quando nulla electa ſepultura decedunt, ſecus vero eſt quando eam ſibi eligunt, hoc enim caſu in loco electo debent ſepeliri, cum libere † valeant vbique humari, ſecundum propriam voluntatem, & diſpoſitionem, *dict. cap. De vxore* 7. vbi omnes id obſeruant, Spin. *dict. gloſſ.* 2. *princip. num.* 41. Parlador. *vbi ſupr. §.* 1. *num.* 3. Læl. Zech. *dict. cap.* 28. *de Paroch. num.* 17. verſic. *Fallit, propè fin.* Bellet. *dict. §.* 3. *num.* 15. Sperell. *dict. deciſ.* 88. *num.* 18.

57 Quemadmodum quiuis † alius, in ætate legitima conſtitutus, etiam extra propriam patriam, & domicilium, gloſſa *in dict. cap.* 1. *de ſepultur.* ſalua ſemper † Canonica portione, Parochiali 58
Eccleſiæ debita, *dict. cap. De his* 4. *eodem tit. cap. fin. eod. in* 6. *Clementin. Dudum, §. Verum eod.* & eſt communis ſententia, de qua Bonacin. *de ſepultur. propoſit.* 2. *num.* 6. Fuſc. *vbi ſupr. lib.* 1. *cap.* 25. *numer.* 7. Parlador. *dict. §.* 1. *à princip.* Par. Fragoſ. *dict. §.* 17. *à num.* 530. Frat. Hyacinth. Donat. *rerum Regular. tom.* 2. *part.* 4. *tractat.* 13. *quæſt.* 21. *à num.* 1. Farinac. *deciſ.* 508. *num.* 2. *part.* 1. *in poſthum.* Bellet. *vbi proximè, num.* 13. Moez de Yturbide *in cap.* 1. *de pact. in* 6. *num.* 3. Vrrutigoit. *dict. cap.* 17. *à num.* 194. & alij *ſupra.*

Dixi, *in ætate legitima conſtitutus*, quia licet *dict. cap. de Vxore* 7. *§. Vtrùm*, conſuetudini locorum relinquat, an pater valeat † minoribus filijs eligere ſe- 59
pulturam: *Vtrùm autem*, inquit, *pater quo magis voluerit, minores filios valeat ſepeliri, non inuenimus à Sanctis Patribus diffinitum, & propterea terræ conſuetudini decernimus relinquendum, cap. Licet* 4. *eodem titul. in* 6. Hodie iam communis praxis tenet, patrem † recte impuberi 60
filio, ante ipſius obitum, ſepulturam eligere, ita exponunt & docent Sylveſt. *dict.* verbo *Sepultura, §.* 1. Nauarr. *conſil.* 1. aliàs 2. *de ſepultur.* Petr. de Vbald. *de Canonic. portion. Epiſcop. capit.* 11. *in fin.* Parlador. *dict. §.* 1. *numer.* 14. Sebaſtian. Medic. *de ſepultur. quæſtion.* 8. Gratian. *dict. cap.* 94. *num.* 79. Barboſ. *in dict. cap. De vxore* 7. *à num.* 6. *& in cap.* 1. *num. fin. eod. tit. & in dict. cap. Licet, num.* 4. & *de Paroch. dict. cap.* 26. *num.* 28. & *in ſumm. deciſion. collectan.* 671. *num.* 6. & 14. & *in collectan. Bullar.*, verbo *Sepultura*, *§.* 3. Bellet. *dict. §.* 3. *numer.* 17. Lauor. *dict. cap.* 11. *num.* 118. Sperell. *deciſ.* 89. *à numer.* 2. *cum ſequentibus*, Dominus Bolero Caxal *dict. quæſt.* 8. *numer.* 7. maximè ſtante Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium declaratione, *ſub die* 27. *Octobris* 1587. qua dictum fuit, poſſe patrem eligere ſepulturam filijs minoribus, dummodo dicta electio fiat in vita, non † autem poſt mortem filiorum, 61
de qua mentio extat apud Lauor. *dicto numer.* 18. Barboſa *in dict. cap. de Vxore, num. fin.* Sperell. *vbi proximè, num.* 5. *in fin.* vbi aliam reſcriptionem in vna Montis Pelutij 6. *Iunij* 1659. nouiſsime factam, refert P. Pelliz. *d. cap.* 5. *n.* 144. *in fin.* vbi ita deciſum ab eadem Sacra

Con-

Congregatione *die* 20. *Ianuarij* 1640. ait. Alia declaratio extat 8. *Maij* 1643. apud Samuel. *dict. tractat.* 1. *disput.* 4. *controuers.* 13. *numer.* 7. in hæc verba:

62 *Et insuper* † *parentibus licere in quauis Ecclesia, etiam Regularium, suos filios minores, qui ad annos pubertatis non peruenerunt, sepeliri, nec a Parochis impediri posse.*

Addit benè Sperell. *vbi proximè à numer.* 6. praxim, obseruantiam, & dispositionem iam allatam, maximè *ex dict. cap.*

63 *Licet* 4. extendendam esse † etiam ad Matrem, *vt ibidem* gloss. Innoc. Gemin. *num.* 4. & Franc. *num.* 3. tradunt, Armill. *in summ.* verbo *Sepultura, num.* 8. Angel. *num.* 9. Pater Molina *dict. disputat.* 214. verbo *Pater eligere*, Emman. Saà. *in aphorism. confess.* verbo *Sepultura, num.* 11. Layman *in oper. moral. titul. de sepultur. num.* 15. Lauor. *dict. cap.* 11. *num.* 19.

64 Cum hæc electio respectu patris, † non pendeat à patria potestate, vt credebant Vbald. *dict. cap.* 11. *num.* 8. Genuens. *in prax. cap.* 76. *num.* 4. Rodriguez *d. quæst.* 60. *artic.* 1. adde Ricc. *in prax. rer. quotid. decis.* 666. ideò eam matri, ex defectu talis potestatis, negant, sed à consue-

65 tudine † legitimè introducta, vt patet in iuribus iam adductis, quæ æqualiter hoc ius matri, ac patri tribuere & indulgere potest, vt Doctores *supra* citati fundant &

66 exornant. Aduertens rursus Sperellus, *à num.* 11. Sepulturæ † electionem esse quid spirituale, vel spiritualitati annexum, *cap. Questa* 12. *cum tribus seqq.* 13. *quæst.* 2. *cap. Sciam, de simon.* Fusc. *vbi supr. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 12. aut quoddam

67 accessorium † ad Officium Diuinum, quod circa cadauer fit, Diuus Antonin. 3. *part. summ. tit.* 27. *de interdict. cap.* 4. Syluest. verbo *Interdictum* 5. *quæst.* 8. *numer.* 10. Pater Auila *de censur.* 4. *part. disput.* 1. *sect.* 3. *dub.* 4. Pater Henriq. *lib.* 13. *de interdict. cap.* 24. §. 7. Bonacin. *de censur. disput.* 5. *punct.* 5. *num.* 6. Donat. *vbi supra*, 1. *part. tractat.* 6. *quæst.* 16. *num.* 3.

68 qui docent † ideò, posse in loco Sacro sepeliri, qui Diuinis his vacare possunt, ad quod non extenditur patria potestas,

69 quæ cum † sit à iure ciuili inducta, §. *Ius autem, Instit. de patr. potestat. l. Nam ciuium* 4. *ff. de his qui sunt sui.* Annot. *in Liuium, lib.* 6. verbo *Duobus ingenuis, pagin.* 69. apud Godeleuæum. latè Osswald. *ad Donell. lib.* 2. *capit.* 20. *liter. B.* & mox *tradend.* in spiritualibus † non consideratur, neque attenditur, *cap. fin. in fin. de iudic. in* 6. Abbas *in cap. Cum voluntate, de sentent. excommun. num.* 8. Gratian. *vbi supra, cap.* 77. *num.* 10. cum alijs Sperell. *num.* 12. Lauor. *num.* 100. *locis vbi proximè*, Pater Sanchez *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 6. vbi merito reprehendit Rodrig. aliter sentientem, sicut Sperel. Patrem Molin. *à num.* 4. 70

Ex quibus sequitur, Patrem filio puberi; Fratrem fratri, Tutorem, & Curatorem minori; Amicum amico posse sepulturam eligere, si ad id adsit legitima † consuetudo, non aliter, facit *l.* 3. *tit.* 13. *part.* 1. ibi: *Cà los parientes deben soterrar à su pariente, è fazerle honra en su sepultura, è los amigos à su amigo*, Vbald. *dict. cap.* 11. *num.* 5. Ioann. Assin. *in leg. Familiaria sepulchra, ff. de Religios. & sumptib. funer.* Medicis *dict. quæst.* 8. Francisc. Bursat. *dict. consil.* 226. *numer.* 118. Ricc. *in prax. for. Eccles. resol.* 567. *part.* 1. Gratian. *dict. cap.* 94. Pater Diana *dict.* 5. *part. tract.* 3. *resolut.* 108. *in fin.* Barbosa *in dict. cap.* 1. *num. fin. de sepultur.* Bellet. *dict.* §. 3. *num.* 18. Sperell. *vbi proximè, numer.* 16. Dominus Bolero & Caxal *vbi supr. sub num.* 7. Paschalig. *decis.* 395. *à num.* 1. vbi *num.* 2. secluſa quacumque † consuetudine, quo ad tutorem tenet contrarium, scilicèt, vt possit semper minori eligere sepulturam, ex eo quod loco patris † habeatur, ad text. *in l. Tutor qui* 28. *ff. de administration. tutor. l. Qui fundum* 7. §. *Si tutor, ff. pro emptor.* vbi Paul. Castrens. *leg. Is qui in puteum* 11. §. *Si tutoris, in fin. ff. quod vi aut clam. leg. Ad ea, ff. de regulis iuris*, Donell. *lib.* 3. *comment. cap.* 12. vbi Osswald. *liter. C.* latè Gutierrez *de tutel. capit.* 1. *à num.* 5. cum alijs passim, sed non puto, à communi sententia esse recedendum. 71 72 73

Apud Nos verò tutorum, vel curatorem, eligere, & nominare posse *Militem*, vulgo *Escudero*, nomine minoris † Commendatarij, decidit Regia Schedula 10. *Nouembris* 1578. *tom.* 2. *impress. pagin.* 256. ibi: *Tauiendose visto por los de el nuestro Consejo de las Indias, porque nuestra voluntad es, que no se les haga, antes sean releuados de semejantes costas, por la presente declaramos, y mandamos, que de aqui adelante, quando acaeciere lo suso dicho, pueda el Tutor,* 74

ò Curador de el hijo que aſsi quedare de el dicho Encomendero, nombrar el Eſcudero que ha de cumplir con ſu vezindad, y las demas cargas, à que ſen obligados los que tienen los Indios encomendados. Y aſsimiſmo mandamos al nueſtro Viſorrey de las dichas Prouincias, ò à la perſona, ò perſonas à cuyo cargo es, ò adelante fuere el gouierno dellas, que ſiendo los Eſcuderos que anſi nombraren los dichos Tutores, y Curadores ſuficientes † para cumplir con la dicha vezindad, y cargas, no los quiten, ni remueuan, ni ſe entrometan à ſeñalarles ſalario, porque anſi es nueſtra voluntad.

† 75

SVMMARIVM.

1 CVique licet ſibi in Regularium Eccleſijs eligere ſepulturam, ſalua iuſtitia Parochiæ, etiam de iure Indiarum. & num. 4. 41.

2 Clementina Dudum, §. Huiuſmodi, de ſepultur. an ad omnes Regulares extendatur?

3 Pius Papa V. ad omnes Regularos huiuſmodi priuilegium extendit.

3 Innoc. Papa IV. Minoribus idem conceſſerat.

6 Honor. Papa III. Prædicatorum Ordini primo id indulſit.

7 Hoc iam non eſt priuilegium, ſed ius commune.

8 In Regularium Eccleſijs frequenter celebrantur Diuina Officia,

9 Sed frequentius in Cathedralibus, ſecundum Vrrutig.

10 Regularibus competit officium ſuper cadauere agere, quoties apud eos ſepelitur defunctus. & num. 11. 12. 21. 32. 36. 51. 52.

13 Regulares, irrequiſito Parocho, cadauere leuare non poſſunt. & numer. 23. 29. 30. 55.

14 Concilium Lateranenſe III. in hoc adducitur.

15 Familiares Regularium intra clauſtra decedentes poſſunt ſine Parocho ſepeliri.

16 Item quando quoad alios adeſt legitima conſuetudo. & num. 23. 25.

17 Et quando requiſitus Parochus expreſſe venire recuſat. & numer. 24. 33. 34. 56.

18 Quando Parochus non interuenit, non debentur emolumenta, pro aſſociatione ſolui ſolita.

19 Parochus eſt ſemper vocandus, vt vſque ad Eccleſias Regularium aſſociationi interueniat. & num. 20. 31.

22 Declaratio Sacræ Congregationis ad præcedentia, ad literam affertur.

26 Conſuetudo poteſt inducere, quod poteſt priuilegium Apoſtolicum.

27 Apoſtolicum priuilegium poteſt inducere, vt cadauer ſine Parocho Regulares leuent.

28 Declaratio Cardinalis Iulij Sacheti, Legati à Latere, ad hanc materiam adducitur.

33 Regulares corpora defunctorum recta via poſſunt ad ſuas Eccleſias deferre, non per Parochiam. & numer. 55.

37 Parochus non poteſt petere tot Miſſas celebrandas in Parochia, quot in Eccleſijs Regularium recitandæ ſunt, nec tot Clericos interuenire, quot Regulares. & num. 38. 53. 54.

39 Quarta Funeralium tantum eſt ſoluenda Parochiæ.

40 Regulares Ordinis Prædicatorum poſſunt cum Cruce intrare Parochias, ad leuanda cadauera, vbi id conſuetum eſt.

42 Parochus non poteſt maiorem eleemoſynam exigere ab ijs, qui in Regularium Eccleſijs ſepeliuntur, quam ab his qui in Parochia humantur, ſub excommunicationis pœna.

43 Clem. VIII. Paul. V. Vrban. VIII. & Innocent. X. ſuper hoc Bullas ediderunt.

44 Excommunicatio hæc, licet contra Parochos Indiarum impoſita ſit, ad alios etiam extenditur. & numer. 46.

45 Sanctio hæc eſt declaratoria iuris Canonici.

47 Declarationes Sacræ Congregationis 7. Decembris 1640. & alia anni 1641. adducuntur. & numer. 48.

49 Parochus non poteſt petere maiorem eleemoſynam, quando in Cathedrali eligitur ſepultura.

50 Decretum Auditoris Cameræ Apoſto-

ſtolicæ ad præcedentia traditur.

57 *Auditoris Cameræ Apoſtolicæ ſumma eſt iuriſdictio, & authoritas.*

58 *Eſt Iudex appellationis in ſententia, à Legato Cardinali à Latere, lata.*

ARGVMENTVM.

LIberum eſt cuique, ſibi eligere ſepulturam in Eccleſijs Regularium, etiam de iure Indiarum; eo caſu, qui poſsint officium ſuper cadauere peragere, illud Regulares ſine Parocho non leuant, & quando ſecus, quas pœnas incurrat Parochus, in his terminis, ratione ſepulturæ plus exigens.

CAP. XCI.

LIbera itaque illa ac fauorabilis ſepulturæ electio, quam *in Superioribus* tradidi *Capitibus*, ad Regularium maximè Eccleſias porrecta eſt. Igitur cuiuis in eis licet, ſibi eligere ſepultu-
1 ram, dummodo † ſalua ſemper Parochiali, propriæque Eccleſiæ iuſtitia maneat; hoc eſt, modo Parochiæ, & proprio Parocho Canonica portio, iure debita, perſoluatur, *Clementin. Dudum, §. Huiuſmodi, de ſepulturis.* Quæ licet de Prædicatoribus, & Minoribus loquatur ſolum, ad alios nihilominus
2 Regulares, etiam per priuilegiorum † communicationem extenditur, vt aduertunt Emmanuel Rodriguez *quæſtion. Regular. tom. 3. quæſt. 58. articul. 3.* Iulius Lauorius *variarum lucubrationum, titul. 2. capit. 9. numer. 10.* vbi ſubdit, id ipſum, deinde per Pium Papam V. ad re-
3 liquos Religioſos fuiſſe auctum, † & prorogatum, Cæſar Carena *reſolution. forenſ. reſolut. 246. à numer. 1.* Barboſa *in dict. Clementin. Dudum, numer. 9.* & alijs locis *infrà* adducendis.

Apud Nos extat Regia Schedula 18. *Iulij* 1539. *pagin.* 136. *tom.* 1. *impreſſ.* in hæc verba: *EL REY. Reuerendo in Chriſto Padre Don Fray Thomas de Berlanga, Obiſpo de la Prouincia de Tierrafirme, de el nueſtro Conſejo. Yo he ſido informado, que † en eſſa Ciudad de Panamà ay vn Monaſterio de la Orden de* 4 *San Franciſco, y que por no conſentir que ninguna perſona ſe entierre en èl, muchos de los Frayles, y Religioſos, que en ella reſiden, podràn auer recibido daño, y eſtoruo, aſsi en la adminiſtracion de los Sacramentos, como en ſer induſtriados, y enſeñados en las coſas de nueſtra Santa Fè Catolica. Por ende yo vos ruego, y encargo, que proueais, y deis orden, como de aqui adelante los vezinos, y naturales de eſſa Prouincia, ſe puedan enterrar, y entierren libremente, en las Igleſias, y Monaſterios que quiſieren, y por bien tuuieren, eſtando bendecida la tal Igleſia, ò Monaſterio, ſin que en ella les ſea pueſto impedimento alguno. Fecha, &c.* Ex qua ſummata eſt, *lex 1. titul. 12. lib. 1. ſummar.* ita: *Que los vezinos de las Indias ſe puedan enterrar en los Monaſterios, è Igleſias que quiſieren.*

Aduertit etiam Rodriguez *loco citato*, primo per Innocent. IV. conceſſum fuiſſe Fratribus † Minoribus, quod 5 libere poſſent in ſuis Eccleſijs, aut Cœmeterijs omnes ſepelire Fideles, qui ſibi in eis elegerint ſepulturam, de quo indulto, & priuilegio agit Caſarrubios *in compend. priuileg. Mendicantium*, verbo *Sepultura, numer. 1.* per hæc verba:

Innocentius IV. conceſsit, vt in Eccleſijs Fratrum Minorum, ſit libera ſepultura, ita quod nullus valeat impedimentum præſtare, quo minus poſsint omnes volentes ibidem libere ſepeliri; ſalua tamen iuſtitia Eccleſiarum Parochialium. Pat. Pellizzar. *in manual. Regular. tractat.* 8. *capit.* 5. *numer.* 143. De Bulla Sixti IV. *Mare Magnum* nuncupata, Minoribus quoad hoc indulta, agunt Rodriguez *vbi proximè* alter Rodriguez *in compend. quæſtion. Regular. reſolution.* 128. Portell. *in dub. Regular.* verbo *Sepultura*, Pat. Anton. Quintanadueñas *tom.* 2. *ſingular. ad ſecundum Eccleſiæ præceptum, de reuocation. Oraculorum, ſingul.* 20. *numer.* 11.

Hoc autem priuilegium, ante Innocent. IV. indultum fuit ab Honorio Papa III. Prædicatorum Ordini, in ipſius † confirmatione, vbi quo ad hanc 6
rem hæc leguntur verba: *Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat*, ita Frat. Franciſc. Maria Samuell. *de ſepultur. Chriſtian. in apparat. prælud.* 10. *num.* 3. vbi ad idem citat, *Extrauag. ſuper Cathedram, de ſepultur. Extrauag. inter cunctas, de priuil. & dict. Clement. Dudum. de ſepultur.* Additque, hoc non eſſe iam priuilegium, ſed 7
ius † commune, *& numer.* 4. huiuſmodi ius cæteris Regularibus competere *ex Bullis* Clem. IV. Sixt. IV. Martin. IV. Leon. X. Eugen. IV. & Pij V. incipit: *Etſi Mendicantium, pagin.* 227. *tom.* 2. *Bullar.* & nouiſsim. declarat. Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regular. 8. *Martij* 1643. de quibus *ibi*:

Vnde, hodie paſsim in Regularium Eccleſijs eligitur ſepultura, vt quotidie videmus, maximè ex eo quod in eis fre- 8
quentius Diuina † celebrantur officia, ſecundum rationem textus *in capit. Fraternitatem* 3. *de ſepulturis*, ibi: *Et orationes atque Miſſarum ſolemnia, tàm pro viuis, quàm pro defunctis frequentius celebrantur*, vbi gloſſa, verbo *Frequentius*, & notant Fuſc. *de viſitation. lib.* 1. *capit.* 25. *numer.* 8. Pater Franciſc. Bordon. *tom.* 2. *reſolut.* 51. *numer.* 87. Pater Franciſc. Pellizzar. *vbi proximè numer.* 144. verſicul. *Notat*, Mich. Anton. Frances de Vrrutigoit. *de Eccleſ. Cathedralib. capit.* 17. *numer.* 63. *& ſequentibus.* Vbi limitat quoad Eccleſias Cathedrales, in quibus † videntur, vt plurimum, Diui- 9
na officia magis frequentari, fac. Barboſ. *in d. cap.* 3. *num.* 2. Iul. Lauor. *dict. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 21.

Notat etiam Barboſa in hac materia, *in tractat. de officio, & poteſtat. Paroch. cap.* 26. *numer.* 82. officium ſuper cadaueribus, in Regularium Eccleſijs, & domibus tumulandis, eiſdem Regularibus † competere, non Parochis aut 10
alijs Presbyteris, quauis contraria conſuetudine † non obſtante, *ex dict. Clementin. Dudum, §. Verum, dict. Extrauag. ſuper Cathedram dict. Extrauagant. inter cunctas*, vt pluries cenſuit Sacra Rituum Congregatio, *ſub diebus* 12. *Martij* 1612. 5. *Iulij* 1614. 23. *Martij* 1619. 12. *Octobris eiuſdem anni.* 12. *Februarij*, 2. *Martij*, & 8. *Auguſti* 1629. 5. *Iulij* 1631. & 29. *Iulij* 1636. de quibus agunt idem Barboſa *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de Reformation. capit.* 13. *numer.* 33. *& in ſumm. deciſionum Apoſtolicarum, collectan.* 245. *à numer.* 8. *& collectan.* 533. *à numer.* 4. Laurent. Peyrin. *tom.* 1. *priuileg. in Conſtitut.* 2. *Iulij II. §.* 22. *numer.* 57. & *tom.* 3. *in fin.* vbi de Decretis nouiſsim. Sacræ Congregationis, *Decret.* 9. Pater Peregrin. *in compend.* 2. *part. titul. de ſepultura, in Schol. §.* 3. Ioann. Mar. Nouar. *in lucern. Regular.* verbo *Officium, numer.* 11. Ioann. Anton. Nouar. eius frater *in ſumm. Bullar. titul. de offic. ſuper cadaueribus defunctorum, ad Eccleſ. Mendicant. delator. faciendo*, Sell. *in ſelect. Canonic. cap.* 73. *numer.* 14. Simon Barboſa *in repertor.* verbo *Regulares, ante fin. pagin.* 318. Magiſt. Ioann. Baptiſt. Lezan. *quæſtion. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *capit.* 1. *numer.* 31. *& à numer.* 47. *& tom.* 2. verbo *Defunctus, ſub numer.* 8. vbi nouiſsimam Sacræ Congregationis declarationem adducit, quæ talis eſt: *Sacra Congregatio* † *Emi-* 12
nentiſsimorum Cardinalium, negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, iuxta alias reſoluta, reſpondit, Officium ſuper cadaueribus in Eccleſijs Regularium, ad ipſos Regulares ſpectare & pertinere, & nullo modo ad Parochos defunctorum, etiamſi ſint Archipresbyteri, aut Curati Cathedralium, & ideò in caſu propoſito cenſuit, reſtituendam eſſe ratam candelarum, ſeu interſtitiorum, cum quibus fuit, aſ-

ſociatum cadauer Regularibus Oratoribus, pro vt omninò reſtituit, & ita in poſterum ſeruari mandat, die 27. Maij 1639. & paulò poſt refert in idem aliam declarationem 6. *Iulij* 1641. videndi Portell. *reſponſ. moral. tom. 2. caſ.* 63. Peyrin. *dict. §. 22. numer.* 57. Pater Alexand. Peregrin. *dict. §.* 3. nouiſsimè Ioann. Baptiſt. Luca *in Theatr. veritat. & iuſtit. lib. 12. part.* 3. *de Paroch. diſcurſ.* 25. *numer.* 19.

Regulares tamen cadauer in eo-
13 rum Eccleſijs ſepeliendum † irrequiſito proprio Parocho, leuare non poſſunt, vt cenſuit Sacra Rituum Congregatio 22. *Nouembris* 1631. *in reſponſ. ad* 1. quam referunt, materiam hanc exornantes, Barboſa *in dict. ſumm. deciſionum Apoſtolicarum, collectan.* 76. *numer.* 5. & *collectan. Bullar.* verbo *Cadauer*, *in fin.* & verbo *Parochianus*, §. 9. Sell. *vbi ſupra, cap.* 69. *numer.* 48. Dominus Valençuel. *conſil.* 84. *numer.* 20. Suelues *conſil.* 72. *numer.* 3. *part.* 1. Dominus Salgad. *de Reg. protection. 2. part. capit.* 9. *numer.* 81. Peyrin. *dict. tom.* 3. *in fine*, *Decret.* 10. *ad* 2. Gratian. *diſceptation. forenſ. capit.* 492. *à numer.* 28. Ioan. Mar. Nouar. *in lucern. Regular.* verbo *Defunctus*, *numer.* 5. Gauant. *in manual. Epiſcop.* verbo *Regularium iura ſub Epiſcopis*, *numer.* 44. Lezana *dict. capit.* 1. *numer.* 31. & *tom.* 2. verbo *Defunctus*, *numer.* 2. Adde *Appendic. æcumenici Concilij Lateranenſis III. ſub titul. de ſepultur. capit.* 4. *pagin.* 748. *tom.* 7. *Concilior.* illic: *Mo-*
14 *nachi* † *corpora hominum, tàm viuorum, quàm mortuorum, ad Eccleſiam ſuam deferre non audeant, ſine conſenſu eius Eccleſiæ, quæ ei dum viueret conſuluit, & conſulendo Viaticum ſuum adminiſtrauit.*

Limitanda tamen ſunt proximè adducta. Primò in famulis & familiaribus Regularium intra clauſtra decedentibus,
15 qui equidem † ſine Parocho poſſunt ſepeliri, ſecundum ſententiam Portell. *in dub. Regularibus*, verbo *Sepultura*, *numer.* 2. Pater Diana 5. *part. Moral. tractat.* 3. *reſolut.* 109. *in fine*, Pater Bauny *Theolog. moral.* 1. *part. tractat.* 10. *quæſt.* 27.

Secundò, quando adeſt conſuetu-
16 do † antiqua, legitimè introducta, & ſeruata, *iuxta Bullam* Leon. Papæ X. incipit: *Dum intra, pagin.* 586. *tom.* 1. *Bullar. in* §. 9. & *tom.* 9. *Concilior. pagin.* 155. *in XI. ſeſſ. Concilij Lateranenſ. General. ſub Iul. II. & Leon. X.* habiti, qui talis eſt: *Parochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Eccleſias domorum, & locorum eorundem ſuam elegerint ſepulturam, intrare non poſſint, niſi prius præmonito, & requiſito, ac non recuſante Parochiano Presbytero, & tunc ſine eius ac Ordinarij præiudicio. Niſi eiſdem Fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia, & cum pacifica poſſeſſione ſuffragetur.*

Tertiò, niſi expreſsè requiſitus, & vocatus Parochus venire recuſet, eo enim † caſu Regulares ſine illo poſ- 17
ſunt corpora leuare & ſepelire, ita Sacra Rituum Congregatio cenſuit, *ſub diebus* 26. *Februarij* 1611. & 18. *Octobris* 1619. de quibus declarationibus agunt Sell. & Barboſa *vbi proximè*, idem Barboſa *de Paroch. dict. capit.* 26. *numer.* 71. vbi meminit etiam alterius declarationis eiuſdem Congregationis 22. *Decembr.* 1629. Pater Pellizzar. *vbi ſupra, numer.* 143. *in fin.* Gauant. *loco citato*, Lezana *dict. tom.* 2. verbo *Sepultura quoad Regulares*, *ſub numer.* 5. qui hæc dicit: *Nota hic obiter ex declaratione Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regular. ſub die* 1. *Februarij, quod quando Parochi non interueniunt* † *aſſociationi cada-* 18
uerìs defuncti, qui eligit ſepulturam in Eccleſia Regularium, & ſi poſſint habere emolumenta, quæ illis contingunt propter ius Parochiale, ſed non illa, quæ dantur propter aſſociationem.

Vocandus itaque ſemper eſt, & requirendus proprius Parochus, vt corpus † Parochiani vſque ad Regula- 19
rium Eccleſiam, vbi funus celebrandum eſt, comitetur, vt latè proſequitur Pater Pellizzar. *vbi proximè à numer.* 159. vbi benè aduertit, hoc ius aſſociandi cadauer vſque ad Eccleſiam Regularium, competere Parocho defuncti, non ei, intra cuius Parochiam deceſsit, & ducitur.

Hæc aſſociatio obſeruanda, & exequenda eſt à Parocho vſque ad portas, & Eccleſiam Regularium, vt dictum eſt, licet Regulares ipſi aſſociationi † 20
non interueniant, vt deciſum eſt à Sacra Congregatione in declaratione 6. *Iulij* 1641. *ſupra numer.* 12. adducta ibi: *Sed Parochos tenera cadaueri ſuorum Paro-*

rochianorum leuari, è loco vbi aſſeruantur, & aſſociare vſque ad portam Eccleſiæ Regularium, etiam ipſis Regularibus non aſ-
21 *ſociantibus, nec Parochos ſe ingerere † poſſe in faciendo ſuper eiſdem cadaueribus officium, in Eccleſijs Regularium, ſed ad ipſos Regulares in propria Eccleſia ſpectare, & pertinere.* Ioann. Mar. Nouar. *vbi ſupra*, verbo *Defunctus*, *numer.* 4. Barboſa *in dict. ſumm. collectan.* 393. *à princip. & in collectan. Bullarum*, verbo *Funeralia*, & verbo *Parochus*, §. 27.

Hoc omne mire, & ſpecificè continet Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regular. declaratio, *ſub die* 12. *Ianuarij* 1604. facta per hæc verba: *Licet in Sacro Generali Lateranenſi Con-*
22 *cilio † ſtatutum, & ordinatum fuerit, vt Fratres Ordinum Mendicantium, cæterique Religioſi Regulares, non poſſint intrare Parochias cum Cruce, ad leuanda funera eorum, qui apud Eccleſias, Domorum, & locorum eorundem, ſuam elegerint ſepulturam, niſi prius præmonito, & requiſito, ac recuſante Parochiæ Presbytero, & tunc ſine eius, & Ordinarij præiudicio: ſignificatum tamen eſt Sacræ Congregationi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, nonnullos Fratres, præſertim Ordinis Minorum de Obſeruantia, cuiuſdam conſuetudinis prætextu, quam neque antiquitate vallari, neque obſeruantia viridi inniti, neque pacifica, & non interrupta poſſeſsione firmatam eſſe conſtat, contendere, ſibi licere defunctorum funera, proprio eorum Parocho abſente, eoque irrequiſito, efferre, & leuare, idque haud leues controuerſias, & altercationes aliquibus in locis, non ſine Populi ſcandalo, & Dei offenſione excitaſſe, ideò volens eadem Sacra Congregatio omnem eiuſmodi diſſenſionum, & ſcandalorum materiam, & occaſionem præcidere, atque in futurum prouidere, vt tam Parochi, quam Fratres ipſi vnanimi inter ſe voluntate, & ea, qua par eſt, charitate vltima hæc Chriſtianæ pietatis officia defunctis præſtent.*

Declarat, & huius Decreti tenore ſtatuit, prædictis Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, alijſque quibuſvis Regularibus quorumcumque Ordinis, & Congregationum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium exiſtant, nullo † modo licere, etiam ſpecialis alicui- 23
ius conſuetudinis prætextu, Parochias cum Cruce proceſsionaliter, aut aliàs, ad efferenda, & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & efferre, niſi vocato & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præſente. Si tamen † ipſe aliter fieri non conſentiat & 24
permittat, vel niſi requiſitus venire expreſsè omninò recuſet. Atque ita obſeruari mandat, & diſtricte præcipit, firmis, cæteroque & in ſuo robore permanentibus ijs omnibus, quæ ſuper Quarta Funerum & Canonica portione, alijſque iuribus, ad ſepulturas pertinentibus, ac Sacris Canonibus, & Conciliorum Decretis, ſummorumque Pontificum Conſtitutionibus hactenus ſancita, atque ordinata ſunt, vel aliàs ex particulari conſuetudine, vel alio iure obſeruantur. Romæ die 12. *Ianuarij* 1604. *Alexand. Cardinal. Florent.* Hanc declarationem tradunt Stephan. Quarant. *in ſumm. Bullar.* verbo *Priuilegia Regularium*, *pagin.* 405. Frat. Paulin. Bertus *in prax. criminal. Regular. titul.* 4. *capit.* 29. *numer.* 50. Peyrin. *vbi ſupra*, *in Conſtitution. XXI. Leon. X. numer.* 20. Barboſa *in dict. ſumm. collectan.* 245. *numer.* 11. Ioann. Mar. Nouar. *dict.* verb. *Defunctus*, *numer.* 4. Bartholom. Gauant. *vbi ſupra*, Lezana *dict. capit.* 1. *numer.* 31. & *dict.* verbo *Defunctus*, *à numer.* 2. & *dict.* verbo *Sepultura quoad Regulares*, vbi *numer.* 5. refert, ita declaratum iterum fuiſſe ab eadem Sacra Congregatione, *die* 22. *Februarij* 1641. Dominus Palafox *in allegationibus iurium pro Clero Angelopolitano*, *allegat.* 2. *punct.* 2. *numer.* 29. *in margin. fol.* 35.

Vnde per hanc † declarationem, 25
ibi: *Etiam ſpecialis alicuius conſuetudinis prætextu.* Videntur reformata, illa verba: *Niſi eiſdem Fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia, & cum pacifica poſſeſsione ſuffragetur. Supra numer.* 16. adducta *ex Bulla* Leonis Papæ X. ſed dicendum eſt, præfatam declarationem in verbis relatis non obſtare, quæ ſolum procedit, quando pretextu, ſuppoſitione, & colore alicuius conſuetudinis ſpecialis, Fratres cum Cruce proceſsionaliter Parochias intrare, & corpora ſine Parocho leuare, con-

tren-

tendunt, non verò quando vera, antiqua, & ſine interruptione concurrit conſuetudo obſeruata, ad tradita *ſupra Capit.* 75. *à numer.* 37. Cum hæc poſsit † inducere, quod poteſt priuilegium Apoſtolicum, vt fundaui *ſupra Capit.* 87. *numer.* 46. Apoſtolicum † autem priuilegium illud inducere, & concedere poſſe, conſtat, *ex dict. Bul. Leon. & traditis infrà à num.* 40.

In præcedentium item expoſitionem, & confirmationem refero declarationem, † à Iulio Sacheti, Sedis Apoſtolicæ Legato à Latere, emanatam, & iuſſu Sanctiſsimi Vrbani Papæ VIII. *die* 15. *Octobris* 1625. expeditam, per hæc verba: *Y mandamos à los Regulares, que con Cruz alta, y en proceſsion, † no puedan entrar en las Parochias, para lleuar à enterrar los difuntos, ſi no es preſente el Parocho, y eſperado, excepto † ſi el dicho Parocho diere licencia para ello, ò ſi eſperado, y requerido, no quiſieſſe venir. Y que los Parochos, y Clero Secular en los entierros, y acompañamientos de los difuntos, que ſe enterraren en las Igleſias de Regulares, los lleuen haſta las puertas † de las Igleſias de los Regulares, y entrando en ellas, dexen alli los cuerpos de los difuntos.*

Y prohibimos eſtrechamente à los Parochos, y Clero entrometerſe en el funeral, cantar, ni rezar ſobre los cuerpos Oficio de Difuntos, Pſalmos, Reſponſos, ni otras oraciones, ni preces, porque † todo eſto pertenece priuatiuamente à los Regulares ſolos, en cuyas Igleſias ſe enterraren los difuntos. Y mandamos, que los Parochos, y Clero quando tranſportan, y lleuan à enterrar los cuerpos de los difuntos à las Igleſias de Regulares, vayan † via recta à ellas, ſin paſſar primero por la Parochia, para pedir el vltimo vale.

Y ſi requeridos, y eſperados de los Regulares el Clero, y Parochos pretendieren toda via quebrantar el Decreto, ò no quiſieren venir, en tal caſo los Regulares pueden † etiam in vitis Parochis, y contra ſu voluntad tranſportar, y lleuar los cuerpos à ſus Igleſias, y que en el funeral, entierro, y oficio de los Difuntos, ſola la Cruz de aquella Igleſia, donde el difunto ſe enterrare, † ſe ha de enarbolar, lleuar, y poner; y aſsi, quando el difunto ſe enterrare en Igleſia de Regulares, ſola ſu Cruz aya de aſsiſtir en el entierro, y oficio. Y en caſo que acontezca hazerſe los entierros en Igleſia de Monjas, ſujetas à Regulares, ſea con expreſſa licencia de el Superior, y Confeſſor † de el dicho Monaſterio, que ha de eſtar preſente al entierro, y Oficio, y no de otra manera.

Y que los herederos de los difuntos puedan hazer dezir libremente vno, ò muchos Oficios, Miſſas, y todo lo demàs perteneciente al funeral en las Igleſias de Regulares, ſin que † ſean obligados à hazer dezir otro tanto en las Igleſias Parochiales. Y con la miſma libertad puedan llamar los Regulares que quiſieren para el entierro, ſin que † ſean obligados à combidar otros tantos Clerigos, y que los Parochos, y Clero no puedan pedir à los Regulares mas porcion, ni otra coſa alguna, ni de coſtumbre † fuera de la Quarta Funeral, conforme al Santo Concilio, y que eſta Quarta Funeral, ò porcion Canonica, donde de quarenta años expreſſados en el Concilio, no huuo coſtumbre de pagarla los Regulares, no la paguen, ni tengan obligacion à ello, ni los Parochos, y Clero puedan pedirla. refertur à Frat. Petro de Murga *in quæſt. Paſtoral.* 3. *part. quæſt.* 7. *num.* 7. *& quæſt.* 8. *à numer.* 12.

In Bulla verò *Mare Magnum* Prædicatorum nuncupata, incipit: *Regimini, pagin.* 411. *tom.* 1. *Bullar. in §.* 5. additum eſt à Sixto Papa IV. licere Fratribus prædictis, proceſsionaliter † cum Cruce intrare Parochias ad leuanda cadauera, in ſuis Eccleſijs ſepelienda, vbi id fuerit conſuetum facere, ibi: *Eam verò partem literarum eiuſdem Gregorij prædicti, in qua, ſepulturam in Eccleſijs Fratrum dicti Ordinis liberam eſſe voluit (ſalua † iuſtitia Eccleſiarum, à quibus corpora aſſumuntur) declarantes, libertatem huiuſmodi intelligi debere, etiam quo ad hoc, vt Fratres ipſi nullius ſuper hoc petita licentia, Parochias, in quibus corpora prædicta forent, cum Cruce proceſsionaliter ingredi, & corpora ipſa leuare, & ad eorum Eccleſias ſepelienda deferre poſsint, vbi hoc conſuetum foret, vel Presbyteri de leuatione requiſiti, hoc facere recuſarent.*

Præterea ſub excommunicationis † maioris latæ ſententiæ pœna, Sedi

di Apoſtolicę abſolutione reſeruata, ſanciuit Clemens Papa VIII. *in Bull.* incip. *Expoſitum nobis, pagin.* 140. *tom.* 3. *Bullar. in §.* 3. illic: *Harum ſerie interdicimus, & prohibemus, ne ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœna, à qua, non niſi à Nobis, ſeu Romano Pontifice, pro tempore exiſtenti, præterquam in mortis articulo, abſolui poſsint, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, maiorem eleemoſynam, ab his qui in dictarum domorum, quam Parochialibus Eccleſijs huiuſmodi ſepeliuntur, quouis prætextu, aut occaſione, etiam de conſenſu, conſilio, ſeu mandato ſuorum Ordinariorum, exigere debeant, ſeu præ-*
43 *ſumant.* de qua re iterum, † atque iterum Pontifices Summi Conſtitutiones ediderunt, Paulus Papa V. *in Bullis* incipientibus: *Expoſitum nobis, pagin.* 217. *& pagin.* 237. *tom.* 3. & Vrbanus Papa VIII. *in Bull.* incip. aliàs *pag.* 58. *tom.* 4. *Bullar.* (de quibus Bullis agam *infra Capit.* 94.) vt non poſsint Indiarum Parochi ab his, qui in Regularium Eccleſijs ſibi eligunt ſepulturam, maiorem eleemoſynam exigere, & extorquere, quam ſi in Parochiali ſepelirentur, aduertunt Laurent. Portell. *in dub. Regular.* verbo *Sepultura, in addit. numer.* 2. & cum eo Laurent. Peyrin. *tom.* 3. *prileg. capit.* 4. *numer.* 8. Cæſar Carena *reſolution. forenſ. reſolut.* 245. *numer.* 11. aliqua tradit Pater Auendañ. *in Auctar. Indic.* 6. *part. ſect.* 39. *à num.* 483. Pater Pellizzar. *vbi ſupra, numer.* 173. qui cum Peyrin. bene notat: *Quod licet iſta excommunicatio expreſsè lata ſit*
44 † *contra Parochos Indiarum Occidentalium, ea extenditur etiam ad Parochos totius Orbis, cum prohibitio facta ſub ta-*
45 *li pœna, ſit declaratiua* † *iuris Canonici, immo naturalis, quo nemo poteſt plus exigere, quam ipſi debeatur ex iuſtitia, maximè cum mens dictorum Pontificum fuerit tollere abuſum, in hac re indu-*
46 *ctum, qui cum* † *non minus ſit abuſus in Europa, quam in Indijs Occidentalibus, propterea vbique debet extirpari, immo idem Vrbanus VIII. die* 11. *Martij* 1638. *generaliter confirmauit eandem prohibitionem, per Bullam relatam à Peyrin. ſupra in additionibus nouiſsime impreſsis Venetijs*, hæc Pater Pellizzar. Verba huius vltimi Breuis Vrbani VIII. quo ad hoc, talia ſunt: *Ne Parochi plus percipere poſsint in ſepulturis, quæ fiunt in Eccleſijs Regularium, quam in eis, quæ fiunt in proprijs, ſeu aliorum Clericorum*, referuntur à Laur. Peyrin. *in additam. Conſtitution.* 20. & à Lezana, & Samuell. *vbi infra.* Quibus addendi ſunt Villalobos *in ſumm. part.* 2. *tractat.* 31. *difficult.* 5. *num.* 3. Hieronym. Rodrig. *in compend. quæſtion. Regular. reſolut.* 128. *numer.* 15. Samuell. *vbi infra.*

Hoc ipſum nouiſsime reſolutum & declaratum inuenio à Sacra Epiſcop. † 47
& Regularium Congregatione, per hæc verba: *Sacra Congregatio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotijs & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ad tollendas indebitas exactiones, quæ, vt proponitur, in tumulandis defunctorum corporibus, fieri ſolent, cenſuit iniungendum, pro vt tenore præſentis Decreti iniungit, Archiepiſcopo Brunduſino, cæteriſque locorum ordinarijs, ne permittant vt Parochi alijſque de Clero Sæculari, maiorem poſthac eleemoſynam ſibi attribuit faciant ab hæredibus defunctorum, qui in Eccleſijs ſepeliri voluiſſent, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Romæ hac die* 7. *Decembris* 1640.

Extat præterea alia eiuſdem Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium declaratio, *ſub die* 16. *Auguſti* 1641. qua deciſum fuit, non licere Parocho accipere † *vnum ſcutum,* 48
vltra quartam funeralem ab illis, qui eligunt ſepulturam in Eccleſijs Regularium. De qua agunt Magiſt. Lezana *dict.* verbo *Sepultura quoad Regulares, ſub num.* 5. Frat. Franciſc. Mar. Samuell. *de ſepultur. Chriſt. tract.* 1. *diſp.* 3. *controuerſ.* 4. *num.* 4. & 5.

Similiter Parochi petere aut prætendere non poſſunt maiorem eleemoſynam, pro Parochiani funere, † in 49
Cathedrali Eccleſia facto, quando in ea eligitur ſepultura, ex Sacris declarationibus à Barboſa adductis, *de Paroch. dict. capit.* 26. *num.* 83. docet Frances de Vrrutigoit. *dict. cap.* 17. *numer.* 157.

In prædictorum tandem omnium confirmationem tranſcribam, † De- 50
cretum ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ emanatum, *die* 6. *Iunii* 1640. aliquas Sacræ Congregationis declarationes, ad

hanc

hanc materiam pertinentes, continens, confirmans, & vbique ſeruari præcipiens, ſub pœnis, & cenſuris, tale eſt:

Vniuerſis, & ſingulis R. R. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Curatoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, Parochialiumque, & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu locumtenentibus earum, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, vel non Curatis, cæteriſque Presbyteris, necnon Clericis, Notarijs, & Tabellionibus, quibuſcumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis.

Noueritis, ex parte, & ad inſtantiam RR. Fratrum S. Franciſci Minoris, & ſtrictioris obſeruantiæ, ac quorumcumque eorundem RR. Fratrum Conuentuum, in quibuſuis Mundi partibus exiſtentium, principalium inſtantium Decretum Sacræ Congregationis Rituum, de, & ſuper declaratione, quod officium ſuper cadaueribus in Eccleſijs Regularium ſpectet ad ipſos Regulares, ad ſupplicationem dictorum inſtantium emanatum, ſub die 27. Nouembris 1638. nobis præſentatum fuiſſe, ſub infra ſcripto tenore videlicet.

Sacra Rituum Congregatio, iuxta alias reſoluta, reſpondit: officium ſuper
51 cadaueribus in Eccleſijs Regularium, † ſpectare & pertinere ad ipſos Regulares: non autem ad Curatos defunctorum, & ita in poſterum ſeruari mandauit, non obſtante contraria conſuetudine, die 27. Nouembris 1638. C. Epiſcop. Cardinalis Pius. Iulius Cincius Secret. loco ſigilli.

Necnon aliud Decretum Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Sacri Concilij Tridentin. interpretum, de, & ſuper declaratione, quod quoties cadauera defunctorum & alia, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, ab ipſismet fratribus peragi debeant, ad inſtantiam eorundemmet R. R. Fratrum pariter editum, die 13. Decembris 1639. nobis præſentatum fuiſſe, ſub infra ſcripto tenore.

Die 13. Decembris 1639. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, Concil. Tridentin. interpretum cenſuit, quoties cadauera defunctorum
52 † ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum & reliqua, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus obiri, & peragi debere. Ioan. Baptiſt. Cardinal Pamphilius. Franciſc. Paulutius, Sacr. Congregat. Secretar. Concilij, loco ſigilli. Conſanguinei vero talium defunctorum illis parentare in Parochialibus, alijs Presbyterorum etiam Cathedralibus Eccleſijs † compelli nullo modo poſſint, 53
ſi quæ verò immemorabilis conſuetudo in contrarium, ſuper præmiſſis exiſtere prætendatur, legitime probetur, interim præſens Decretum ad vnguem ſeruetur, pro vt eadem Sacra Congregatio ſeruari mandauit. Romæ 14. Ianuarij 1639. Cardin. Anton. Barbarinus. Cæſar Fachinetus Secret. loco ſigilli.

Necnon aliud Decretum S. Congregation. Rituum, ſub die 14. Ianuarij 1640. ad ſupplicationem dictorum RR. inſtantium emanatum ſub eo, quod electio & numerus Religioſorum pro aſſociandis cadaueribus, ad libitum hæredum defunctorum ſpectat, nobis præſentatum fuiſſe, ſub infra ſcripto tenore, videlicet.

Sacra Rituum Congregatio, iuxta aliàs reſoluta reſpondit, electionem & numerum Religioſorum pro aſſociandis
† cadaueribus, ad libitum hæredum de- 54
functorum ſpectare & pertinere, & ita vbique ſeruari debere declarauit, die 14. Ianuarij 1640. Paulus Cardinalis Creſcentius. Iulius Cincius Secretar. loco ſigilli.

Necnon pariter aliud Decretum Sacr. Congregation. Eminentiſſimorum DD. Cardinalium, negotijs Epiſcopor. & Regular. præpoſita, ad ſupplicationes pariter eorundem RR. fratrum inſtantiam, emanatum die 14. Ianuarij 1639. de, & ſuper eo, quod defunctorum cadauera ſepelienda, ab ædibus defunctorum, ad eorundem fratrum Eccleſias, recto tramite deferri licite poſſunt, nobis præſentatum pariter fuiſſe ſub infra ſcripto tenore, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium, negotijs Epiſcop. & Regular. præpoſita, cenſuit, defunctorum cadauera in Eccleſijs dictorum fratrum ſepelienda, ab ædibus defunctorum, ad eorum fratrum Eccleſias recto tramite † deferri licite 55
poſſe, monito tamen prius & requiſito, ac expectato proprio Parocho defunctorum, à quo benedictionem, & vltimum vale recipere poſſint, quo venire expreſſe † recuſante, poſſint ijdem fratres 56
etiam

etiam ipſo inuito, dicta cadauera ad ſuas Eccleſias tranſportare.

Poſt quorum quidem præinſertorum Decretorum præſentationem ex parte & ad inſtantiam dictorum RR. Fratrum coram nobis infra ſcripta die comparitum & expoſitum extitiſſe, quod licet ex forma præinſertorum Decretorum, officia ſuper cadaueribus in Eccleſijs ipſorum RR. Fratrum celebranda, ad ipſos RR. Fratres ſpectent, & pertineant, non autem ad Curatos defunctorum, ac etiam pariter ijdemmet RR. Fratres inſtantes, poſſint & valeant defunctorum cadauera, in ipſorum Eccleſijs ſepelienda, ab ædibus defunctorum, ad eorundem fratrum Eccleſias recto tramite deferre, ſeruata ad hoc præinſerti vltimi Decreti forma.

Ac etiam ex forma ſecunda præinſerti Decreti, Officia mortuorum, & reliqua, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à fratribus prædictis peragi debeant.

Ac etiam ex forma quarta præinſerti Decreti, electio & numerus Religioſorum pro aſſociandis cadaueribus, ad libitum hæredum defunctorum ſpectet, & pertineat, præinſertaque Decreta inuiolabiliter obſeruari, debitæque executioni abſque vlla contradictione, in omnibus & per omnia ac iuxta eorum tenorem, & formam debeant.

Tamen ad eorum aures deueniſſe, aſſertum extitit, quod nonnulli in executionè præſentium nominandorum, & cognominandorum, neſcitur quo iure ducti, qua ratione ſuffulti, iactarunt, & iactant, ſe velle præfatos RR. inſtantes contra formam præinſertorum Decretorum, vt in eorum contemptum de, & ſuper præmiſſis in partibus, moleſtare, & inquietare, & forſan moleſtant. Ideò ad Nos vti executorem eorundemmet Decretorum recurſum habuerunt, vt de opportuno iuris remedio prouidere dignemur.

Nos igitur attendentes, requiſitionem huiuſmodi eſſe iuſtam, rationique conſonam, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, tenore præſentium committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim, viſis ſeu receptis præſentibus, & poſtquam vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu aliter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, immo verius Apoſtolica auctoritate, necnon ad omnem inſtantiam, quæ vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet fiet ex parte cuiuſvis Conuentus dictorum Fratrum, moneatis, & requiratis primò, ſecundò, & tertiò, & peremptorio termino, ac monitione Canonica, pro vt nos etiam monemus, & requirimus omnes, & ſingulos prædictos, & in executione præſentium nominandorum, & cognominandorum, tàm coniunctim, quàm diuiſim, & aliàs omni meliori modo, quatenus infrà ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primò, duos pro ſecundò, & reliquos duos pro tertiò vltimo, & peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus, & vos aſſignetis eiſdem, ſub mille ducatorum auri in auro Regiæ Cameræ Apoſtolicæ applicandæ, & pro illis mandati executiui, ſuſpenſionis à Diuinis, priuationis beneficiorum, inhabilitatis ad illa, & ad alia in poſterum obtinenda, ac in iuris ſubſidium, quatenus opus ſit, excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis pœnis, & ſententijs, ſi ſecus, &c.

Debeant, & quilibet veſtrum debeat præinſertis Decretis in omnibus, & per omnia obtemperare, dictaque præinſerta Decreta, fore, & eſſe extendenda debitæque executioni demandanda, ipſoſque in iuris ſubſidium excommunicandos, & declarandos fore, & eſſe, ob non paritionem illorum, ac niſi illis paruerint declarari vidiſſe, ac de omnibus damnis expenſis, & intereſſe, præmiſſorum occaſione quomodolibet paſsis, & factis, & in futurum forſitan faciendis, & patiendis, integre ſatisfeciſſe, & in aliys ſe condemnare vidiſſe, & quaſcumque ſententias, & declaratorias, decreta, ſeu mandata in præmiſsis neceſſaria, & opportuna, aliaque de iure quomodolibet requiſita fieri, ferri, & decerni, relaxari, vidiſſe, & audiuiſſe ad fauorem RR. præfatorum inſtantium deducentium in præmiſsis omne ius, omne remedium prædicto, & omni meliori modo, &c.

Et inſuper inhibeatis eiſdem, pro vt Nos tenore præſentium inhibemus, & inhibendo expreſsè præcipimus, & mandamus reuiſis, & receptis præſentibus, ſub pœnis, & cenſuris ante dictis, audeant, ſeu præſumant, aut aliquis audeat, aut præſumat quidquam contra formam præinſertorum Decretorum innouare, ſeu attentare, aut innouari facere, ſub quouis præ-

texe-

textu, causa, ingenio, vel quæsito colore, quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, & in pristinum statum reducere curabimus, iustitia mediante, alioquin prædictos sic monitos, si in præmissis se fore grauatos senserint, modo & forma præmissis peremptorie citatis, & citare curetis, pro vt Nos etiam citamus eosdem, quatenus decimaquinta die post præsentium executionem, si dies ipsa iuridica fuerit, alioquin, prima die iuridica ex tunc proximè immediatè sequenti, compareant Romæ in iudicio legitimè coram nobis, vel nostro in ciuilibus causis R.R. D. locumtenente infrascripto, causam eorum grauaminis allegaturi, aliaque dicturi, & facturi, pro vt iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis, &c.

Hoc Decretum ad literam referunt Samuell. *vbi supra disp. 3. controuers. 1. à n. 5.* & Lezan. *d. tom. 2.* verbo *Defunctus, post n. 7.* Auditoris autem Cameræ Apo-
57 stolicæ auctoritatem & iurisdictionem, † si scire desideras, vide Alexand. Ludouis. *decis. 118. n. 4.* vbi Beltramin. *n. 7.* Matth. Burat. *decis. 462. à n. 1. decis. 474. n. 5. decis. 537. n. 6. decis. 879. n. 4.* Ferentill. eius additionat. *in decis. 909. n. 6.* Peña *decis. 169. n. 3. dec. 312. n. 3. dec. 608. n. 2. decis. 617. n. 2.* Clem. Merlin. *decis. 157. à n. 2. & decis. 273. à n. 1. & 8.* vbi, quod est Iudex ap-
58 pellationis à sententia † Cardinalis, legati de latere interpositæ, D. Roxas *decis. 406. à n. 4.* Gallesi. *de obligat. Cameral. quæst. 37. n. 16.* vbi Sylvest. Zachias *in not. q. 7. n. 14.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. 3. p. alleg. 81. à n. 3. & de pensionib. p. 1. q. 3. n. 10.* & per totum illum tractatum videndum, verbo *Auditor Cameræ in indice*, & alijs in locis, Gratian. & Farinac. *passim*, Pyrrh. Corrad. *in prax. dispens. Apostolic. lib. 7. cap. 7. à n. 91. & lib. 10. cap. 5. n. 3.* Melium *decis. 27. n. 1. post addit. ad D. Castill. de aliment.* Lezan. *tom. 3. in Mari Magno Carmelitar. §. 69.* Iacob. Cohell. *de notitia Cardinalat. cap. 42. per totum*, & versic. *Facultates*, ibi: *Et cum vtriusque gladij potestatem, temporalem quippe, & spiritualem habeat, & contra contumaces Ecclesiasticas censuras fulminare valeat, ideò ab Octauiano Vestrio* Vulcanus *appellatus est; nam sicuti veteres finxere poetæ, Vulcanum Ioui fabricasse fulmina, fabricat, & iaculatur, eorumque fragor vbicumque Christi Domini Euangelium prædicatur, per-transit & vulnera infe-runtur.*

SVMMARIVM.

1 *REgijs Rescriptis iussum est in Indijs, Parochialia iura à certa taxa non recedere. & num. 2.*

3 *Rex Catholicus iure suo in Indijs potest excessum funeralem cohibere. & num. 5.*

4 *Pompa funeralis magis viuorum solatium, quam mortuorum suffragium est.*

5 *L. 2. §. En quanto tit. 5. lib. 5. Recopilat. expenditur.*

6 *Notarij Ecclesiastici in Indijs formam à Regijs Schedulis dotam, obseruare debent, in iurium & sportularum solutione. & num. 7. 8.*

9 *Notarij hi debent esse laici, non Ecclesiastici.*

10 *Notarij munus est Clericis indecorum.*

11 *Notarij & Tabellionis officium, an sit nobile, vel sordidum?*

12 *Ius Indicum decidit, cuique licere in Ecclesijs Regularium, sibi posse eligere sepulturam.*

13 *Tridentinum Concilium quando congregatum & confirmatum fuit.*

14 *Tridentinum sess. 25. de Reformat. cap. 13. statuit, Quartam funeralem Parochiæ soluendam, & quando.*

15 *Tridentinum Concilium saluum reliquit Regium Patronatum.*

16 *Abusus dupplicandi iura funeralia, vnde originem trahat.*

17 *Regiæ Schedulæ 1. Decembr. 1573. 10. Maj 1585. 16. Maij 1658. contra hunc abusum expenduntur. & num. 18. 19. 20.*

21 *Bullæ Clem. VIII. Paul. V. Vrban. VIII. & Innoc. X. in idem adducuntur. & n. 22. 23. 24. 25. 26.*

27 *Declaratio Sacræ Congregationis 7. Decembris. 1640. in hoc affertur. & num. 30.*

28 *Hanc declarationem quoad Indias approbauit Clem. X. & num. 29. 30. 31. 32.*

33 *Auditor Cameræ Apostolicæ hanc vbique seruari iussit.*

34 *Auditoris Cameræ iuriſdictio remeſiuè traditur.*

35 *Breue hoc Apoſtolicum in Supremo Indiarum Senatu viſum, fuit.*

36 *Breuis huius executio cui commiſſa ſit.*

37 *Excommunicationis pœna in ſubſidium inferenda eſt.*

38 *Declarationes Sacræ Congregationis ſunt magnæ authoritatis.*

39 *Aliqui tenent ſolum includere probabilitatem.*

40 *Alij deciſiuam quoad alios caſus ſimiles, habere poteſtatem.*

41 *Rota Romana reuerenter amplectitur Sacræ Congregationis declarationes.*

42 *Ad inſtar iuris communis ſufficit illas allegare.*

43 *Hoc procedit quando authenticæ ſunt, & num.* 45.

44 *Item quando veritate nituntur conſultationes.*

ARGVMENTVM.

QVid in Indijs à Principio quoad Parochialia iura, etiam quando in Regularium Eccleſijs funus fit, per Regia Reſcripta, & Indulta Pontificia fuerit prouiſum? Tractatur de vi & effectu declarationum Sacræ Congregationis Apoſtolicæ.

CAP. CXII.

DEnique ad ſpecialia in Funeralium Quarta, & aliorum Parochialium iurium materia, pro Indiarum Regnis,& Prouincijs ſtabilita,deuenire oportet.Ad quod ſciendum eſt, primis earumdem Conquiſitionis temporibus Regi noſtro Catholico, ac ipſius Supremo Indiarum Senatui relatum fuiſſe,in Noua Hiſpania Parochos pro funeribus, anniuerſarijs, matrimonijs, & Miſſarum eleemoſynis, Parochialia iura in magna quantitate & ſumma illorum arbitrio, exigere aſſueſ-
1 cere.Quare † reſolutum fuit, vt in eis quota & taxa certa aſsignaretur, à qua recedere in poſterum non liceret, expeditis Regijs Schedulis, modum ſeruandum præſcribentibus, *ſub diebus* 16.*Aprilis* 1538.& 29.*eiuſdem menſis anni* 1549. *relatis tom.* 1. *impreſſ. pag.* 135 *& ſeq.* hæc vltima talis eſt.

EL REY. Obiſpo,Dean, y Cabildo de la Igleſia Catedral de la Prouincia de Guatemala. Nos ſomos informados, que voſotros lleuais muy exceſsiuos derechos, anſi de los enterramientos, como de las Miſſas,y velaciones,y otras coſas, y que conuenia proueerſe demanera, que los vezinos, y naturales de eſſa Prouincia no recibieſſen agrauio,ni daño; porque muchas vezes acaecia, que eran mas los derechos que lleuauades quando vno moria, que lo que quedaua para ſus hijos. Y viſto por los de el nueſtro Conſejo de las Indias, queriendo proueer en ello, fue acordado, que deuia mandar dar eſta mi Cedula para Vos, è yo tuuelo por bien, porque vos mando, que aquello, que conforme à la loable coſtumbre ſe lleua, † en el Arçobiſpado de 2 *Seuilla de los dichos entierros, y otras coſas, lleueis voſotros triplicado, y no mas, todo el tiempo que nueſtra voluntad fuere.Fecha,&c.* Hoc ipſum decidit & continet *dict. Reg.Schedula* 16. *Aprilis*, quam invenies *Cap.ſeq. num.* 3. ex quibus formatur, *l.*6.*tit.*12.*lib.*1.*Summar.* ita: *Que los derechos de entierros,velaciones, y otras coſas dedicadas al culto Diuino, ſe lleuen conforme al Arancel.*

Quod omne aliàs Rex Catholicus (& alius quiuis Supremus Sæcularis Princeps) independenter à poteſtate,& iuriſdictione eidem, in Indijs à Sancta Romana & Apoſtolica Sede, tributa, & indulta, de qua ſæpè dictum eſt, maximè *Cap.* 25. decernere † iure 3 ſuo poſſet, exceſſum omnem & pom-

pam

pam funeralem, perperam inductam (*quæ magis viuorum † solatia sunt, quam subsidia, & suffragia mortuorum*, vt dicit textus *in cap. Animæ defunctorum* 22. 13. *q.* 2. Diu. Chrysostom. *in Psalm.* 48. *in fin.* illic: *Monumenta superba accusationes mortuorum --- Hæc enim monumenta non solum non te clarum reddent, sed etiam facient ridiculum & ora omnium aperient.*) Lege sua cohibere & ad iustum, æquumque modum & formam reducere, ciuili Constitutione tunc legitimè procedente, Abb. *in cap. fin. num.* 6. *de reb. Eccles. non alienand.* Caietan. verbo *Excommunicatio, cap.* 31. Ioann. Francisc. Pauin. *de potestat. Capitul. Sed. vacant.* 2. *part. princip. quæst.* 8. *num.* 28. Petr. de Vbald. *de Canonic. Episcop. & Parochial. cap.* 13. Mart. *de iurisdiction.* 4. *part. centur.* 1. *cas.* 54. *num.* 5. Spin. *de testament. gloss.* 2. *num.* 48. Castill. *in l.* 30. *Tauri*, verbo *Gastos*, vbi Tello Fernandez, & cæteri Tauristę, Garc. *de expens. cap.* 8. Gutierr. *practic. libr.* 2. *quæst.* 72. Pat. Dian. 9. *part. Moral. tractat.* 2. *resolut.* 218. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. Rodriguez *de priuileg. creditor.* 1. *part. artic.* 3. D. Matiençó *in l.* 2. *titul.* 5. *lib.* 5. *Recopil. gloss.* 10. *à num.* 1. Vincent. Anton. Ibañez de Aoys *tratado de la Bula de la Santa Cruzada in fin.* Busemb. *in Medull. cap.* 1. *dud.* 11. *in fin.* doctiss. noster Pat. Mend. *in Bull. Cruciat. disput.* 15. *numer.* 47. Barbos. *voto* 26. *num.* 35. & 72. D. Episcop. Arauj. *decis. Moral. disput.* 12. *diffic.* 1. apud P. Auendañ. *in Auctar. Indic.* 1. *part. sect.* 8. *à num.* 410. Illustriss. & semper celebrand. D. D. Francisc. Ramos del Mançano, Iurisprudentiæ & eruditionis fons perennis, *ad leges Iuliam & Papiam, lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. D. Castejon *in Alphab. Iuridic. lit. F.* verbo *Funus, n.* 8. Simon Barbos. *in Repertor.* verbo *Funus, post princ. pag.* 161. Don Ioan. Gonçalez de Salcedo *in alleg. iur. pro Regio Fisco Inquisit. super pœna confiscat. bonor. reo pro delicto hæresis, post mortem damnato, competentium, num.* 100.

5 Vt optimè de iure † Regni probat textus *in dict. l.* 2. *§. En quanto, titul.* 5. *libr.* 5. *Recopil.* per hæc verba: *En quanto toca à los entierros, obsequias, y cabos de año, mandamos, que por ninguna persona, de qualquier calidad, condicion, ò preeminencia, aunque sea persona de titulo, ò dignidad, no se pueda lleuar en su entierro, ni poner en su sepultura al tiempo de las obsequias, ò cabo de año, mas de doze hachas ò cirios*; fac. *l.* 12. *tit.* 13. *p.* 1. vbi D. Greg. Lop. verbo *La persona, l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recopil.*

Ita in solutione & petione sportularum & iurium sancitum est, vt Notarij Ecclesiastici Indiarum formam obseruent, in Regijs Schedulis † assignatam, quæ extant *pagin.* 131. *cum seqq. tom.* 2. *impress.* quod & leges Regni decidunt *in l.* 17. *tit.* 5. *lib.* 3. *l.* 27. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopil. Authent. vt Iudices sine quoquo suffragio, cap. Volumus* 6. iunctis Bouadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 198. & *cap.* 18. *num.* 229. & passim, D. Solorz. *de Indiar. Gubernat. lib.* 3. *cap.* 8. *à num.* 65. vbi plures citat. Petr. Caball. *resolut. criminal. cas.* 53. *n.* 3. *in fin.* D. Peña Montenegro *in Itinerar. lib.* 5. *tract.* 2. *sess.* 6. *à numer.* 2. 6

Licet in quadam Regia Schedula 30. *Octobris* 1591. quæ habetur inter huic Argentinæ Cancellarię Regiæ missas, relatum sit, nuper sancitum fuisse, vt eadem † iura Notarij Ecclesiastici perciperent, quæ solvi solent in Toletano Archiepiscopatu; patet resolutum fuisse alijs Regijs Rescriptis, quę extant *d. tom.* 2. *pag.* 370. & *seqq.* in percipiendis huiusmodi iuribus & emolumentis, idem servare debere † hos, quod laici Notarij & Scribæ servant, ex quibus summatur *l.* 36. *tit.* 20. *lib.* 4. *Summar.* ita: *Que los Notarios Ecclesiasticos lleuen los derechos, como los Escriuanos Reales.* 7 8

Hi Notarij pro Curia Ecclesiastica admittendi, debent † esse laici, vt latè tradit D. Solorzan. *dict. lib.* 3. *cap.* 8. *n. penult. & seq.* licet id facilè obtineri non possit, *vt ibidem* advertit; maximè cum hoc munus & exercitium † Clericis sit indecorum, & ab eis exerceri non possit, *cap. Sicut* 8. *ne Clerici vel Monachi*, vbi Barbos. *à num.* 2. relatis Abb. Hostiens. Roman. Senis, Cassan. Didac. Perez, Bonacosa, D. Couarr. Azeued. Zeuall. Ricc. Mastrill. Borrell. Sanch. & alijs, P. Bauny *Theol. Moral.* 1. *p. tract.* 11. *q.* 18. 9 10

An autem Notarij & Tabellionis † officium sit nobile, vel non, ad plura videndi sunt D. Couarrub. *practicar. cap.* 19. *num.* 5. Paz *in prax. in princ. in annot.* Azeued. *in l.* 3. *tit.* 1 *lib.* 6. *Recopil.* D. Gregor. Lopez *in proem. tit.* 19. *part.* 3. & *in l.* 1. *gloss.* 2. & *in l.* 7. *titul.* 9. *part.* 2. *gloss.* 2. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 30. *à numer.* 6. 11

Palac. Rub. *in rubric. cap. Per veſtras* 3. *not.* §. 10. *num.* 8. Gutierr. *practic. lib.* 1. *quæſt.* 137. Menoch. *conſil.* 552. *numer.* 8. Farinac. *deciſ.* 504. *part.* 1. *in nouiſſ.* Boer. *deciſ.* 222. D. Amaya *in l. Vniuerſos* 15. *iuncta l. Si quis* 34. *Cod. de Decurionib. libr.* 10. vbi latè & *num.* 37. latè etiam D. Salced. *in l.* 7. *tit.* 21. *lib.* 2. *Recopilat. à num.* 4. & *per tot.* & *à num.* 18. & 26.

Anno deinde ſequenti, ſcilicet 1539. *ſub die* 18. *Iulij* idem Supremus Indiarum Senatus aliam Regiam Schedulam iuſſit expedire, quæ continet, cuique li-
12 cere in Monaſterio † & Eccleſia Sancti Franciſci Ciuitatis de Panamà, vel alia Regulari quacumque, ſibi eligere ſepulturam, omni amoto impedimento, extat *eodem tomo* 1. *pagin.* 136. cuius verba retuli *ſuperiori Capite numer.* 4. ex qua deſumpta eſt *l.* 1. *dict. tit.* 12 *lib.* 1. *Summar. ibidem* ad literam tradita.

Poſt hoc tempus, *anno nempe* 1546.
13 Sacroſanctum Tridentinum Concilium † congregari & celebrari cœpit, quod fuit abſolutum & confirmatum *anno* 1563. vt dixi *ſupra Cap.* 52. *à num.* 60. Adde D. D. Franciſc. de Vergara & Alaua *Prolegom ad tract. de Concil. Vniuerſal.* D. Didaci de Alaua *poſt liter. H. cum ſeqq.* in cuius *ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 13. ſtatutum eſt, proprio defuncti Parocho,
14 vel Parochiæ ſolvendam † eſſe Quartam Funeralium, quoties in Eccleſijs & domibus Regularium illius funus fuerit celebratum, iuxta tamen explicationem & ſenſum deinde, à Sanctiſſimo Pio Papa V. datum, quem adduxi *ſupra Cap.* 88. *à num.* 43. vbi *num.* 42. verba Tridentini Concilij retuli. Adverte nihilominus, quod licet id Concilium decreuerit, non tamen formæ in hac re datæ per dictas Regias Schedulas, & alias à Regibus Catholicis, virtute Apoſtolicarum conceſsionum expeditas, de-
15 rogauit; Saluum † enim in ſuoque robore firmum Regij Patronatus ius reliquit Tridentina Synodus, vt patet *in d. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. iunctis traditis, *Cap.* 2. *à n.* 4. & *Cap.* 69. *n.* 50.

Igitur ex eo quod conceſſum & reſolutum fuit, in Indijs licere cuique in Monaſterijs & Eccleſijs Regularium, ſibi eligere ſepulturam, praua illa & deteſtanda
16 corruptela, iniquus † & damnabilis abuſus, duplicandi nempe funeralia iura & eleemoſynam, cœpit introduci, quem abuſum *tyrannicam obſeruantiam, & praxim*, appellat D. Solorzan. *dict. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 29. qua Parochi ſæculares, pro Parochianis ſuere in Regularium Eccleſijs facto, petere prætendunt, & petunt maiorem ſummam & eleemoſynam ea, quæ ſolvi deberet, ſi in Parochia ſepeliretur defunctus, immo paſsim iura duplicia exigunt in his caſibus; id eſt, illud quod aliàs, Parochiæ perſolvendum erat, ſi in ea ſepultus foret Parochianus, & rurſus alia ſimilis & æqualis quantitas, vnde nomen ſumpſit, appellarique incœpit hæc eleemoſyna ſeu contributio, *Derechos doblados*.

Quo deinde in Supremo Indiarum Conſilio audito, & ex parte Religionis Sancti Franciſci deducto & propoſito, expedita fuit Regia Schedula Generalis 1. *Decembris* 1573. Proregibus & Cancellarijs Regijs directa, quæ decidit, in hac Funeralium ſolutione & praxi omnino obſervari, quod Regiæ † iuſsiones & ius præcipiunt, & 17
ſtatuunt, illic: *Y no hizieſſen inſtituciones, impoſiciones, ni coſtumbres abuſiuas, ni deſordenadas, reponiendo las injuſtamente hechas, ò como la nueſtra merced fueſſe. Y viſto por los del nueſtro Conſejo de las Indias, fue acordado, que deuiamos mãdar dar eſta nueſtra Cedula para vos, è yo helo auido por bien, y os mandamos à todos y à cada vno de vos, ſegun dicho es, que veais lo ſuſo dicho, y proueais, que en ello ſe guarde, lo que por derecho eſtà ordenado, y aſsi miſmo por Cedulas y Prouiſiones Reales, y no conſintais, que à la dicha Orden de S. Franciſco ſe haga agrauio alguno, para lo qual dareis en nueſtro nombre las prouiſiones y recados neceſſarios, en la forma que conuenga.* Quod omne alia Schedula *anni* 1613. iterum iuſſum fuit ſervari, vt advertit D. Solorzan. *vbi proximè*.

Verum cum ſufficiens omnino non fuiſſet mandatum præfatum, in Regio Reſcripto *anni* 1573. contentum, ad tollendam corruptelam illam, aliud expeditum fuit *die* 10. *Maij* 1585. (in quo alterius 13. *Nouembris* 1577. in hoc omne expediti, mentio extat) quo nouiter ſancitum eſt, ne Parochis & Curatis in poſterum liceret, maiorem † eleemoſynam & quantitatem 18
prætendere & exigere, pro Parochiano

in

in Regularium Eccleſia ſepeliendo ; ex quo formata eſt, & ſummata, *l. 9. dict. titul.* 12. *libr.* 1. *Summ.* in hæc verba: *Que los Prelados prouean , como no ſe haga agrauio en el lleuar mas derechos à los Monaſterios de San Franciſco , por los difuntos que en ellos ſe enterraren.* Quod nouiſsimè innouatum eſt , per Regiam Schedulam 16. *Maij* 1658. proximè traditas omnes ad literam continentem, ibi:

19 *Y aora Fray Alonſo de Prado,* † *Comiſſario General de las Indias , de la Orden de San Franciſco , me ha repreſentado , que ſin embargo de lo diſpueſto en las dichas Cedulas , y en vn Breue , que tiene de ſu Santidad , paſſado por mi Conſejo de las Indias en la miſma razon , no ſe obſerua ni guarda lo ordenado por ellas, antes en ſu contrauencion continuan los Curas de las Igleſias , en lleuar los derechos doblados , à los que ſe entierran en los Conuentos de ſu Orden , con grande exceſſo , de que reſultan muchos inconuenientes y perjuyzio à ſu Religion , por quitar la libre voluntad à los deuotos, que quieren los entierren en ſus Conuentos , à que no ſe deuia dar lugar , ſuplicandome , que para remedio de ello , mandaſſe dar ſobrecedulas de las referidas, para que voſotros* (Proreges ac Regiæ Cancellariæ) *hagais que ſe guarden, cumplan , y executen puntualmente , ſin dar lugar à que ſe buelua à occurrir al dicho mi Conſejo , y que encargaſſe de nueuo à los Obiſpos , y Cabildos de eſſas Prouincias la obſeruancia dellas.*

¶ *Y auiendoſe viſto en el dicho mi Conſejo de las Indias , lo he tenido por bien ; y aſsi os mando , veais las Cedulas que arriba van inſertas , y las hagais guardar , cumplir y exeexecutar en todo y por todo , ſegun y como en ellas ſe contiene y declara , y ſi la dicha Religion de San Franciſco ocurriere ante vos à repreſentar alguna contrauencion à ellas , prouereis del remedio conueniente , ſin dar lugar à que buelua à ocurrir ſobre ello al dicho mi Conſejo, que à los Arçobiſpos , Obiſpos , y Cabildos de eſſas Prouincias, les bueluo à encargar de nueuo, por otra mi Cedula de la fecha deſta, el cumplimiento de las arriba inſertas. Fecha, &c.*

Et licet *præfata l.* 9. non determinet & præſcribat quantitatem, vel quotam, pro funere quolibet in Monaſterijs & Eccleſijs Regularium prædictorum faciendo , præſtandum , ſed tantum ſtatuat , hanc in maiori ſumma eſſe non debere ; nihilominus † ex ea optimè 20
ſequi & inferri videtur , illam ſolvendam eſſe in taxa , & quota , quæ Parochiali Eccleſiæ, aut eius Parocho præſtari ſolet , & debet , quando in ea ſepelitur Parochianus ; nam ſi prædicta lex expreſsè prohibet & vetat, non deberi , nec peti poſſe maiorem eleemoſynam & quantitatem , & aliàs non præſcribit , nec determinat qualis perſolvenda ſit , aut eſſe debere in ſumma maiori, ſequi videtur omnino , *ad ſummum* , in eadem met fieri debere ſolutionem ; vt nempè Parochus in vno , ac in alio caſu emolumentum & ſtipendium aſſequatur idem.

Hoc omne mire comprobant & adſtruunt † Conſtitutiones & declara- 21
tiones Apoſtolicæ, in hanc ipſam rem, pro his Indiarum Regnis & Prouincijs , editæ , veluti *Bulla* Clement. Papæ VIII. incip. *Expoſitum nobis , pagin.* 140. *tom.* 3. *Bullar. in §.* 3. illic: *Interdicimus & prohibemus --- Ex nunc* † *deinceps perpetuis futuris temporibus,* 22
maiorem eleemoſynam ab his , qui in dictarum domorum ; quam Parochialibus Eccleſijs huiuſmodi , ſepeliuntur , quouis prætextu aut occaſione , etiam de conſenſu , conſilio , ſeu mandato ſuorum Superiorum Ordinariorum , exigere debeant. Quam retuli *ſuperiori Capite num.* 42. (& de ea , ac de alijs modo tradendis , iterum agam *infra Capite* 94.) Bullæ duę Pauli Papæ V. incipientes † ambæ , *Expoſitum , pagin.* 217. 23
§. 4. *& pagin.* 237. *§.* 5. *eodem tom.* 3. Bulla † Vrbani Papæ VIII. incipit. 24
Alias , pagin. 58. *§.* 1. *poſt med. tom.* 4. *Bullar.* & tandem Bulla Sanctiſsimi † Innocent. Papæ X. incip. *Alias* , in 25
quibus quoad hoc , eadem fere verba continentur ; Quibus addendæ ſunt Conſtitutio eiuſdem † Vrbani VIII. 26
anni 1638. in verbis relatis *Capite ſuperiori numer.* 46. & declaratio Sacræ Congregationis Epiſcop. † & Regu- 27
lar. 7. *Decembris* 1640. *ibidem* adducta *numer.* 47. illic : *Vt Parochi, alijque de Clero ſæculari maiorem poſt hac eleemoſynam ſibi attribui faciant ab hæredibus defunctorum , qui in Eccleſijs Regularium prædictorum ſepulturam ſibi elegerunt , quam percipere poſſent , ſi*

in Parochiali, ſeu alia ipſius Cleri ſæcularis Eccleſia ſepeliri voluiſſent, iunctis Portell. Peyrin. Rodrig. Villalob. Pellizar. Samuell. & Lezan. *dict. Capite* citatis *num.* 47. Hanc Sacræ Congregationis declarationem nouiſsimè *anno iam elapſo* 1672. ab eadem Sacra Congregatione innouatam, confirmatam habe-
28 mus à Sanctiſsimo † Clemente Papa X. & à Supremo Indiarum Senatu obſeruari mandatam, in literis ſequentibus.

CLEMENS Papa X.

Ad futuram rei memoriam.

29 *NVper pro parte dilecti filij Ioannis † à Sancto Didaco Villalon, Fratris laici Prouinciæ Bœticæ, Ordinis Fratrum Minorũ S. Franciſci de Obſeruantia nuncupatorũ & Procuratoris pro ſerui Dei Franciſci Solani canonizatione promouenda, deputati. Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſitæ, expoſito, quod menſibus præteritis emanarant à dicta Congregatione quædam Decreta, circa funera & exequias, quæ fiunt ſuper cadaueribus in Eccleſijs dicti Ordinis; & ſubiuncto in eadem expoſitione, quod licet Decreta huiuſmodi comprehenderunt omnes Eccleſias eiuſdem Ordinis, nihilominus locus facilè non erat illorum executioni in Prouincijs Indiarum Occidentalium, Regnorum Peruuij, & Nouæ Hiſpaniæ; niſi ipſæ Prouinciæ expreſsè nominarentur; ideòque ſupplicato, vt declarare dignaretur, dicta Decreta etiam in Eccleſijs prædictarum Prouinciarum obſeruari debere, emanauit ab eadem Congregatione Decretum tenoris ſequentis, videlicet.*

Sacra Congregatio Eminentiſsimo-
30 rum † S. R. E. Cardinalium, negotijs & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſita, Oratoris precibus benignè indulgens, cenſuit, dandam eſſe petitam declarationem, ſæpè aliàs editã, eamq; etiam in præ narratis Eccleſijs In-
31 diarum, † religiosè obſeruandam; videlicet, Epiſcopos ſeu Ordinarios locorum permittere non debere, vt Parochi alijque de Clero ſæculari, maiorem eleemoſynam ſibi attribui faciant ab hæredibus defunctorum, qui in Eccleſijs Regularium ſepulturam ſibi eligerint, quam percipere poſſent, ſi in Parochiali, ſeu alia ipſius Cleri ſæcularis Eccleſia ſepeliri voluiſſent, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus. Romæ 6. Maij 1672. F. M. Cardinalis Brancatius.

Cum autem ſicut prædictus Ioannes nobis ſubinde exponi fecit, ipſe Decretum huiuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſideret. Nos ſpecialem ipſi Ioanni gratiam facere volentes, eumque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſeriè abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes; ſupplicationibus eius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, † & confirmamus, 32
illique inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus. Saluatamen ſemper in præmiſsis, auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas validas & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos expectat & pro tempore expectabit, pleniſsimè ſuffragari, & ab eis reſpectiuè inuiolabiliter obſeruari, ſicque in præmiſsis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari & definiri debere, ac irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 4. Iunij 1672. Pontificatus noſtri anno tertio. I. G. Iliſius.

Breue hoc Apoſtolicum, vbique obſeruari iuſſum eſt, per Generalem † Ca- 33
meræ Apoſtolicæ Auditorem (cuius iuriſdictionem & poteſtatem † *ſuperiori Capite à num.* 57. retuli) Aloyſium 34
de Aquino, literis executorialibus in forma ſolita ſuper hoc expeditis, quæ cum præfato Breui in Supremo Indiarum Conſilio exhibitæ & admiſſæ fuerunt,

runt, vt teſtatur Don Didacus de Carbadillo, per hęc verba: *Don Diego de Carbadillo y Loſada, Cauallero de la Orden de Santiago, Secretario de ſu Mageſtad, Regidor de Madrid y Oficial Mayor de la Secretaria del Conſejo Real de las Indias de la parte de Nueua Eſpaña, certifico, que auiendoſe* † *preſentado eſte* 35 *Breue ante los Señores de dicho Conſejo, y pedido certificacion de ſu preſentacion, ſe le mandò dar, por Decreto de* 11. *de Agoſto, paſſado; y para que dello conſte doy la preſente, en Madrid à tres de Setiembre de* 1672. *Don Diego de Carballido y Loſada.*

Executoriales vero literæ præfati Auditoris Cameræ, in eodem Supremo Indiarum Conſilio viſę, hæc addunt: *Nos igitur attendentes, petitionem & requiſitionem huiuſmodi fore & eſſe iuſtam, rationique conſonam, quodque iuſta petenti, non eſt denegandus aſſenſus, vobis* 36 *omnibus* (nempe Abbatibus, † Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, Canonicis.) *& ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium, committimus & in virtute Sanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis ſeu receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra; immo veriùs Apoſtolica auctoritate præinſertas literas Apoſtolicas omnibus, & ſingulis ad quos illarum paritio & executio ſpectat, & pertinet, intimetis, inſinuetis, & notificetis, & ad earum notitiam deducatis, pro vt Nos intimamus, inſinuamus, & notificamus per præſentes; & ſucceſsiuè moneatis & requiratis, pro vt nos monemus, & requirimus omnes & ſingulos, in executione præſentium nominandos, & cognominandos, eiſque præcipiatis, & mandetis, pro vt Nos præcipimus & mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, vltimo & peremptorio termino monitioneque Canonica Nos aſsignamus, & Vos aſsignetis eiſdem, ſub excommunicationis, ſuſpenſionis à Diuinis, interdicti Eccleſiaſtici, ac mille ducatorum auri in auro, Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & pro illis mandati executiui, & in iuris ſubſidium* 37 † *excommunicationis, vt ſupra, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis debeant, & quilibet ipſorum debeat præinſertas literas Apoſtolicas adamuſsim, & inuiolabiliter obſeruaſſe & attendiſſe, debitæque executioni demandaſſe, ſuoſque plenarios effectus ſortiri feciſſe & vidiſſe, ac ab omnibus perturbationibus, & inquietationibus eidem D. inſtanti contra formam, ſeriem, & tenorem, præinſertarum literarum Apoſtolicarum in partibus, tam illatis, quàm inferri comminatis, deſtituiſſe, deſiſtique & ceſſari mandari, dictaſque iactationes & moleſtationes fore & eſſe nullas, indebitas, & iniuſtas, nulliterque, indebitè, & iniuſtè illatas, ipſiſque nullum ius, nullamque actionem competiſſe, neque competere declarari vidiſſe, & de omnibus damnis, expenſis, & intereſſe præmiſſorum occaſione per præfatum inſtantem, tam paſsis & factis, quam in futurum patien. & facien. integre ſatisfeciſſe, & in illis ſe condemnari vidiſſe, & quaſcumque ſententias, Decreta, ſeu mandata in præmiſsis neceſſaria & opportuna fieri, ferri, ac decerni, & relaxari vidiſſe & audiuiſſe, ad fauorem prædicti D. inſtantis, deducentis in præmiſsis, omne ius, omneque remedium, &c. prædicto & omni meliori modo, &c. ipſiſque ius & iuſtitiam fieri ac miniſtrari peten. & nobile officium Iudicis, & beneficium iuris imploran. non ſolum modo & forma præmiſsis, verum etiam omni alio meliori modo.*

Et inſuper inhibeatis, & inhibendo expreſsè præcipiatis & mandetis, pro vt Nos inhibemus, & inhibendo expreſsè præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis prædictis, aliiſque in executione præſentium nominandis, & cognominandis, ne viſis & receptis præſentibus ſubceſuris & pœnis ante dictis, audeant, ſeu præſumant, aut eorum aliquis audeant, ſeu præ contra formam, ſeriem, & tenorem præinſertarum literarum Apoſtolicarum quicquam in partibus innouare, ſeu atenttare, aut innouari & atenttari facere, ſiue eundem inſtantem contra earumdem literarum Apoſtolicarum formam moleſtare, vexare, inquietare, & perturbare, aut moleſtari, vexari, inquietari, & perturbari facere, quouis prætextu, cauſa, ingenio, vel quæſito colore; quod ſi ſecus factum fuerit, id totum reuocare, & in priſtinum ſtatum reducere, curabimus. Alioquin præfatos ſic monitos, intimatos, & inhibitos, vel monendos, &c. ſi in præmiſsis ſeſe fore grauatos ſenſerint, peremptorie citetis & citari curetis, pro vt Nos citamus & citari vo-

volumus & mandamus per præſentes, quatenus ſexageſima die poſt præſentium executionem, ſi dies ipſa iuridica fuerit, alioquin alia prima die iuridica, ex tunc proxima futura immediate ſequenti, compareant Romæ in iudicio legitimè coram Nobis, ſiue noſtro in ciuilibus locum tenente infraſcripto,&c.

38 Vnum omnimo hoc loco † notandum duxi, Sacræ Congregationis declarationes (de proximè adducta nulla eſſe poteſt dubitatio, cum eam, in literis Apoſtolicis inſertam videamus, à Sanctiſsimoq; obſeruari iuſſum ſit, quo caſu ſunt vere leges D.Palafox *in memor.ſobre la execucion del Breue de Innoc. X. ann.* 1648.*pag.* 110.*num.* 116.plenè doctiſſ.P. Thom.Hurtad.*de congruaſuſtent. Eccleſiaſt.lib.*4.*reſolut.*4.*num.*234.*& ſeqq.*) eſſe magnę auctoritatis; nam licet aliqui
39 teneant, ſolum includere & continere † probabilitatem, ex eo quod Cardinales Congregationibus aſsignati, habeant tantum interpretandi facultatem,& raro Pontificem Summum in illis edendis conſulant, vt notant Salas *de legib.diſput.*2.*num.*5.*& tractat.*14.*diſput.*21.*ſect.* 12.Portell.*in dub.Regular.*verbo *Cardinales*,Fagundez *ad præcept.*2.*Eccleſ.libr.* 8.*cap.*8.*num.*38.Granad. 2. 2.*controu.* 1. *tractat.* 15.*diſput.*14.*ſect.*2. *num.*5. Pat. Suarez *lib.*7.*cap.*11.*circa fin.* P. Vazquez 1.2.*diſput.*177.*cap.vlt.num.*75. P.Caſtro Palao *tom.*1.*Moral.tract.*3.*diſp.* 3. *punct.* 2.*§.*3.*n.*7. P. Pellizzar. *in Manual.Regul. tract.*2.*cap.*9.*n.*6.*& tract.*4.*cap.*4. *n.*108. *& tract.*8.*cap.*4.*num.*23.qui ait, ſe vidiſſe declarationes inter ſe pugnantes,exGranad.*vbi proximè.*

Alij tamen docent,auctoritatem de-
40 ciſiuam, † ac ſi à Sanctiſsimo editæ forent, ad alios ſimiles caſus,obtinere, ita Rodrig.*quæſt.Regular. tom.* 1. *quæſt.*11. *art.*1.*&* 2.Mirand. *in Manual. Prælator. tom.*2.*quæſt.*26.*art.*11.Cochier.*de permut. Benefic.part.*2.*cap.*30. Hieroym. Rodrig. *in compend.quæſt.Regular.reſol.* 3.*num.* 1. *reſol.*18.*à num.*3.*&* 22.Zerol.*in prax.Epiſcop.*1.*part.*verbo *Auctoritas,in fin.& p.* 2.verbo *Abſolutio, in fin.* Gambacurt. *de caſib.reſeruat.cap.*3.*num.*6. Homobon. *de examin. Eccleſ.*1.*part.tract.*1.*cap.*6.*quæſt.* 29.Delrius *diſquiſit.magicar.lib.* 6. *cap.*1. *ſect.*3.*&cap.*11.*ſect.* 13. *in fin.* Cened. *quæſt. Canon.quæſt.*6.*num.*9. D.Solorzan. *dict.lib.*3.*cap.*13.*num.* 44. Lazar. *de blaſphem.quæſt.*10.*num.*39.Barboſ.*de iur.Eccleſiaſt.vniuerſ.lib.*1.*cap.*4.*à num.*81.*& in Summ.deciſion.Apoſtolicar.collect.*211.*n.*5. Narbon.*de appellat.Vicar.part.* 1. *n.*189. Torreblanc.*de iur.ſpiritual.lib.*14.*cap.*3. *à num.*18.Lezan. *quæſt. Regular. tom.* 2. verbo *Sacra Congregatio,num.*8. Nouar. *ad pragmat.Neapolit.in princip. propoſit.*7. *à num.*2.D.Fermoſin.*de Sede vacant. tractat.*1.*quæſt.*3.*num.*6. Nicol. Garc. *de Benefic.in præfat.*ibi:

Quod attinet ad declarationes Sacræ Congregationis, certum eſt, eas non eſſe declarationes doctrinales, ſicut latas à Doctoribus & iuris peritis, vt aliqui Theologi perperam dicunt; Sed eſſe declarationes definitiuas & deciſiuas, vim legis obtinentes,& vt leges recipiendas,vtpote latas ex commiſsione Papæ,& à perſonis habentibus interpretandi, & reſpondendi facultatem, à Principe. Pat. Sanchez *de matrimon.libr.* 8. *diſputat.* 2. *numer.* 10. Math.Burat. *deciſ.* 479. *numer.* 2. 3. *&* 10. aſſerens, Rotam Romanam † Sacræ 41
Congregationis declarationes reuerẽter amplecti, vbi Ferentill. *liter.B.num.*21. docet, ſufficere eas allegare, † ad inſtar 42
iuris communis, neque eſſe neceſſarium, illarum in actis productionem,D.Villarroel *en el Gouiern. Eccleſ.* 1.*p.quæſt.* 2. *artic.* 3.*à num.* 44. D. Palafox *in defenſ. Canonic. contra Patres Societatis* 4.*p.à num.*45.P.Auendañ.*in Theſaur.Indic.tit.* 18.*num.*54.*&* 66.Frances de Vrrutigoit. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 28.*num.*373.P. Thom. Hurtad. *de congr.ſuſtentat.Eccleſiaſt.d.lib.*4.*reſol.*4.*num.*244.quod verius
eſt, modo ſint † authenticæ & de eis con- 43
ſtet, ſecundum formam,à Sanctiſſ.Vrbano Papa VIII. datam, *in Decreto* 2. *Auguſti* 1631. de quo Barboſ. *dict. collectan.* 211.*num.fin.& in collectan. Bullar.* verbo *Congregatio* 11.*in fin.* D. Valençuel.*conſil.* 84.*n.*27. D. Salgad. *de ſupplicat.ad Sanctiſſ.* 2.*p.cap.* 30. *§.* 5. *à num.*4. P. Pellizzar. *dict.tractat.* 4. *cap.* 4. *num.* 108. *&* *dict.tractat.* 8. *cap.* 4. *num.*23.*& tractat.* 10. *cap.* 10. *à num.* 43. Machad. *de perfect. Confeſſ. lib.* 4. *p.* 7. *tractat.* 3. *document.* 2. *in fin.* veritateque nitantur
omnimo † Conſultationes & caſus,iux- 44
ta tradita à Rodrig. *dict. quæſt.*11.*artic.* 1.*&* 2.Mirand.*dict. artic.*11. Lazar.*dict. quæſt.* 10.*num.* 30.Homobon. *vbi ſupra*, Nouar. *dict. propoſit.*7. *à num.*2.D.D. Didac. Ximenez Lobaton *in diſcurſ. iuridic.ſobre no auer obedecido el Arçobiſpo de Granada las Cedulas Reales, numer.*

30.

30. *not.* 254. *& sequent.*

Ergo huiusmodi declarationibus Congregationis in iudicio vel extra illud, omnino fides adhibetur, si au-
45 thenticæ, firma & sigillo † Cardinalis præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis munitæ appareant, alioqui nullam fidem merentur, Petr. Ochagauia *de Sacrament. tractat.* 2. *de Pœnit. quæst.* 40. *num.* 12. Bossius *de triplic. Iubil. sect.* 3. *cas.* 2. *§.* 7. *num.* 255. Torreblanc. *d. cap.* 3. *num.* 19. Meroll. *disput. Theolog. tom.* 2. *disput.* 4. *cap.* 4. *dub.* 12. *num.* 173. *& seqq.* Laym. *Theolog. Moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. *§.* 7. *num.* 28. Marc. Vidal. *in arca vital. tit. de iurisdict. requis.* 4. *num.* 27. Ioann. Sanchez *in select. disput.* 48. *à num.* 1. Molfes. *in Summ. tom.* 1. *tract.* 9. *cas.* 13. *numer.* 43. Hurtad. de Mendoça *in* 2. 2. *vol.* 1. *disput.* 84. *sect.* 2. *§.* 25. plures apud P. Dian. 1. *p. Moral. tract.* 10. *resol.* 29. *&* 5. *part. tract.* 2. *resol.* 96. Leand. *tom.* 2. *tract.* 6. *disp.* 1. *q.* 16. Quintanadueñas *tom.* 2. *singular. tractat.* 4. *singul.* 5. *num.* 4. Ludouic. Sarau. *de iurisdict. adiunctor. q.* 17. *n.* 31. Murga *in quæst. Pastoral.* 3. *p. q.* 3. *n.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Parochialia iura qualia fuerunt taxata in Indijs. & num.* 2. 4.

3 *Regium Rescriptum* 16. *Aprilis* 1538. *in hoc expeditum, refertur.*

5 *Expenditur aliud* 27. *Februarij* 1575.

6 *Taxa de iuribus soluendis in Concilijs & Synodis, facienda est.*

7 *Prorex aut alius nomine Regis Catholici Concilijs Prouincialibus interuenit.*

8 *Prorex Regis personam repræsentat. & num.* 11.

9 *Prorex Concilijs interueniens, quid procurare debeat. & num.* 22.

10 *Acta Concilij Prouincialis non exequuntur, donec à Supremo Senatu sint examinata. & num.* 13.

12 *Rescripta Regia in hac materia expedita, qualiter procedant.*

14 *Synodales Constitutiones qualiter exequantur, licet in Supremo Senatu non exhibeantur.*

15 *Concilia Mexicanum & Limense per Regias Schedulas seruari mandantur.*

16 *Proreges Regularium electionibus adsunt, & discordias auertunt.*

17 *Proreges quando in Capitulis Regularium omnimoda potestate vtantur.*

18 *In his Capitulis passim scandala & dissidia oriri solent.*

19 *In Hisponiarum Regnis Regis nomine aliquis in Capitulis Regularium interuenit. & num.* 21.

20 *Remissiones & Apostillæ legibus Recopilationis additæ, vim legis obtinent.*

22 *Principes sæculares Concilijs interueniunt, tanquam defensores, & Protectores, pacem procurantes. & num.* 23.

24 *Principes sæculares se interponunt, quando Papæ electio ob discordias retardatur.*

25 *Reges Hispaniæ qualiter olim ad Concilia conuocabant.*

26 *Concilij Prouincialis repetita celebratio est magnæ vtilitatis. & num.* 30.

27 *Concilium Nicænum II. ad hoc expenditur.*

28 *Item Concilium Constantinopolitanum IV.*

29 *Concilium Moguntinum sub Archiepiscopo Sebastiano.*

31 *Concilia Prouincialia singulis triennijs celebranda sunt.*

32 *Concilium Prouinciale est maius singulis Episcopis, in eo concurrentibus.*

33 *Synodus bis vel semel in anno conuocanda est. & num.* 34.

35 *In Indijs quolibet quinquennio Concilium Prouinciale celebrandum erat, non antea. & num.* 37.

36 *Deinde in septemnium & duodecim annos fuit commutatum. & num.* 38.

39 *Tandem ad hoc sexennium assignatum est.*

40 *Synodus Diœcesana quolibet anno celebrari debet in Indijs; referuntur Schedulæ Regiæ de hac re agentes.*

41 *Titulus & Rubrica multum influunt ad intelligentiam iurium, sub eis contentorum.*

42 *D. D. Ferdinandus Arias Vgarte, Archiepiscopus Argentinus Synodum congregauit.*

43 *Alia eodem tempore celebrata fuit, in Regno Chilensi.*

44 *Iura Parochialia in hac Synodo taxata, iubentur solui, iuxta tenorem Regiarum Schedularum.*

45 *D. D. Felicianus de Vega, Episcopus Pacen-*

censis alias Synodales Constitutiones edidit.

46 *Senator antiquior, defuncto Præside, non administrat Regium Patronatum; sed Senatus ipse.*

47 *Regium Rescriptum refertur statuens, Regij Patronatus & aliarum rerum gubernationem, ad Cancellariam spectare, deficiente Præside.*

48 *Ordinatio Regia hoc continens, refertur.*

49 *Proregi Peruano nuper fuit permissum, posse interim nominare Præsidem Argentinum, in casum mortis proprietarij, quod deinde fuit reuocatum. & n. 50. 51.*

52 *Aliquæ Indiarum Cancellariæ qualiter Proregibus Peruano, & Mexicano subsint.*

53 *Antiquior Senator defuncto Prorege, vel Præside minutarum rerum obtinet gubernationem. & num. 55.*

54 *Occupatque primum locum in Senatu.*

ARGVMENTVM.

PArochialia iura, in Concilijs Prouincialibus &, Synodis taxanda sunt. Aliqua de Concilijs & Synodis, ac de Capitulis Regularium Indiarum expenduntur; ijs Regis Catholici nomine Prorex aut alius interesse potest. Mortuo, aut amoto Prorege vel Præside, Cancellariæ Indiarum gubernant, ac Regium Patronatum administrant.

CAP. XCIII.

SVperiori Capite dictum & fundatum est, iura Parochis Sæcularibus persoluenda, pro funeribus Parochianorum, in Regularium domibus celebrandis, eadem omnimo esse debere, quæ alias forent eisdem præstanda, si in Parochiali, vel alia Cleri Ecclesia fuisset Parochiani corpus sepultum; nunc videndum est, qualia esse debeant iura hæc in his Indiarum Regnis & Diœcesibus. Igitur, vt hęc iurium Parochialium † solutio & obligatio certam & determinatam contineret formam, non solum in funeribus; sed etiam in alijs rebus, ad Diuinum cultum pertinentibus, & ne cuiusque hoc voluntati & arbitrio relictum esse videretur, iussum fuit per Regiam Schedulam 16. *April.* 1538. *pag.* 135. *tom.* 1. *impress.* in ijs, quotam in Archiepiscopatu Hispalensi iam diu admissam & praxi traditam, † 2 taxandam esse, triplicatam tamen; id est, triplum eius, quod in præfata Diœcesi solui solet, modo in d. Regia Schedula dato, seruato, hæc sunt illius verba;

La Reyna. Don Antonio de Mendoça † 3 *nuestro Visorey y Gouernador de la Nueua España, y nuestro Presidente en la nuestra Audiencia y Chancilleria Real que en ella reside; Bartholome de Zarate en nombre de essa Ciudad de Mexico ha hecho relacion, que es muy excessiuo lo que los Clerigos y Curas de essa Nueua España lleuan de los entierros, y Missas, y velaciones, matrimonios, y de todas las otras cosas dedicadas al culto Diuino, y que conuernia lo mandassemos lleuar, conforme à lo que se lleua en el Arçobispado de Seuilla triplicado, y los derechos que lleuan en las Audiencias de los Prouisores, sea ansi mesmo triplicado, conforme al dicho Arçobispado, ò como la mi merced fuesse.*

Lo qual visto por los del nuestro Consejo de las Indias, fue acordado, que debia mandar dar esta mi Cedula para vos, è yo tuuelo por bien, porque vos mando, que hagais juntar en essa dicha Ciudad de Mexico, los Prelados de essa dicha Nueua España, y prouereis, que se dè orden cerca de la limosna que han de lleuar los dichos Clerigos y Curas, por los enterramientos, y treintanarios, y de todas las otras cosas, que han de hazer, de tal manera, que no † *excedan en lo* 4

que

que huuieren de lleuar, de lo que lleuan en Sevilla, triplicado. Fecha, &c. ex qua & alia 26. *Aprilis* 1540. desumpta est *l.* 6. *tit.* 12. *lib.* 1. *Summar.* ita: *Que los derechos de entierros, velaciones, y otras cosas dedicadas al culto Diuino, se lleuen conforme al Arancel.*

5 Quod iterum apertius † mandatum fuit, *in Regia Schedula* 27. *Februar.* 1575. cuius fragmentum extat *pag.* 136. *eodem tom.* 1. hæc fuit Peruano Proregi missa: *En los derechos excesiuos* (inquit) *que los Clerigos y Religiosos lleuan de los enterramientos y otros Oficios Diuinos, está prouveido en el dicho libro de gouernacion espiritual* (huius libri meminit etiam remissio, seu apostilla posita post Regiam Schedulam 17. *Octobris* 1575. *pag.* 236. *eodem*
6 *tom.*) *que en los Synodos Prouinciales,* † *se hagan Aranceles de ellos, y se manden guardar, vos lo podreis hazer assi, en la que se ha de celebrar en la Ciudad de los Reyes.* Ex qua summatur *l. fin. tit.* 6. *dict. lib.* 1. *Summar.* sic: *Que en los Concilios Prouinciales se hagan Aranceles de los derechos, que se han de lleuar por los entierros.*

Additum fuit deinde per Regiam Schedulam 13. *Maij* 1585. *pag.* 137. *eod. tom.* his Concilijs Prouincialibus inter
7 esse † debere Proregem vel alium, Regis nostri Catholici nomine, ad effectum *ibidem* relatum in illis verbis: *Mas de encargaros, como os encargo y mando, assistais personalmente* (Prorex) *por mi, y en mi nombre en el dicho Concilio, que para todo lo que se ofreciere, y os pareciere tratar de mi parte, à fin de que se consiga el buen efecto que se espera de aquella Santa Congregacion, en la qual aueis de tener el lugar, que se acostumbra à dar à los que representando* 8 † *mi persona, han assistido en semejantes Concilios; os doy poder y facultad quan bastante se requiere, terneis mucho* 9 *cuydado de procurar la paz y conformidad de los Congregados, y de mirar por lo que toca à la conseruacion de mi Patronazgo, y* 10 *que nada se execute,* † *hasta que yo lo vea y dè licencia para ello, y las cosas que se ofrecieren, comunicareis con el Licenciado Bonilla, Inquisidor Apostolico de essa Nueua España, à quien escriuo sobre ello, para que con su parecer, trateis lo que sobre ello y cada vna de ellas fuere necessario, y de lo que de todo resultare, me dareis auiso.* Ex qua desumitur *l.* 2. *d. tit.* 6. *lib.* 1. *Summar. Que en los Concilios Prouinciales de las Indias assistan los Virreyes, Presidentes, ò Gouernadores en nombre del Rey.*

Hoc in casu Prorex vel alius interueniens, Regis nostri Catholici personam † repræsentat, vt textus iste pro- 11
bat, quemadmodum passim aliàs dici solet, Proregem, Senatum, & alios facultatem, ad id habentes, Principem Supremum repræsentare, & ipsius imaginem obtinere, *l. Eos* 16. *Cod. de appellat. cap. Præcipimus* 26. 93. *distinct.* gloss. *in cap. Cum olim*, verbo *Delegati*, *de offic. Iudic. Delegat.* Roman. *singul.* 367. Cassan. *in Cathalog. glor. mund.* 7. *part. consider.* 10. Boer. *in addit. ad tract. de author. magn. Consil. num.* 66. Crauet. *cons.* 144. *num.* 20. Roland. à Valle *cons.* 70. *à numer.* 17. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 106. *num.* 16. Afflict. *decis.* 120. *à n.* 6. Cabed. *decis.* 212. *num.* 1. Cancer. 3. *part. variar. cap.* 3. *num.* 329. D. Villagomez *in allegat. iur. super venia à Concionatorib. petend. fol.* 57. *& seq.* Dom. Palafox *in defens. Canonic. contra Patres Iesuitas*, 1. *part. num.* 39. *&* 52. Præses noster meretiss. D. D. Bartholom. Gonçalez Poueda *in allegat. iur. pro Don Petr. Santacilia & Pax, cum Don Hieronymo Ballester & Togores, pro impediendis literis Regijs, causa videndi expedire solitis, num.* 13. D. Ximenez Lobiton, *vbi eum retuli superiori Capite prope fin. num.* 31. *not.* 258. *& num.* 43. *not.* 350. D. Merlo de la Fuente *en su defensa legal, num.* 248. *lit. E.* D. Matheu & Sanz *de re criminal. controuers.* 73. *num.* 2. Aluarez Pegas *ad Ordinat. Regn. Portug. lib.* 1. *tit.* 1. *ad Rubric. gloss.* 3. *num.* 6. *tom.* 1. ex Cyriac. *controu.* 10. *num.* 57. *& controu.* 416. *à num.* 25. nouissimè ex Dom. Caramuel. *in Grammat. Audac. num.* 14. Petr. Francisc. Passerinus *in problemat. legal. problem.* 7. *§.* 3 *num.* 275. *& seq.* vbi dicit, quod Vicarius Regis, nempe Prorex, moraliter transubstantiatur in personam Regis delegantis, quia nimirum Vicarius, ex vi delegationis iam est (moraliter loquendo ac virtualiter) ipsemet Rex, id est, ita se habet, ac si verè esset Rex, & dixi *supra Cap.* 32. *num. fin. & Cap.* 50. *num.* 49. vnde sententia Senatus reputatur & habetur, tanquam Principis sententia, *l.* 2. *ff. de flumin.* ibi: *Nisi Imperator aut Senatus vetet. l. Filius* 15. *ff. de condit. instit. Senatus*, inquit, *aut Princeps improbauerit. l. Quod Principis aut Senatus iussu* 23. *ff. de aqua pluu. arcend. l.* 23. *tit.* 2. *lib.* 2. *Ordin. l.* 1. *§. Eum qui*, vers. *De qua autem restitutione prætor loquatur, vtrum de ea, quæ à*

Prin-

Principe datur, an quæ à Senatu ff. de poſtulând. Rebuff. *in proem. Concordat. pag.* 8. verſic. *Secundo*, Mieres *de maiorat.* 4. *p. quæſt.* 22. *à num.* 53. D. Valençuel. *conſil.* 39. *num.* 64. *& conſil.* 73. *num* 57. *conſil.* 40. *num.* 55. Lara *in compend. vitæ homin. cap.* 1. *à num.* 58. Eſcob. à Corro *de puritat.* 1. *p. quæſt.* 17. *§.* 1. *à num.* 3. D. Præſes Poueda *in allegat. iur. pro Don Chriſtophor. del Hierro cum Ioann. Ruiz de la Plaza ſuper ſolutione pretij quarumdam domorum, n.* 28.

Reſcriptum Regium ſupra adductum
12 rectè procedit, quamuis Concilia hęc † ſint Eccleſiaſtica, tum in vim conceſsionum Apoſtolicarum, quibus Rex Catholicus gaudet in Indijs, vt ſępè dictum eſt, tum etiam ratione Regaliarum, quas tanquam Supremus Princeps Catholicus retinet & poſsidet, ſecundum ea quæ in ſpecie notat Anton. de Butr. *in cap. à nobis de iur. Patron. num.* 25. & Imol. *in cap. Meſſana, de election. num.* 3. Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. Immunit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 36. latè & plenè D. Salced. *de Leg. Politic. lib.* 1. *cap.* 12. *§. vnico num.* 15.

Reſoluta tamen & determinata in his Prouincialibus Concilijs Indiarum executioni mandari non poſſunt, quouſque
13 † à Supremo Indiarum Senatu viſa & recognita ſeu examinata fuerint, vt proximè relatum Reſcriptum iubet, ibi: *Y que nada ſe execute haſta que yo lo vea y dè licencia para ello, l.* 6. *dict. tit.* 6. *Que los Concilios Prouinciales y Synodales que ſe hizieren en las Indias, ſe embien al Conſejo, antes que ſe impriman, ni publiquen.* Et licet hoc ab initio quoad Synodales Conſtitutiones ſimiliter procederet, deinde fuit ſan-
14 citum, has † rectè exequi poſſe, facultate prius à Prorege, vel Audientia Regia habita, poſtquam coram eis exhibitæ & ab ipſis examinatæ fuerint, ne quid Regio Patronatui, iuriſdictioni, & alijs Regalijs contrarium, contineant, *l.* 7. *dict. tit.* 6. *Que en los Concilios Prouinciales ſe guarde la ley antes deſta, y en los Synodales baſte que los vean los Virreyes ò Audiencias, y en lo que les pareciere es contra la juriſdicion, ò Patronazgo Real, hagan ſobreſeer y auiſen al Conſejo*, ex Regijs Schedulis *pag.* 136. *& ſeq. tom.* 1. *impreſſ.* iunctis Emman. Rodrig. *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 35. *artic.* 2. *circa fin.* D. Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 41. D. Peña Montenegro *in Itinerar. lib.* 5. *tractat.* 4. *ſeſſ.* 6. *& ſeſſ.* 8. D. Lobaton, *vbi proximè, n.* 15. *not.* 119. latè D. Salced. *in alleg. iur. ſub cap.* 9. *lib.* 2. *de Leg. Politic. in noua edit.* tradita *n.* 50. vbi de quadam Synodo agit, quę à Supremo Conſilio retenta fuit, quia abſque eius licentia executioni mandata apparuit, *& à num.* 48. 85. *cum ſeqq. & n.* 297. refert quamplures, de licentia Supremi Senatus praxi datas Eſpinoſa Ribadeneyra *in alleg. iur. por el Dean y Cabildo de Canaria, con el Obiſpo y Audiencia della ſobre poner ſillas en las Igleſias num.* 27. D. Palafox *vbi ſupra* 4. *p. num.* 36. vbi aduertit, generalia Mexicanum & Limenſe Concilia in horum omnium obſeruantiam & executionem, in præfato Supremo Indiarum Senatu fuiſſe approbata, † 15 per Regias Schedulas 9. *Februarij* 1621. *& 3. Septembris* 1624. ex iſta *anni* 1621. & alia *anni* 1591. formatur *l.* 8. *dict. tit.* 6. ita; *Que en las Prouincias del Peru y Nueua Eſpaña ſe guarden los Concilios Limenſe, y Mexicano, vltimamente celebrados, en cada vna el que le tocare.*

De alijs duabus Regijs Schedulis memoriam agit D. Palafox *vbi proximè* 7. *p. num.* 42. quæ etiam extant apud D. Solorzan. *dict. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 19. Alia 25. *Februarij ann.* 1626. quæ decidit: *Que los Virreyes † remedien las inquietudes, que* 16 *ſe ofrecieren en las elecciones, ò otras coſas de gouierno de las Ordenes, embiando à eſtos Reynos à los que les pareciere conueniente, l.* 37. *tit.* 10. *lib.* 1. *Summar.* Ft alia 25. *Auguſti* 1620. iubente: *Que en los Capitulos que las Religiones hizieren, ſe halle el Virrey ò Gouernador de la Prouincia, y no ſiendo donde èl aſsiſta, les eſcriua lo que le pareciere conueniente al buen gouierno, y paz de la Religion, y execucion de lo que ſobre ello eſtà ordenado, l.* 30. *d. tit.* 10. D. Solorzan. *vbi proximè, num.* 23. P. Auendañ. *in addit. ad tom.* 2. *Theſaur. Indic. num.* 68. *& ſeqq.* vbi quando Prorex omnimoda poteſtate † in his Capitulis vti poſsit. Hoc 17 equidem ſummè conueniens fuit iubere, ac præuenire, ſolent enim in Capitulis & Prouincialium electionibus ſæpè ſcandala † accidere & oriri diſsidia, 18 vt benè advertunt Rodriguez *vbi ſupra tom.* 2. *quæſt.* 51. Mirand. *in Manual. Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 6. 16. *& 23.* Portell. *in dub. Regularib.* verbo *Electio*, D. Palafox *d. n.* 42.

In Hiſpaniarum Prouincijs praxim ſuperiùs traditam, paſsim contingere ſcimus; in eis enim à Rege noſtro Catholico nominari & elegi † ſolent, qui Re- 19

gu-

gularium electionibus & Capitulis Generalibus, aut Prouincialibus, intercedere possint, *secundum apostillam vel remissionem vltimam tit. 6. lib. 1. Recopilat.* ibi: *En todos los casos que se teme, que ha de auer defension ò encuentros en las elecciones de Prouinciales, y Generales de las Ordenes, assi de oficio, como à pedimiento de parte, nombra su Magestad Prelado, ò otra persona, que va à presidir à los Capitulos, y para esto se despachan Cedulas por el Consejo de Camara*; has remissiones & apostillas vim
20 † legis habere, notat D. Larrea *allegation fiscal* 8. *num.* 24. *in fine.* His proximè traditis addenda est Regia Schedula 8. *Octobris* 1624. Archiepiscopo Manilæ, in Insulis Philippinis missa, quæ inter alia, hęc continet verba; *Está bien las diligencias que hezistes para estoruar el nombramiento, que pretendian hazer de Prouincial del Orden de San Agustin en persona, que notenia las partes y requisitos necessarios, y siempre acudireis à semejantes cosas, como estais obligado.*

De hac praxi eligendi & mittendi ministros Regios, Prælatos, vel alios, à Re-
21 ge † Catholico obseruata, vt præfatis Capitulis & electionibus intereſſe valeant, eam probantes, agunt Rodrig. Mirand. & Portell. *vbi proximè* Renat. Coppin. *de Sacra politia lib. 1. tit. 1. num. 7. & 11.* D. Solorzan. *dict. cap. 26. à num. 19.* Petr. Marca *in concord. Sacerdot. & Imper. lib. 4. cap. 3. §. 5. & lib. 6. cap. 14. §. 6. ante fin. & cap. 22. §. 3. & seqq. & §. 9. & cap. 25. §. 2. & c. 28. §. 2.* D. Castejon *in Alphab. iurid.* verb. *præcedentia.* D. Salced. *dict. §. vnico per tot.* vbi *à num. 10.* exemplis diuersis, hanc praxim comprobat; deinde *à num. 29.* eruditione Sacra, Doctrinis, & traditionibus varijs eam ornat & prosequitur, fundatque plene, laicorum assistentiam & admissionem in hoc casu, non esse vsurpatiuam iurisdictionis; sed con-
22 currere † & interuenire sæculares Principes, vel alios eorum nomine, tanquam defensores & protectores, pacem & quietem electionibus & Capitulis procurantes, scandala & dissensiones remouentes; *animaduersores & custodes conseruandæ æquabilitatis & Ordinis*, appellat eos Marca *dict. cap. 3. §. 5. à num. 32.* D. Salced. varias Historias & casus congerit, in quib⁹, ab antiquo, hoc ipsum obseruatum aduertit, tandem *à num. 47* ex officio Regis & Patroni, ex Ceuall. Pereyr. Coppin. Maguer. D. Solorzan. & D. Salgad.

hoc prouenire probat. videndus itaque est D. Salced. cum casus euenerit, quia doctissime & plenissime rem hanc exponit, fundat, & exornat. & nouissime *in alleg. iur. sub cap. 9. lib. 2. eiusdem tract. de leg. politic. in nou. edit. addita, num. 113.*

Cui addendus est Marc. Ant. Cuchus *instit. maior. lib. 2. tit. 3. de Concilio Oecumenico, n. 36.* quem refert Ceuall. vbi eum citat D. Salc. nempe *de cogn. per viam viol. in proem. cap. 9. n. 69.* in illis verbis: *Eruntque hæ Principum † sæcularium partes præ-* 23
cipuè, vt Concilij quietem & tranquilitatem authoritate, ac si opus fuerit, armis tueãtur, foueant & tegant, turbatores longè submoueant, cum si pax & disciplina Ecclesiæ soluatur, illi à Principibus rationem sit exacturus, qui eorum potestati suam Ecclesiam commendauit; idem Ceuall. *gloss. 8. à n. 31.* vbi latè, Theodoret. *histor. lib. 1. cap. 7.* Euseb. *in vit. Constantin.* Cardin. Sfort. Palauesin. *lib. 6. histor. Trident. cap. 4. n. 5. & cap. 6. n. 4.* optimè D. Vergara *in addit. ad tract. de Concil. Vniuers. D. Didaci de Alaua, 1. p. cap. 3. fol. 28. B.* D. Castejon *vbi supra.* Adde quos tradidi *supra Cap. 41. n. 26.* docẽtes, sæculares Principes se interponere † pos- 24
se, quando Pontificis Summi retardatur electio & creatio ob discordias, iunctis *cap. Vbi nam 4. 96. dist.* cum alijs, Germon. *vbi sup.* Valdes *de dignit. Reg. Hisp. cap. 1.* D. D. Emm. Gonç. Tellez, præceptore nostro doctissimo, *ad Concil. Illiberit. lib. 1. cap. fin.* Marca *d. lib. 6. cap. 23. à princ.* vbi latè tradit, Reges nostros Catholicos † 25
Concilia olim conuocare solitos.

Addit etiam Marca *d. l. 4. cap. 7. §. 5.* ex *Concil. Parisiensi, p. 1. cap. 26.* magnæ † vti- 26
litatis esse, Concilij Prouincialis repetitã celebrationem, ex eo quod examinata & resoluta in eo, multa vtilia contineant obseruanda, maximamque authoritatẽ & vim intra Prouinciam importent; vt benè notauit D. Palaf. *in d. def. Canon. 4. p. n. 30. & seq.* ex *Concil. Nicæn. II.* quod est Generale VII. *action. 7. Can. 1. pag. 122. tom. 6. Concilior.* ibi: *Quo circa † Diuinos Canones* 27
libenter amplectimur, eorumque constitutionem integram & illabefactabilem confirmamus, quæ edita fuerunt à Sãcti Spirit⁹ Tubis, omni ex parte benedictis Apostolis, & sex Sãctis vniuarsalib⁹ Synodis; hisq́; quæ ad huiusmodi Decretorũ traditionẽ localiter, seu Prouinciã coactæ fuerunt à nostris Sãct. Patrib⁹ Conc. Constãtinop. IV. quod est generale VIII. *cap. 1. pag. 825. eod. tom. 6.* illic: *Igitur regulas, † Sanctæ Catholicæ & Apostoli-* 28

licæ Eccleſiæ, tàm à Sanctis Famatiſsimis Apoſtolis, quam ab Orthodoxorum vniuerſalibus, necnon & localibus Concilijs, traditæ ſunt, ſeruare atq; cuſtodire profitemur. Cõcil. Moguntin. ſub Sebaſt. Archiep. celebrat. *ann.* 1549. *cap.* 104. quod eſt final. *in fin. pag.* 335. *tom.* 9. *Concil.* ibi: *Cum his præ-*
29 *ſentibus noſtris † Conſtitutionibus omnes etiam Generalium Conciliorum Conſtitutiones, & Decreta ſimiliter omnia & ſingula alia ſtatuta Prouincialia, in Concilijs Prouincialibus, ſub noſtris prædeceſſoribus celebratis, edita, quorum in his noſtris Conſtitutionibus, etiam nullam mentionem fecimus, in ſuo vigore permanere volumus. Clem.* 1. *in princ. de priuil.* ibi: *Vel à ſententijs per ſtatuta Prouincialia aut Synodalia promulgatis.* Cuius rationem optimam reddit, ex Simeon. Stilita *epiſt. ad Baſil. Epiſc. Antiochen.* illic: *Si in duobus aut tribus, in nomine*
30 *eius † conuenientibus, medius intereſſe Saluator promiſit, quando ad tot, & tam Sãctos Patres ille adueniſſet, niſi ab initio cum eis Spiritus Sanctus fuiſſet?* extat apud Nicephor. Calixt. *hiſtor. Eccleſiaſt. lib.* 5. *cap.* 19. Hæc ad literam adduxit amicus & contemporarius meus doctiſſ. Don Alphonſ. Carrillo, Matritenſis Advocatus, *in defenſor. pro Epiſc. Paraquar. D. D. Bernardino de Cardenas, diſc.* 1. *n.* 5. non laudato D. Palafox, à quo illa habuit, facit D. Peña Montenegro *vbi ſupr. dict. tract.* 4. *ſeſſ.* 6. *num.* 2.

31 Concilia itaque hæc Prouincialia † ſingulis triennis celebrari ſtatuit Bulla Leon. X. incip. *Regimini, in §.* 12. *pag.* 560. *tom.* 1. *Bullar.* ibi: *Præterquam, quoad Concilium Prouinciale, quod de cætero ſingulis triennis fieri mandamus; ad illaque etiam exemptos accedere decernimus, priuilegio ac conſuetudine quacumque contraria non obſtante.* Cõcil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de Reform. de iuſta, ac ſaluberrim. cap.* 2. D. Didac. de Alaua *de Concil. Vniuerſ.* 2. *p. §.* 3. *vbi Addit. & §.* 4. *& in cap.* 1. *p.* 1. P. Azor. 2. *p. inſtitut. Moral. lib.* 3. *cap.* 47. *q.* 6. Zerol. *in prax. Epiſcop.* 1. *p.* verbo *Concilium, §.* 2. Allegatio iuris ſatis erudita, cuius ſæpè memini *por la Dignidad Epiſcopal de Orenſe, con el Abad y Conuento de Santa Maria de Oſſera, ſobre Patronato, n.* 205. & alij *infra.* Nota in hac materia vnum, paſsim ab alijs traditum,
32 Prouinciale Concilium Archiepiſcopo † & ſingulis alijs, ad illud celebrandum concurrentibus, eſſe maius, vide late P. Suar. *de legib. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 4. Barboſ. *de offiic. & poteſt. Epiſcop.* 2. *p. allegat.* 34. *n.* 9. Lezan. *quæſt. Regular. tom.* 4. *conſult.* 56. *n.* 38. P. Auendañ. *in Theſaur. Indic. tit.* 9. *n.* 161.

Synodus vero Dioeceſana bis, vel ſemel in anno convocanda † eſt, iuxta text. 33
deciſionem *in cap. Concilia* 6. 17. *diſtinct. cap. de Concilijs* 2. *De Concilijs autem*, inquit, *Epiſcoporum non aliud indicimus, quã Sancti Patres ſalubriter ordinarunt, vt ſcilicet huius bini Conuentus per annos ſingulos habeantur, in quibus de omnibus querellis, quæ inter diuerſos Eccleſiæ Ordines naſci aſſolent, iudicetur. cap. Propter* 4. *cap. Peruenit* 6. *cap. Quoniam*, 18. *diſtinct. cap. Graue* 29. *§. Volentes, de Præbend. & Dignitat. cap. Sicut olim* 25. *de accuſat.* Concil. Trident. *d. cap.* 2. Synod. Salernitana *titul.* 1. *cap.* 1. illic. *Ne antiquum ac laudabile Eccleſiæ inſtitutum † quotannis Synodum co-* 34
gendi, vllatenus omittatur. iunctis Rodrig. *vbi ſupra tom.* 3. *quæſt.* 47. Marta *de iuriſdiction.* 2. *part. cap.* 33. *à num.* 14. Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap.* 48. *num.* 3. Sebaſtian. Medices *de legib.* 1. *part. quæſt.* 14. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 620. *num.* 16. Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap.* 61. *num.* 8. Barboſ. *in dict. cap.* 2. *Concilij, à num.* 17. *& de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 93. *à num.* 2. Balthaſ. Altamiran. *de Viſitat.* verbo *Etiam, poſt num.* 21. *fol.* 106. Alced. *de præcellent. Epiſcop. Dignitat.* 2. *p. cap.* 1. *num.* 25. P. Bauny 1. *part. Theolog. Moral. tractat.* 8. *quæſt.* 25. plura Ioann. Anton. Maſſobr. *de Synod. Diœceſ.* Gauant. *in Manual. Epiſcopor.* verbo *Synodus Diœceſana, numer.* 4. *& in prax. Synod. Diœceſan.* vbi *cap.* 1. *num.* 3. dicit: *Nota, quod de primo Apoſtolorum Concilio locuti ſunt hoc modo; Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, qui ritus adhuc perſeuerat apud Nos, vt Concilia Prouincialia & Generalia dicantur congregata in Spiritu Sancto; quod prohibetur dici de Synodo Diœceſana; qua de re monitus fuit quidam Epiſcopus à S. R. E. Cardinalibus, qui ante Decreta Synodalia, eo modo loquendi fuerat vſus, & prælo cum eiſdem verbis dedit*, nouiſſ. Dom. Vergar. & Alaua *in addit. ad tract. de Concil. vniuerſ. D. Didac. de Alaua* 1. *p. cap.* 1. *poſt med.* vbi advertit an Epiſcop⁹ confirmat⁹ & non conſecratus poſsit ad Synodum conuocare; item, an poſsit Capitulũ Sede vacante, ad quod ſunt videndi Ioan. Anton. Maſſob. *vbi ſupr. cap.* 2. *dub.* 1. *&* 4. P. Azor. *inſtit. mor. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 45. *q.* 4. Garc. *de Benefic. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 8. Gabant. *in dict. prax. cap.* 1. *§.* 1. *&* 3. quos citat.

Apud

Apud Nos vero, obtento ad id Apostolico indulto, quolibet quinquennio
35 Prouincialia Concilia † celebranda erant, quemadmodum refert & exprimit Regia Schedula 21. *Iunij* 1570. *pag.* 138. *tom.* 1. *impress.* quod deinde in septen-
36 nium † commutatum fuit, *ex Breui Gregorij XIII.* dato Romæ *die* 15. *Aprilis* 1583. de quo extat memoria apud D. Vega *in cap.* 1. *num.* 11. *de iudic.* D. Solorzan. *dict. cap.* 7. *numer.* 40. Nihilominus *anno* 1591. iussum fuit, vt Metropolitani pas-
37 sim † ad Concilia celebranda Prælatos non vocarent, in Regia Schedul. 30. *Octobris dict. anni pag.* 283. *eod. tom.* 1. addunt etiam D. Vega & D. Solorzan. *ex Bulla Pauli Papæ V.* 7. *Decembris* 1610. ad instantiam & supplicationem Regis nostri Catholici expedita, extensum fuit tem-
38 pus illud † ad duodecim annos. Verum Regia Schedula 9. *Februarij* 1621. ad Indiarum Prælatos & alios Superiores generaliter missa, iuxta Sacræ Congregationis declarationem, cuius meminit, se-
39 xennium † ad conuocanda & celebranda in Indijs huiusmodi Prouincialia Concilia assignat, ex qua desumpta est, *l.* 1. *dict. tit.* 6. *lib.* 1. *Summar.* ita: *Que los Concilios Prouinciales se celebren en las Indias cada seis años, conforme à la declaracion de la Congregacion de los Cardenales.*

Synodus autem Diœcesana quoli-
40 bet anno † celebranda est in Indijs, secundum præscriptum à Sancto Tridentino Concilio traditum *in dict. cap.* 2. vt advertunt & decidunt *dict. Reg. Schedul.* 9. *Februarij*, ibi: *Los Prelados de las Indias tengan particular cuydado de conuocar cada año en sus Dioceſis Concilios Synodales, como son obligados, porque de la omission de esto han resultado graues inconuenientes.* Et Regia Schedula 3. *Augusti eiusdem anni* 1621. illic: *Conforme à lo dispuesto por el Santo Concilio de Trento vna de las principales y mayores obligaciones del oficio Pastoral es, que los Arçobispos y Obispos cada año conuoquen en sus Iglesias y Dioceſis Concilio Synodal, para que en èl se remedien y corrijan, y preuengan las cosas en que el tiempo y experiencia huuiere mostrado, que conuiene poner remedio. Por lo qual rogamos à los dichos Prelados, que cumpliendo con lo dispuesto en el dicho Santo Concilio de Trento, conuoquen y junten cada año Concilio Synodal en sus Iglesias, con la puntualidad y cuydado que se requiere.* Ex quibus Summatur *l.* 3. *dict. tit.* 6. ita: *Que en los Arçobispados y Obispados de las Indias se celebren cada año Concilios Synodales; y los Virreyes y Audiencias lo soliciten*, D. Palafox *in allegat. iur. pro Clero Angelopolitano, allegat.* 2. *punct.* 3. *num.* 15. *margin. fol.* 47. Licet quoad Archiepiscopatum Limanum seu Regum, ex particulari Indulto, à Sanctissimo Gregor. XIII. expedito, tempus hoc ad biennium prorogatum fuerit, quod omne facilius comprehendes & capies, inspectis Regijs Reſcriptis in hoc datis, quæ talia sunt.

EL REY. Don Alonso Faxardo de Tença, mi Gouernador, y Capitan General de las Islas Filipinas, y Presidente de mi Real Audiencia de ellas. Bien sabeis, que vna de las mas principales y sustanciales cosas de nuestro Gouierno, y en cuya comparacion las demàs son de ningun momento, por grandes que sean, es del seruicio de Dios nuestro Señor, Culto Diuino, administracion de los Santos Sacramentos, cura y gouierno espiritual de las almas, reformacion de las costumbres, y que generalmente Dios nuestro Señor, en todo y por todo sea seruido, y la obligacion que tenemos à procurar esto, como Vicarios en lo temporal, que fue seruido por su gran misericordia, de auernos constituido en tal Dignidad y cuydado; Y aunque el principal exercicio de esto incumbe à la jurisdicion Ecleſiastica, Arçobispo, y Obispos, Curas, y Doctrineros, y de las demàs personas à quien esto està encargado, assi por nuestro Señor, y Sacros Canones, y Ministros Seculares y Regulares; todavia nuestra obligacion es grande, por ser estas personas dependientes y nombradas por nuestro Real Patronazgo, y auer nosotros de dar quenta à Dios N. S. de todo lo que le faltare, por los que no cumplieren con sus obligaciones.

Y auiendose considerado en el Concilio Vniuersal Tridentino, que el principal mal de la Iglesia de Dios, y corrupcion de buenas costumbres y vicios, y deformidades de las cosas Ecleſiasticas, auian procedido por no auerse cumplido exacta y cuydadosamente lo dispuesto por otros Concilios, en que se mandaua, que los Arçobispos, à tiempos debidos, hiziessen Concilios Prouinciales,

y los Obiſpos en ſus Dioceſis los Synodales, que fueſſen neceſſarios, ſe reconociò y ordenò, que cada tres años ſe hizieſſen los dichos Concilios Prouinciales; y cada año por los Obiſpos los Synodales; y auiendoſe, publicado el Concilio Tridentino el año de quinientos y ſeſenta y quatro, ſe comprehendiò en èl el Eſtado de las Indias, por la noticia que de las vnas y de las otras ſe tenia entonces; y auiendoſe repreſentado, que la diferencia de Prouincias, la longitud de los caminos, y otras dificultades, obligauan à que ſu Santidad hizieſſe nueua declaracion, ſobre el tiempo, en que auian de eſtar obligados los dichos Arçobiſpos, y Obiſpos à hazer los dichos Concilios, ſe declarò por la Congregacion de los Cardenales, que los Prouinciales ſe hizieſſen de ſeis en ſeis años, dexando los Synodales en la obligacion, y eſtado de hazerſe cada año, los vnos y los otros en el tiempo y lugar que pareciеſſe mas conueniente, ſegun la comodidad de cada Region, reputandoſe por la mas idonea el Lugar, Igleſia, y Metropoli de la reſidencia del Arçobiſpo, de todo lo qual, por eſpecial deciſion del Concilio Tridentino ſomos conſtituidos por executores de todo eſto, y por las cauſas que os refiero, à mi mas particularmente me toca eſte cuydado, ſiendo eſſa tierra tan nueua en la conuerſion de las almas, y adminiſtracion de los Sacramentos, y predicacion de la Fè; y deſeando, que Dios nueſtro Señor ſea ſeruido, y que ceſſen las cauſas, y caſtigos, y malos ſucceſſos que ay y auido, y para mayor confuſion de los enemigos de la Santa Fè Catolica, y que con la vezindad de los Hereges, que nauegan por eſſas partes, y tienen contrataciones, y caſas de fatorias, no ſe manche la vnion, pureza, y verdad de nueſtra Santa Fè Catolica; ha parecido no ſolo conueniente, ſino preciſamente neceſſario, que luego como recibais eſta orden, os junteis con el Audiencia, y en ſu Acuerdo leais eſta carta, y en ſu execucion llameis al Arçobiſpo, y le deis la que và con eſta, y ſe trate luego de hazer el dicho Concilio Prouincial, conuocando los Obiſpos ſufraganeos, y las demas perſonas que deuen venir al dicho Concilio, guardando en eſto lo que ſe diſpone por el Tridentino, en las materias y coſas, que allì ſe deben inſtituir, ſegun la inteligencia, tiempos, perſonas, y neceſsidades de los negocios preſentes.

Vos aueis de aſsiſtir en eſte Concilio, repreſentando Nueſtra perſona, y proponiendo nueſtro intento, para que con toda paciſicacion, caridad, y zelos ſe trate de las materias, y ſe reſuelua los puntos y negocios que conuengan por via de Actas, Seßiones, ò Titulos, como mejor pareciere, para diſpoſicion, y mas inteligencia de las materias, y reſueltas las que pareciere conuenir, lo embiareis todo à nueſtro Conſejo, para que ſe remita à ſu Santidad, y lo confirme y aprueba, como lo diſpone el dicho Concilio y otros, y eſte Prouincial le podeis intitular Philipenſe; y pues veis quan ardua es eſta materia, y que deſpues que en eſſas Islas ſe predica el Santo Euangelio, no ſe ha hecho otro ningun Concilio Prouincial, y eſte es primero, os encargo procureis aſsi en la ſuſtancia, como en las materias, y en ſu execucion, ſe luzga vueſtra prudencia, y que mediante vueſtra perſona y cuydado, ſe conſiga vn fin tan neceſſario, para que Dios nueſtro Señor ſea ſeruido. Embianſeos à parte las cartas, que ſe eſcriuen à los Obiſpos, para que las reciba el Arçobiſpo de vueſtra mano; y tambien ſe os embia carta para el Concilio junto, legitimando vueſtra perſona, para que en mi nombre os halleis en èl. De Madrid à nueue de Febrero de mil ſeiſcientos y veinte y vno.

EL REY. Muy Reuerendo en Chriſto Padre Arçobiſpo de la Igleſia Metropolitana de la Ciudad de Manila, de las Islas Filipinas, de mi Conſejo. Deſpues que os preſentè à la Dignidad de Arçobiſpo, que al preſente ſeruis, acordandome de los meritos, ſuficiencia, y ſanto zelo de vueſtra perſona en el ſeruicio de nueſtro Señor, y bien de las almas, propuſe acordaros la obligacion que teneis por el Concilio Tridentino, à hazer Concilio Prouincial; y eſta es mucho mayor en vos en eſſas partes, porque deſpues que en ellas ſe predica el Euangelio no ſe ha dado principio à tan ſanta obra, ſiendo tan neceßario como vos ſabeis, y los Santos Padres, Concilios, y el Tridentino aduierten, de tal manera, que ſin eſpecial diſpenſacion de ſu Santidad, no eſtais libre de eſte cuydado, y ya la Santa Sede ha declarado lo que en eſte caſo ſe debe hazer en las Indias, como lo eſcriuo à Don Alonſo Faxardo, mi Preſidente, y Gouernador, y aſsi os encargo, que juntandoos con èl, y con la Audiencia, ſi fuere neceßario, ò con alguno ſ

della

della, deis desde luego principio à esta obra santa, y guardando lo dispuesto por el dicho Concilio conuoqueis los Obispos Sufraganeos desse Arçobispado, y procedais en todo, guardando lo dispuesto por el S. Concilio; y aũque este Concilio Prouincial será del fruto y sustancia, que teneis entendido, será de la misma que tengais particular cuydado de conuocar cada año en vuestro Arçobispado y Diocesis el Concilio Synodal, que sois obligado à hazer cada año, porque de la omision desto, he entendido han resultado grandes inconuenientes, y para que cessen, lo cumplireis con la pũtualidad que conuiene al descargo de vuestra conciencia y de la mia, como os lo aduierte el Concilio Tridentino; y aunque por Breue particular de Gregorio XIII. à instancia del Arçobispo de Lima, declarò su Santidad, que los Concilios Synodales de su Arçobispado se hiziessen de dos en dos años; esta disposicion, por ser correctoria, y en materia estrecha, y con ciertas personas, no parece que se puede estender à diferentes Arçobispados y Obispados; mayormente auiendo en todo la omision tan general, y omnimoda, en hazerse los dichos Concilios Synodales en el vn tiempo, ni en el otro.

Y porque, como vos sabeis, vna de las partes principales de la conuersion de las almas consiste en la vida y exemplo de los que predican la palabra de Dios, y administran los Sacramentos, (iunge Reg. Sched. 28. Martij 1620. Peruano Proregi missam, illic: Porque la sustancia y principal fin para conseguir el de la Religion, y propagacion del Santo Euangelio es, la buena vida y costumbres de los Doctrineros) os encargo proueais con gran seueridad y las mayores veras posibles, extirpar todas las auaricias, codicias, exacciones, y aprouechamientos, que los Curas Pastores, Doctrineros pueden sacar de sus feligreses, y mayormente de los Indios, y por la misma razon, que los Visitadores que fueren à visitar los dichos Doctrineros, Parroquias, y Lugares no lleuen ningunos ilicitos aprouechamientos, y que vayan à hazer las dichas visitas sin gasto, ni familia que pueda ser de impedimento, ni graueza, demanera, que la necessidad, ni ocasion, no les obligue à recibir, ò pedir lo que no es justo, y està tan reprobado por los dichos Canones.

Y porque el exemplo comiença de las Cabeças, escriuireis y amonestareis à los Prelados vuestros sufraganeos, que vengan al Concilio Prouincial Apostolicamente, sin familia, ni gasto que sea de consideracion, y nos auisareis de la que cada vno traxere, porque nos tendremos por mas seruidos de los que vinieren conforme à lo que os escriuo, y mas exemplarmente, y vos escusareis hazer combites, ni gastos, ni demonstraciones sumptuosas, ni populares, porque la razon que ha impedido obra tan santa, siempre se ha dicho, que es el gasto de los vnos y de los otros, lo qual cessa cumpliendo cada vno con su obligacion; y yo espero, que acordandoos vos de la vuestra, y del descargo de vuestra conciencia y de la mia, cumplireis en todo con lo que sois obligado, y me auisareis de la execucion. De Madrid à nueue de Febrero 1621.

EL REY. Muy Reuerendo, y Reuerendos en Christo Padres Arçobispo de Manila, y Obispos de la Ciudad de la Nueua Segouia, y de las de el Nombre de Iesus, y Nueua Caceres, en las Islas Filipinas, del mi Consejo. Auiendo entendido lo que conuiene al seruicio de Dios nuestro Señor, bien de las almas, y reformacion de las costumbres, que se celebre en essa Ciudad, ò en la parte que pareciere mas conueniente, Concilio Prouincial, conforme à lo dispuesto por el Santo Vniuersal Tridentino, y que no solo es justo, sino necessario, que se halle persona, que representando la mia, assista al dicho Concilio Prouincial, como siempre se ha hecho en semejantes actos, he acordado de nombrar à Don Alonso Faxardo de Tença, mi Gouernador, y Capitan General, y Presidente de essa mi Audiencia, para que representando mi persona, y en mi nombre, se halle à todas las proposiciones, conferencias, actas, resoluciones, que se tomaren, y en las cosas que tocaren à gouierno, y se ofreciere algo, que aduertiros, ò representaros de mi parte, os ruego y encargo le oygais, como yo lo confio de vosotros, procediendo en todo, como siempre se ha hecho en semejantes materias; pues esta es de la mayor importancia que ay, y se puede ofrecer, y sabeis, que los merecimientos, y buenas partes de su persona y oficios merece, que yo haga dèl esta confiança, y que vosotros la confirmeis con el cumplimiento de lo que os encargo. De Madrid à nueue, &c.

Itaque *ex ſupra* adductis conſtat aperte, diuerſis tẽporibus, datas & expeditas fuiſſe Schedulas Regias à Catholicis Regibus noſtris, circa hanc iurium Parochialium ſolutionem, & quotam, in vim ſcilicet priuilegiorum & conceſsionum Apoſtolicarum, præcipuè Regij iuris Patronatus, ſub cuius rubro iuſsiones præfatæ iacent *pag.* 83. *cum multis ſequentibus tom.* 1. *impreſſ.* quod argumentum facit, ac multum influit, vt videantur † expeditę, illius iuris poteſtate & virtute, illatione ſumpta à titulo & rubrĩca, *l.* 1. *ff. ſi certum petatur*, vbi Alexand. *à num.* 3. Bolognet. *num.* 14. Fulgoſ. *num.* 4. & 5. Menoch. *conſil.* 75. *num.* 89. & *conſil.* 76. *num.* 18. Cyriac. *controuerſ.* 381. *num.* 5. Antonin. Amat. *reſolut.* 85. *num.* 5. & 15. Altamiran. *de filijs official. in rubric. cap.* 1. *num.* 5. Gizzarell. *deciſ.* 5. *num.* 6. Alexand. Ludouiſ. *deciſ.* 5. *num.* 2. Matth. Burat. *deciſ.* 667. *n.* 6. Cap. Latr. *deciſ.* 100. *num.* 26. Nouiſsimè Emman. Alvarez Pegas cum multis, *ad Ordinat. Regn. Portugal. in proem. gloſſ.* 1. *à n.* 4. *tom.* 1. 41

Quod omne meliùs praxis ipſa declarat. Itaque, in Regiarum iuſsionum iam relatarum obſervationem Illuſtriſſ. D.D. Ferdinandus Arias de Vgarte, † huius Argentinę Diœceſis Archiepiſcopus (cuius optimas dotes, ac virtutes referre longum eſſet, eas aprime delineauit D. Vega *in cap. Ex parte* 15. *num.* 29. *de for. compet.*) *anno* 1628. Synodales quaſdam ordinauit Conſtitutiones, quas illico Proregi D. Marchioni de Guadalcazar approbandas, ac examinandas, exhibuit; Prorex Fiſci patrono illas tradi iuſsit recognocendas, qui ex eis nonnullas Regijs Schedulis, quas ibi indicauit, in aliquo opponi & adverſari, reſpondit. Igitur his tantisper reformatis & emendatis Capitibus, licentia eis vtendi conceſſa fuit; vt apparet hoc omne in huiuſmodi Synodalibus Conſtitutionibus, quæ typis mandatæ vſque hodiè permanent, ad publicam vtilitatem. 42

Eodem fere tempore Synodus alia in Regno Chilenſi celebratur, quam Epiſcopus, qui eam † congregauit & congregare curauit, ad Regium Indiarum Senatum miſit, ipſius vſum & praxim expoſcens (in executionem *dict. l.* 6. *tit.* 6. quam adhuc procedere autumabat.) Ea ergo in Regio Concilio viſa & examinata, facultas conceditur, vt publicari & obſervari valeat; Duabus tamen Conſtitutionibus eiuſdem exceptis, altera agente de Indis, qui *Guarpes* appellantur; & alia, quæ decreta fuerat circa iura Parochialia, Parochis à ſuis Parochianis perſolvenda; Ergo iuſsit Senatus Supremus, quoad hoc ſervandas omnino eſſe Schedulas Regias, in id expeditas, vt conſtat in vna data *die* 9. *Iulij* 1630. præfato Epiſcopo miſſa, in illis verbis: *Os doy licencia y facultad, para que hagais publicar, imprimir, y guardar el dicho Concilio y Conſtituciones Synodales de èl, en toda vueſtra Dioceſis, excepto la Conſtitucion de los Indios Guarpes de la Prouincia de Cuyo, y la del Aranzel de los derechos de los Curas, que en quanto à eſtos dos Conſtituciones, es mi voluntad, ſe guarde † ſolamente lo que acerca de ello eſtà diſpueſto por dos Cedulas mias, &c.* hanc refert D. Villarroel *en el Gouiern. Eccleſiaſt. part.* 2. *quæſt.* 19. *artic.* 6. *numer.* 2. vbi *in Summario* affirmat, has duas Conſtitutiones non admiſſas, directè eſſe contra Regium Patronatum. 44

D. D. Felicianus de Vega, Epiſcopus Pacenſis, ad Mexicanam iam Eccleſiam translatus, in Regum Ciuitate ſolicitè curauit, Synodales quaſdam † Conſtitutiones, quas in præfato Epiſcopatu fecerat, in lucem edere, adepta primo Proregis licentia, quam, vt aſſequeretur, allegauit, alias ſimiles Conſtitutiones Synodales *ann.* 1609. probatas, & eas, quas retuli, à D. Arias de Vgarte celebratas, à Proregibus pro tempore exiſtentibus, admiſſas fuiſſe & publicatas, abſque eo quod Argentina Regia Audientia, in cuius territorio ſitæ ſunt illæ Dioeceſes, ad hoc adiretur; hoc enim ſolum prædictam licentiam differebat. 45

Itaque *die* 6. *Octobris* 1639. D. D. Garciæ Carrillo, Fiſcali Regio, iuſſu D. Comitis de Chinchon, Peruani Proregis, Synodus hæc examinanda tradita fuit ad hoc, vt notaret, ſi quid Regio Patronatui, aut iuriſdictioni contrarium eſſet; *Die* deinde 24. eiuſdem menſis iterum examinandam tradi iuſsit D. Prorex D. D. Didaco Muñoz de Cuellar, antiquiori Argentino Senatori, in Limana tunc Ciuitate exiſtenti, vt ſimiliter adverteret, ſi quid contra Regium Patronatum in ea inveniret; ipſe enim tanquam antiquior Senator, in hac relata

Ar-

Argentina Cancellaria pluries Regium Patronatũ adminiſtrauerat; Quapropter prędictorum viſis reſponſionibus, facultatem, quæ petebatur, conceſsit, publicataque fuit hæc Synodus; hunc caſum & alium Chilenſem ad literam adducit Dom. Villarroel *vbi proximè*, aĩtque, expedire multum, Concilia Prouincialia in Supremo Senatu, & Synodales Conſtitutiones apud Proreges, vel in Cancellarijs Regijs, exhiberi, ne aliquę Conſtitutiones in præiudicium iuriſdictionis, vel Patronatus Regij fiant.

Vnum omnino hoc loco aduertendum exiſtimo, videlicet, praxim illam aliàs communiter admiſſam, vt accepi, adminiſtrandi Regium Patronatum, & exercendi aliarum materiarum gubernationem & munus in Regia Cancellaria, per antiquiorem † Senatorem, Præſide eiuſdem mortuo, vel aliter Præſidis officio vacante, vt contigiſſe in perſonam D. D. Didaci Muñoz de Cuellar dictum eſt, iam hodiè non procedere; Declaratum enim eſt à Rege noſtro Catholico, in his caſibus, in Præſidis defuncti, vel amoti locum totam Regiam Cancellariam ſuccedere; ac proinde ad Senatores omnes in genere Regij Patronatus exercitium, & aliarum rerum gubernationem, quæ Præſidi commiſſę erant, pertinere; exceptis aulæ ordinatione, & alijs paruĩ præiudicij & momenti, iuxta ſenſum & mentem Ordinationis Audientiarum, quæ in Reſcripto Regio ad hoc expedito, continetur, tale eſt Reſcriptum; 46

EL REY. Por quanto † en las Ordenanças que el Rey mi Señor y abuelo, que Santa gloria aya, mandò deſpachar para el buen gouierno de mi Audiencia Real de Ciudad de la Plata, en la Prouincia de los Charcas, en 4. de Octubre del año paſsado de 1563. ay vn Capitulo, que es del numero 35. cuyo tenor es como ſe ſigue; Otroſi, que faltando el † Preſidente de la dicha Audiencia, deſuerte, que no pueda gouernar, la miſma Audiencia gouierne, y haga todo lo que èl podria hazer, haziendo el oficio de Preſidente el Oidor mas antiguo, y las demas coſas que ſe cometen al Preſidente, haſta que Nos prouea- 47 48 mos de otra coſa.

Y deſpues en 15. de Mayo del año paſſado de 1651. mandè dar y di vna Cedula del tenor ſiguiente. EL REY. Conde de Saluatierra, Pariente, Gentilhombre de mi Camara, mi Virrey, Gouernador, y Capitan General de las Prouincias del Perù, el Doctor Don Franciſco de Neſtares Marin, Preſidente de mi Audiencia de la Prouincia de los Charcas, ha repreſentado en carta de 30. de Octubre del año paſſado de 649. los graues inconuenientes, que ſe han ſeguido en aquel Tribunal, de no auerſe proueido luego, que hã ſucedido las vacantes de Preſidente, perſona que ſiruieſſe eſte pueſto en interim, y que para eſcuſar los daños que ſe auian cauſado, y podrian cauſar adelante, con la dilacion, deuia mandar, que luego que vaque, proueais vos el interim, en algunos de los Oidores mas antiguos y de ſatisfacion de mi Audiencia de eſſa Ciudad de los Reyes, y no de los Charcas.

Y auiendoſe viſto por los del mi Conſejo de Camara de las Indias, y conſultadoſeme lo que acerca dello pareciò conueniente, quanto quiera que ſe auia reſuelto por gouierno, que ſe os remitieſſen nombradas de acà tres perſonas en vias ſecretas, conſiderando quan juſto es, que tengais en el gouierno de eſſe Reyno toda la autoridad neceſſaria, y fiando de vueſtro zelo y particular atencion à mi ſeruicio, hetenido por bien de daros facultad (como por la preſente doy y concedo) para que ſi ſucediere vacar la Preſidencia de la dicha Audiencia de los Charcas, † nombreis la perſona que tuuieredes por mas à propoſito, aſsi de los Oidores de la de eſſa Ciudad, como de todas las demàs perſonas de eſſe Reyno, à vueſtro arbitrio, ſin excluir los Charcas, pues como quien ſe halla preſente, tendreis mayor conocimiento de las calidades de los ſugetos, y de las dependencias que tuuieren en aquella Prouincia, y podreis mejor acertar en la eleccion, y dar à aquel pueſto el buen cobro que conuiene, en el interim que yo le proueo en propriedad, entendiendoſe eſto por aora, haſta que yo mande, y prouea otra coſa; y de lo que hizieres y executaredes, quando llegue la ocaſion, me dareis quenta en el dicho mi Conſejo. Fecha en Buen-Retiro à quinze de Mayo de mil ſeiſcientos y cinquenta y vno. YO EL REY. por mandado del Rey nueſtro Señor. Iuan Baptiſta Sanz Nauarrete. 49

Y aora por parte de la dicha mi Audiencia de la Ciudad de la Plata, ſe me ha repre-

preſentando, que en todas las de las Indias eſtà en vſo y coſtumbre, y es Ordenança, que en faltando el Preſidente proprietario, gouierna la Audiencia, y que eſto miſmo ſe obſerua en los Conſejos, y Chancillerias, y ſe ha practicado en aquella Audiencia, en las ocaſiones que ſe han ofrecido, en conformidad de lo diſpueſto por las Ordenanças de ella, y declaraciones hechas por mis Virreyes de el Perù, aprobadas por mi haſta, que auiendo fallecido el dicho Doctor Don Franciſco de Neſtares Marin, el Conde de Alua de Aliſte, ſiendo mi Virrey de aquellas Prouincias, contrauiniendo à todo lo referido, con pretexto de que tenia orden mia para ello, nombrò al Doctor Don Bartolomè de Salazar, Oidor de mi Audiencia de Lima, para que ſiruieſſe en interin aquel pueſto, de que ſe le auia ſeguido à la dicha Audiencia la nota que ſe dexa conſiderar, quando los Miniſtros de ella no han deſmerecido los honores, de que gozan los de las otras Audiencias; ſiendo aſsi, que ſiempre auian procurado adelantarſe en mi ſeruicio, cumpliendo con ſus obligaciones, ſuplicandome, que con atencion à las cauſas referidas, fueſſe ſeruido mandar, que en faltando el Preſidente proprietario de aquella Audiencia, gouierne ella, como lo ha hecho deſde ſu ereccion, y lo hazen las demàs de las Indias.

Y auiendoſe viſto por los de mi Conſejo de ellas, juntamente con el Capitulo de las dichas Ordenanças, y lo que diò motiuo al deſpacho de la Cedula arriba inſerta, y dixo y pidiò mi Fiſcal en èl, y conſultadoſeme por los del dicho mi Conſejo, lo q̃ en la materia ſe le ofrecia, he tenido por bien de dar la preſente, por la qual mando, que el Capitulo de las Ordenanças de la dicha mi Audiencia de la Ciudad de la Plata, de la Prouincia de los
50 *Charcas, que trata deſte punto, que es el que và inſerto en eſta mi Cedula, ſe guarde y † cumpla inuiolablemente, como en èl ſe contiene y declara, ſin embargo de lo que ordenè à mi Virrey de las dichas Prouincias del Perù, por la de 15. de Mayo de 1651. en eſta incorporada, la qual abrogo y derogo, caſſo y anulo, y doy por ninguna y de ningun valor ni efecto, para que no ſe pueda vſar de ella en tiempo alguno; y mando à mi Virrey, que al preſente es, y adelante fuere de las dichas Prouincias del Perù, que contra lo contenido en el dicho capitulo de las Ordenanças de la dicha Audiencia de los Charcas arriba inſerto, no vaya, ni paſſe, ni conſienta ir ni paſſar en manera alguna, que aſsi es mi voluntad. Fecha en Madrid à 13. de Octubre 1662. años.*

Hoc iterum ſeruari iuſſum nouiſsimè invenio. Ergo inſtante enixe D. Præſide huius Argentinæ Cancellariæ Don Petro Vazquez de Velaſco, nulla ſanè valida ratione propoſita, vt præfatum Reſcriptum D. Comiti de Salvatierra miſſum, in poſterum admitteretur, eidem reſcriptum fuit, nil nouari oportere, ita: *Se recibiò vna † carta vueſtra ſin fecha,* 51 *en que repreſentais los inconuenientes, que ſe ſeguirian de executarſe lo que ſe mandò por la Cedula citada, de 13. de Octubre de 1662. aſsi por la mano que los Oidores ſe tomarian, como por el odio que tendrian contra el Preſidente, y no ſer bueno el gouierno de muchos, juzgandolos por vrgentes, para que ſe ſuſpenda, y obſerue lo que antes ſe practicaua.*

Y auiendoſe viſto en el Conſejo Real de las Indias, con los demàs papeles deſta materia, y lo que ſobre todo dixo y pidiò el Fiſcal en èl, teniendo preſente los motiuos que concurrieron para tomar la reſolucion referida, y que los que expreſſais no ſon baſtantes, para hazerſe nouedad en ella, ha parecido dar la preſente, por la qual mando ſe guarde y cumpla inuiolablemente lo diſpueſto por la Ordenanç̃a 35. de eſſa Audiencia, como en ella ſe contiene y declara, ſin que ſe vaya ni paſſe contra ella en coſa alguna, ſin embargo de la facultad dada al Virrey por la Cedula referida de 15. de Mayo 1651. como eſtà mandado por la de 13. de Octubre de 662. de que và hecha mencion. Fecha en Madrid à veinte y ſeis de Setiembre de 1669. años.

Quod tamen quoad Patronatum Regium & alia Præſidi commiſſa, procedit, vt dixi; in alijs † enim Audientiæ aliq̃ 52 Proregibus, & Cancellarijs Limanæ & Mexicanæ, defunctis Proregibus, ſubſunt iuxta text. *in l. 13. & 14. tit. 14. lib. 2. Summar.*

Minutarum vero rerum diſpoſitio & gubernatio antiquiori † Senatori, de- 53 functo vel aliàs deficiente Præſide, competit, *ex Regÿs Schedulis 21. Aprilis 1574. pag. 243. 26. Maij 1573. pag. 252. dict. Ordinat. ann. 1563. pag. 257. tom. 1. impreſs. l. 12. tit. 15. lib. 2. Summar. Que los Præſidentes que no fueren Gouernadores, tengan el gouierno de las coſas menudas; y à falta de ellos, el Oidor mas antiguo l. 5. tit. 1. lib. 4. Summar.* Occupat enim tunc primum † 54 locum & præſidet *l. 21. dict. tit. 15. Que*

à falta de Presidente, presida el Oidor mas antiguo, y las cosas cometidas à solo el Presidente, las hagan todos. Qualiter autem
55 hæc componenda sint, quæ videntur † contraria, meo videri, bene infertur *ex dict. Regia Schedula anni* 1573. *pag.* 252. *& ex alia* 4. *Augusti* 1530. *pag.* 257. *dict. tom.* 1. quibus intelligendi sunt D. Solarzan. *vbi supra lib.* 4. *cap.* 3. *à num.* 51. & D. Villarroel *quæst.* 11. *artic.* 3. *numer.* 2. *cum seqq.* D. Merlo de la Fuente *en su Defensa legal, num.* 482. *liter. C.* antiquiorem intellige in officio, non in ætate, ex Rebuff. *in tract. de nominat. quæst.* 21. *num.* 4. Alvarez Pegas *ad Ordinat. Portug. tom.* 1. *gloss.* 174. *num.* 3. *& tom.* 4. *tit.* 35. §. 8. *num.* 135.

SVMMARIVM.

1 *Sanctæ Romanæ Sedi innotuit abusus Parochorum Indiarum, in iuribus funeralium, quando in Ecclesijs Regularium sepeliuntur Parochiani.*

2 *Clem. Papa VIII. prohibuit in hoc casu, maiorem eleemosynam peti, sub excommunicationis maioris pœna. & num.* 4. 5. 6.

3 *Literæ Clementis VIII. referuntur.*

7 *Lis super hoc agitata in Argentina Cancellaria, quæ causa fuit, vt Auctor hæc scriberet, traditur.*

8 *Regulares in hac causa tantum prætendebant, non debere solui maiorem eleemosynam.*

9 *Alioqui Pauli V. Constitutio procederet, decidens, tantum soluendum quod Tridentinum sess.* 25. *de Reformat. cap.* 13. *statuit, iuxta Pij V. declarationem. & n.* 10. 24. & 30.

11 *Litera Constitutionis Pauli V. pro Eremitis Sancti Augustini Indiarum edita, refertur. & n.* 13. 14.

12 *Parochi prætendebant, Missas Fratribus relictas esse diuidendas. & n.* 21.

14 *Hoc omne prohibet Breue Pauli V. sub excommunicationis pœna.*

15 *Idem iussit deinde erga Minores de Obseruantia.*

16 *Vrbanus Papa VIII. has Pauli V. literas seruari iubet.*

17 *Innocentius Papa X. id ipsum innouat & approbat.*

18 *Literæ Breuis Innocentij referuntur. & n.* 19. 20.

22 *Filios in sepulturis parentum non sepeliri prætendebant Parochi. & n.* 25.

23 *Item quotquot Fratres comitabantur corpus, tot Clericos assumi.*

26 *Prouinciales Societatis Iesu designantur Indices executionis in literis Vrbani VIII. & n.* 27.

28 *Prouinciales Dominicani, Augustiniani, & Ordinis B. Mariæ de Mercede, in literis Innocentij X.*

29 *Literæ Innocentij, vbi aliæ insertæ sunt, visæ fuerant in Senatu Indiarum.*

31 *Contentum in his literis procedit quoad alios Regulares. & n.* 32.

33 *Religiones aliquæ sunt immunes à solutione Quartæ Funeralium.*

34 *Priuilegia eximentia Regulares à solutione Quartæ debent derogare Clement. Dudum, de sepultur.*

35 *Priuilegium & ius speciale non derogat communi, nisi de eo mentionem faciat.*

36 *Fratres Minimi habent præfatum priuilegium.*

37 *Item Fratres B. Mariæ de Monte Carmelo.*

38 *Fratres Prædicatores, & Minores de Obseruantia.*

39 *Pœnas incurrunt exigentes Quartam à Regularibus, eam non debentibus.*

40 *Tridentinum in dict. cap.* 13. *his priuilegijs, an deroget?*

41 *Priuilegia hæc, an comprehendat ratione communicationis alias Religiones? & n.* 42.

43 *Communicatio priuilegiorum non extenditur ad ea, quæ sunt alijs præiudicialia.*

44 *Religio Dominicana in Indijs à Quartæ solutione est libera.*

CAP.

ARGVMENTVM.

BVllæ Pontificiæ, circa Funeralium formam ſervandam, pro Indiarum Regnis expeditæ, ac Senatus Argentini in hac materia deciſio, referuntur; aliquaſque Religiones à Funeralium Quarta eſſe immunes, etiam in Indijs, indicatur.

CAP. XCIV.

PRauus ille Parochorum Indiarum Occidentalium circa funeralia iura (quoties in Regularium Eccleſijs à fidelibus eligitur ſepultura) abuſus, non ſolum Catholicis Regibus, vt *in Superibus* 1 traditum eſt; ſed etiam † Sanctæ Romanæ Sedi pariter, innotuit; conquerente maximè Religione Seraphica. Ergo Sanctiſsimus Clemens Papa VIII. ſub pœna excommunicationis maioris latę ſententiæ, Apoſtolicæ Sedi abſolutione reſeruata, prohibuit, & diſtrictè mandauit, de cætero Indiarum Occidentalium Parochos & Curatos, aut 2 alios Presbyteros, maiorem † eleemoſynam ab ijs, qui in domorum præfatæ Religionis, quam in Parochialibus Eccleſijs, ſepeliuntur; quouis prætextu, etiam de ſuorum Ordinariorum conſilio exigere, Apoſtolicis literis in hoc expeditis, quæ extãt *pag.* 140. *tom.* 3. *Bullar.* & ſunt hę.

CLEMENS Papa VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

3 EXpoſitum nobis *nuper fuit pro parte* † *dilectorum filiorum Matthæi de Recalde, Vicecommiſſarij, necnon Prouincialium totius Ordinis Fratrum Diui Franciſci de Obſeruantia Indiarum Occidentalium, quod Rectores Parochialium Eccleſiarum Indiarum partium, iam pridem hunc abuſum introduxerunt, vt quod eleemoſynas duplo maiores ab ijs, qui in Eccleſijs Domorum eiuſdem Ordinis Sancti Franciſci de Obſeruantia, quam qui in Parochialibus ſepeliuntur, exigere præſumpſerint, & vt dicitur, in hoc Ordinariorum ſuorum, qui partem eleemoſynarum huiuſmodi percipiunt, conſilio & aſſenſu.*

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, plerique Chriſtifideles in dictarum domorum Eccleſijs ob difficultatem ius adeò oneroſum perſoluendi, ſepelire ſe facere † non poſſint, quo fit vt Eccleſiæ 4 *huiuſmodi mortuorum ſepulturis, conſequenter eleemoſynis in dies fieri conſuetis, propemodum priuentur.*

§. 2. Id circò pro parte eorumdem Matthæi Vicecommiſſarij & Prouincialium nobis humiliter ſupplicatum fuit, vt in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur huiuſmodi abuſus omnino tollere, atque dicti Ordinis commoditatibus & prorogatione, quantumcumque in Domino poſſumus, proſpicere cupientes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinal. ſuper conſultationibus & negotijs Epiſcoporum & Regularium deputatorum, omnibus & ſingulis Parochialium Eccleſiarum vniuerſarum Indiarum Occidentalium Rectoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus harum ſeriè interdicimus & prohibemus, † ne ſub excommu- 5 *nicationis maioris latæ ſententiæ pœna, à qua non niſi à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtenti, præter quam in mortis articulo, abſolui poſſint, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus maiorem eleemoſynam ab ijs, qui in dictarum Domorum, quam Parochialibus Eccleſijs huiuſmodi ſepeliuntur, quouis prætextu aut occa-*

occaſione, etiam de conſilio, ſeu mandato ſuorum Ordinariorum exigere debeant, ſeu præſumant.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis † *Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, domorum, & Ordinarijs huiuſmodi, & iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis & literis Apoſtolicis, eiſdem Eccleſijs, domibus & Ordini, earumque Rectoribus, Superioribus, & Fratribus, ac quibuſuis alijs perſonis, in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſsis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & ſingulis, eorum tenores præſentibus pro expreſsis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.*

§. 5. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſsis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicui⁹ perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi fuerint exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 28. *Ianuarij ann.* 1604. *Pontificatus noſtri anno* 12. huius Breuis meminit D. Peña *in Itiner. lib. 5. tract. 1. ſeſſ. 29. n.* 12.

Quare, lite acriter agitata in hac noſtra Cancellaria Argentina, inter Parochos ſeu Rectores Metropolitanæ Eccleſiæ, & Religioſos Ordinis Sancti Franciſ-
7 ci, prætendentes, Parochiæ minime † maiorem debere ſolui eleemoſynam pro funere in Eccleſijs dicti Ordinis facto, ea, quę ſoluenda eſſet, ſi in Parochia ſepeliretur defunctus, iuxta huius Apoſtolicæ Conſtitutionis, Sacræ Epiſcoporum & Regularium Congregationis 7. *Decembris* 1640. *ſup. Cap. 92. n.* 27. traditę, & Regiarum Schedularum *præcedenti Capite* adductarum, deciſionem & ſententiam, quorum partibus pro munere noſtro Fiſcali fauebamus; (diſceptatio hæc cauſa fuit, ſimulque, ea quam retuli *ſupra Cap. 25. n.* 1. vt hoc opus Regij Patronatus Indiarum aggrederer ſcribendum) reſolutum fuit in inſtantia reuiſionis *die* 12. *Nouembris* 1668. ſecundum hæc iura, ita; *Y en ſu virtud los Curas Rectores deſta Santa Igleſia, y los demas deſte Arçobiſpado y juriſdicion de eſta Real Audiencia, no lleuen mas derechos en los entierros, que hizieren en los Conuentos del Señor San Franciſco, de los que lleuan enterrandoſe en la Cathedral, ò en las demas Paroquias*, &c. Hoc enim maxime intendebant ac procurabunt Religioſi, non amplius; alioqui mox tradenda, mero † ac 8
recto iure procedebunt, & procedunt; Contenti hac, pro nunc, determinatione, diſerte ac mature attenta & perpenſa antiquitate & robore, quo illa nitebatur corruptela & damnanda praxis. In hac cauſa Rectorum aduocatus perperam, & audacius loquens, ſentienſque de Regis noſtri Catholici iuribus, & Regalijs, à me correptus, pœnis merito affectus euaſit, quas retuli *Cap.* 34. *à n.* 50. vbi etiam adduxi Reſcriptum Regium, in earum approbationem expeditum.

Poſt traditam Clementis VIII. Bullam, Sanctiſ. Paulus Papa V. *anno* 1607. inſtantibus † & ſupplicantib⁹ Auguſtinianæ 9
familiæ Religioſis, in Indijs Occidentalib⁹ exiſtentibus, nouam promulgauit Conſtitutionem, qua Parochis ſecularibus ſub eadem excommunicationis maioris pœna, Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, abſolutione reſeruata, interdixit & prohibuit, maiorem eleemoſynam ab ijs, qui in Domorum Eremitarum Sancti Auguſtini Eccleſijs ſepeliuntur, ea, quam illis præſcribit † Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 10
25. *de Reformat. cap.* 13. iuxta explicationem à Pio Papa V. emanatam, de qua egi *Cap.* 88. *à num.* 42. quouis prętextu, etiam de conſilio & mandato Ordinariorum, extat Bulla hæc *pag.* 217. *eod. tom.* 3. incip. *Expoſitum*, in qua deputantur executores Prouinciales Societatis Ieſu, & hæc ſunt ipſius verba, *in quatuor prioribus §§.*

Expoſitum nobis nuper fuit, † *pro parte* 11
dilectorum filiorum Franciſci Pereira, Aſſiſtentis Generalis totius Ordinis Fratrum Eremitarum Sanct. Auguſtini, necnon Prouincialis Prouinciæ Mexicanæ eiuſdem Ordinis, Nouæ Hiſpaniæ in Indijs, quod Rectores Parochialium Eccleſiarum Indiarum Occidentalium, ne ita commode Chriſtifideles, qui in Domino moriuntur, in Eccleſijs Ordinis huiuſmodi, ac in proprijs earum Parochialibus ſepeliri valeant, de conſilio forſan ſuarum Superiorum abuſum introduxerunt, vt ſcilicet exigant maiorem eleemoſynam ab ijs, qui in Eccleſijs dicti Ordinis ſepeliuntur, quam ſi in proprijs Eccleſijs ſepelirentur; ita fideles, qui in Eccleſijs Ordinis huiuſmodi ſepeliri deſiderant, parem ad minus Parochialibus Eccleſijs eleemoſynam relinquere debeant, ratione earum ſepulturæ, quam in Eccleſijs Ordinis huiuſmodi relinquunt.

Et

Et quod peius eſt, ſi quis pro animæ ſuæ refrigerio nonnullas Miſſas, à Fratribus Ordinis huiuſmodi dicendas reliquerit, prætendunt Parochi, eleemoſynam ratione † Miſſarum huiuſmodi relictam, inter ipſos & Fratres prædictos eſſe diuidendam, quo fit, vt non parum in deligendis ſepulturis, in Eccleſijs dicti Ordinis grauentur ſæculares, cum duplum pro ſepultura ſoluere cogantur. 12

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, plerique Chriſtifideles in dictarum domorum † Eccleſijs, ob difficultatem, tam magnas expenſas perſoluendi, ſepeliri ſe facere non poſſint, quo fit vt Eccleſiæ huiuſmodi mortuorum ſepulturis, & conſequẽter eleemoſynis in dies fieri conſuetis, propemodum priuentur, id circo pro parte eorumdem Franciſci Aſsiſtentis Generalis & Prouincialis, Nobis humiliter ſupplicatum fuit, vt in præmiſsis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. 13

Nos igitur huiuſmodi abuſus omnino tollere, ac dicti Ordinis commoditatibus & propagationi quantum cum Domino poſſumus, proſpicere cupientes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati de conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E.C. ſuper conſultationib⁹ & negotijs Epiſcoporũ, & Regulariũ deputatorum, omnibus & ſingulis Parochialiũ Eccleſiarum vniuerſarum Indiarum Occidentalium & Orientalium Rectoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, harum ſerie interdicimus & prohibemus, † ne ſub excõmunicationis latæ ſententiæ pœna, à qua non niſi à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præter quã in mortis articulo, abſolui poterũt, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, maiorem eleemoſynã ab ijs, qui in dictarum domorum Eremitarũ S. Auguſtini Eccleſijs ſepeliẽtur, ea, quã illis præſcribit Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 13. iuxta explicationem à fel. rec. Pio Papa V. prædeceſſore noſtro, emanatam, ſub dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1567. xvij. Kal. Iunij, Pontificatus ſui, anno ſecundo, quouis prætextu aut occaſione, etiam de conſilio, conſenſu, & mandato ſuorum Ordinariorum, exigere valeant ſeu præſumant. 14

Conquerentibus præterea *anno ſequẽti* 1608. Religioſis & Religione † Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia Indiarũ, ſimiliter Occidentalium, & Orientaliũ, quod Rectores Parochiarum Eccleſiarũ earundem, ne Chriſtifidelium, quĩ ab humanis decedebant, cadauera ita cõmode in Eccleſijs Fratum Et Monialium dicti Ordinis, ſepulturæ tradi valerent, abuſum illũ introduxerant, exigendi maiorẽ eleemoſynam ab illis, quã ſi in Parochialib⁹ ſepelirentur; ſimilem proximæ traditæ Cõſtitutionem edidit; cuius literã modo referam, illã habem⁹ *eod. tom. 3. pag. 237.* incipitq; *Expoſitũ nobis*, vt aliæ *ſup.* traditæ. 15

Has deinde Pauli V. literas, ferè ad verbum inſertas, † cõprobauit & innouauit in ſuis Sanct. Vrb. VIII. *anno* 1624. vt apparet *in Bulla* incip. *Aliàs*, *pag.* 58. *tom.* 4. *Bull.* quarum executores conſtituit Inquiſitores hæreticæ prauitis Indiarum Orientalium & Occidentalium. 16

Tandem nouiſsimè Sanct. Innoc. Papa X. Vrbani † literis relatis, in quibus Pauli V. inſertæ aſpiciuntur, totam illorũ Conſtitutionem approbauit, deputatis inſuper in executionem huiuſmodi literarum Prouincialibus Ordinum S. Dominici, S. Auguſtini, ac B. Mariæ de Mercede, data eiſdem facultate nominandi in Notariũ, pro actibus executionis illarum, Religioſorum aliquem, ſibi ſubditum, quod tamen Supremus Indiarum Senatus, literis in eo examinandis exhibitis, tantiſper reformauit; En ergo Reſcriptum Pontificium in Senatu præfato viſum & examinatum. 17

INNOCENTIVS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

A Lias pro executione † nonnullarum literarum fœl. record. Pauli Pap. V. prædeceſſoris noſtri, ex Decreto Venerabiliũ Fratrum noſtrorum, tunc ſuorum S.R.E.C. conſultationib⁹, & negotijs Epiſcoporum & Regularium præpoſitorum, editarũ, ratione, & occaſione ſepulturarum cadauerum Chriſtifidelium, in Eccleſijs Fratrum & Monialium Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, faciendarum in Indijs Orientalibus, & Occidentalibus, emanarunt à ſimilis memoriæ Vrbano Papa VIII. etiam prædeceſſore noſtro aliæ literæ ſub plumbo expeditæ tenoris ſequentis; videlicet. 18

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei; Dilectis filijs hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, † in Liman. & Mexic. alijſq; Orientaliũ & Occidentalium Indiarum Ciuitatibus & Diœceſibus, cõmorantib⁹, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem: Alias fœl. rec. Paulo Papæ V. prædeceſſori noſtro, † pro parte tunc in humanis agentis Matthæi de Recalde, etiã tunc Vicecõmiſſarij Generalis Indiarum Occidentalium, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, expoſito, quod Rectores Eccleſiarum Parochialium Indiarum Occi- 19 20

Occidentalium, & Orientalium, ne Christi-
fidelium, qui pro tempore ab humanis dece-
debant cadauera, ita commode in Eccleſijs
Fratrum & Monialium dicti Ordinis Eccle-
ſiaſticæ ſepulturæ tradi valerent, de conſilio
forſan ſuperiorum ſuorum abuſum introdu-
xerunt, vt maiorem ſcilicèt eleemoſynam
exigerent ab illis, qui in Eccleſijs dicti Ordi-
nis ſepeliebantur, quàm ſi in proprijs Eccle-
ſijs ſepelirentur, ita vt Chriſtifideles, qui
in Eccleſijs huiuſmodi ſepeliri deſiderabant,
parem ad minus Parochialibus Eccleſijs elee-
moſynam relinquere debebant, ratione eorum
ſepulturæ ei, quam Eccleſijs Ordinis huiuſ-
modi relinquebant.

Et quod peius erat, ſi quis pro animæ ſuæ
21 *refrigerio † nonullas Miſſas à Fratribus*
prædicti Ordinis celebrandas, reliquiſſet,
prætendebant Parochi, eleemoſynam ratio-
ne Miſſarum huiuſmodi relictam, inter ip-
ſos & Fratres prædictos diuidendam eſſe.

Et vlterius ijdem Rectores de mandato
forſan Ordinariorum ſuorum filios, quorum
22 *patres † in Eccleſijs dictorum Fratrum, &*
Monialium ſepulti erant, aut ſepulturam
particularem pro ſe & ſuis habebant, nulla
conſuetudine legitima ſuffulti, in eorum Pa-
rochialibus Eccleſijs ſepeliri, & dictos pa-
tres ad hoc, vt in dictis Parochialibus Eccle-
ſijs ſepelirentur, cogere & compellere con-
tendebant, & quotquot Fratres Regulares
23 *† ad ſepulturam Eccleſiaſticam in ſuas Re-*
gulares Eccleſias comitabantur, tot Sacerdo-
tes Sæculares aut Clericos aſſumi volebant,
in maximum Domorum, & Monaſteriorum
dicti Ordinis præiudicium, eo quod multi du-
plicis huiuſmodi funerum impenſæ difficul-
tate deterriti, in dictis Regularibus Eccleſijs
ſepulturam eligere non poterant. Vnde fie-
bat, vt dicti Ordinis Eccleſias mortuorum
ſepulturis, & conſequenter eleemoſynis, &
quæ in ſuffragium animarum fieri conſueue-
rant, paulatim deſtitutas inuerendum erat.

Idem prædeceſſor ſupplicationibus ſibi
deſuper tunc porrectis inclinatus, & abuſus
huiuſmodi è medio tollere, ac Ordinis prædi-
cti eiuſque Religioſorum, vt maiores in vinea
Domini fructus afferre ſtuderent, commodi-
tatibus proſpicere cupiens, de conſilio Vene-
rabilium fratrum noſtrorum, tunc ſuorum
S. R. E. Cardinalium, conſultationibus, & ne-
gotijs Epiſcoporum & Regularium Præpoſi-
torum, omnibus, & ſingulis Parochialium
Eccleſiarum in partibus Indiarum, tàm Oc-
cidentalium, quàm Orientalium Rectoribus,
& pro tempore exiſtentibus, iuterdixit, pro-
hibuitque, ne ſub excommunicationis maio-
ris latæ ſententiæ pœna, à qua non niſi ab ip-
ſo Romano Pontifice pro tempore exiſtente,
niſi in mortis articulo, abſolui poſſent, ex tunc
deinceps perpetuis futuris temporibus, maio-
rem † eleemoſynam ab ijs, qui in dictarum 24
domorum vtriuſque ſexus Ordinis S. Fran-
ciſci Eccleſijs ſepulturam eligebant & ſepe-
liebantur, ea, quam illis præſcribit Concil-
lium Tridentinum, ſeſſ. 25. cap. 13. iuxta
explicationem à piæ memoriæ Pio Papa V.
etiam prædeceſſore noſtro, ſub datum Romæ
apud Sanctum Petrum anno Incarnationis
Dominicæ 1567. ſeptimo Kalendas Iunij,
Pontificatus ſui, anno ſecundo, quouis præ-
textu aut occaſione, etiam de conſilio, conſen-
ſu & mandato ſuorum Ordinariorũ exigere.

Nec filios, quorum patres † in Eccleſijs 25
dictorum Fratrum, & Monialium ſepulti
erant, aut ſepulturam particularem pro ſe
& ſuis habebant, & in eorum Parochialibus
Eccleſijs ſepeliri, & dictos patres ad hoc, vt
in dictis Parochialibus Eccleſijs ſepelirentur, cogere valerent ſeu præſumerent.

Mandans propterea dilectis filijs cauſa-
rum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, Generali Au-
ditori, ac earundem Indiarum Societatis Ie-
ſu Prouincialibus, † pro tempore exiſtenti- 26
bus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum,
per ſe, vel per alium ſeu alios, vbi, & quan-
do opus foret, & quoties pro parte Superio-
rum & Fratrum cuiuſcumque Domus, &
Monaſterij dicti Ordinis, fuiſſent requiſiti,
vel eorum aliquis fuiſſet requiſitus, prædi-
ctas literas, & in eis contenta quæcumque ſo-
lemniter publicantes, eiſque in præmiſſis ef-
ficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, face-
rent Apoſtolica auctoritate illorum omnium,
& ſingulorum effectu pacifice frui & gaude-
re, non permittentes eos deſuper à quoquam,
quauis auctoritate quomodolibet in debite mo-
leſtari. Contradictores quoſcumque & præ-
miſſis non parentes, eiſque auxilium, conſi-
lium, & fauorem publice vel occulte, directe,
vel indirecte dantes, per cenſuras Eccleſiaſti-
cas, aliaque opportuna iuris & facti remedia,
appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuoca-
to etiam, ad hoc, ſi opus foret brachij Sæcula-
ris auxilio, & alias prout in dictis literis
plenius continetur.

Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro
parte dilecti filij Fratris Ioannis Baptiſtæ
Sanchez, moderni Cuſtodis Prouinciæ Car-
taginenſis, ac Secretarij & in Romana Curia
Procuratoris dicti Ordinis petitio contine-
bat, rerum uſu compertum fuerit, quod præ-

dicti Prouinciales, qui adeò pauci & propter negotiorum multitudinem detenti exiſtant, ac etiam propter locorum, in quibus pro tempore commorantur, diſtantiam, tum etiam ex eo quod Prouinciales prædicti nullos notarios, quorum opera prædictæ literæ, & in eis contenta præmiſſis contra facientibus intimari, illaque adimplere facere poſsint, habentes, Notariorum Ordinariorum locorum Parochis potius, quam prædictis Religioſis adhærentium opera vti cogantur, quo fit, vt dictarum literarum executio non ita facile reportari poſsit, præmiſsis difficile intendere poſsint, id vero in graue, maximumque dictorum Religioſorum incommodum cedat, & ſi prædictæ literæ, ac in eis contenta vobis committerentur nullo facilius & citius dictarum literarum executionem reportare poſſent. Quare pro parte dicti Ioannis Baptiſtæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus prædictorum Religioſorum indemnitati ac alias in præmiſsis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur eundem Ioannem Baptiſtam, ac Ordinis huiuſmodi ſingulares perſonas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat exequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon dictarum literarum, & inde legitime ſequutorum, quarumcumque tenores, ac datis præſentibus pro expreſsis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta † 27 *mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, ſi poſtquam dictæ literæ vobis præſentatæ fuerint, ad illarum executionem, ſeruata aliàs earum forma, auctoritate noſtra procedatis, illaſque exequamini, & in eis contenta quæcumque adimpleri faciatis in omnibus & per omnia perinde, ac ſi illæ vobis, & non prædictis Prouincialibus à principio directæ fuiſſent. Non obſtantibus omnibus iis, quæ dictus Paulus prædeceſſor in dictis literis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1624. duodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Cum autem, ſicut dilectus filius Antonius de Ribera, Lector Iubilatus, & Supremæ Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem in Regnis Hiſpanorum Qualificator, & in Romana Curia pro Vltramontana Familia, Ordinis eorundem Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, Commiſſarius Generalis, nobis nuper exponi fecit ipſe, prælnſertarum literarum executionem Prouincialibus † Ordinum Sancti Do- 28 *minici, & Sancti Auguſtini, ac Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, in dictis Indijs Occidentalibus, & Orientalibus, pro tempore exiſtentibus, auctoritate noſtra committi, & quoniam commiſsio huiuſmodi nullius momenti foret, nec vllum vnquam ſortiretur effectum, niſi Prouincialibus prædictis facultas nominandi in Notarium aliquem Religioſum, ſibi ſubditum, in actibus executionem prædictam concernentibus conficiendis, concedatur, quia Notarij Sæculares, quorum opera literæ Apoſtolicæ, & in eis contenta, intimanda ſunt, Parochis potius, quam Religioſis adhærent, operamque ſuam pro ipſis Regularibus impendere detrectant, iiſdem Prouincialibus facultatem prædictam concedi ſummopere deſiderent.*

Nos eundem Antonium ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati. De Venerabilium fratrum noſtrorum, eiſdem negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum conſilio, executionem Decreti & literarum prædictarum, ſeruata forma in illis præſcripta dilectis filijs Prouincialibus, Dominicanis, Auguſtinianis, & Beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, in Indijs Occidentalibus, & Orientalibus pro tempore exiſtentibus, & cuilibet illorum, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium committimus, eorumque ſingulis facultatem impartimur, vt in actibus tantum executionem prædictam, concernentibus, ſeu ad illam ſpectantibus, Religioſum Sacerdotem ex eo ordine, ex quo erit executor, quoties caſus, vel neceſsitas exegerit, conſtituere poſsint, ſicque deputatum Apoſtolicas literas antedictas, & in illis contenta, Parochis, aliiſque Eccleſiaſticis, & Regula-

laribus contra facientibus, seu forsan interesse habentibus in Indijs prædictis notificare, aliaque in præmissis necessaria & opportuna exequi posse, suisque scripturis desuper tantum ab ipso confectis, ac si essent publici Notarij, ab omnibus fidem præstari debere decernimus, salua tamen semper auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ ijdem Paulus, & Vrbanus prædecessores, in suis literis prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra exhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris die 27. Martij 1647. Pontificatus nostri anno tertio. M. A. Maraldus.

Iuan de Layseca Aluarado, Secretario
29 † *del Rey nuestro Señor, y su Oficial mayor de la Secretaria del Consejo Real de las Indias, de la parte del Perù, certifico, que auiendose visto este Breue de su Santidad en dicho Real Consejo, y pedidose por parte de Fray Diego de Vcles testimonio de su presentacion: auiendose visto en èl, se mandò dar por decreto de 7. de Enero de 648. con calidad, que el poderse nombrar Notario Religioso para la execucion, sea en defecto de no auer Notario Eclesiastico Clerical, que requerido, no quiera vsar la Notaria, y que quede copia en el Archiuo del Consejo: y para que dello conste, di la presente en Madrid à 14. de Enero 1648. años. Iuan de Layseca Aluarado.*

Ex quibus iam liquido constat, electa à Parochiano sepultura Ecclesiastica, in Ecclesijs & Monasterijs Ordinum Sancti Francisci, & Sancti Augustini Indiarum Occidentalium, vel Orientalium, nihil aliud Parochialium Rectores & Paro-
30 chos prætendere aut exigere † posse, quam Quartam Funeralium, iuxta præscriptum Sancti Tridentini Concilij *sess. 25. de Reformat. cap. 13.* & explicationem, à Sanctissimo Pio Papa V. factam, sub excommunicationis maioris latæ sententiæ pœna, Apostolicæ Sedi absolutione reseruata. Quod & respectu aliarum Religionum procedere affirmo, cum hoc
31 non sit proprie priuilegium, sed iuris † communis, Tridentinique Concilij explicatio & declaratio, concurratque eidem omnino † ratio, & sit manifeste 32
abusus, in his casibus, maiorem exigere & prætendere eleemosynam; si enim respectu vnius vel alterius domus aut Ecclesiæ abusus & corruptela fuerit, & omnium respectu esse debet.

Denique aduertendum est, ab huiusmodi quartæ solutione, Religiones aliquas † esse immunes, ex priuilegijs 33
Apostolicis, ad hoc specialiter obtentis, *Clementin. Dudum, de sepultur.* expressè derogantibus, prout necessario in specie † requiritur, Læl. Zech. *de Republic. Ec-* 34
clesiast. tit. de Parocho, cap. 28. numer. 18. versic. *Octauo si quis*, Iul. Lauor. *var. lucubrat. tit. 2. cap. 17. num. 48.* Rota *decis. 122. part. 1. diuers.* Caualler. *decis. 101. num. 2.* Ioan. Baptist. Luca *in Theatr. verit. & iustit. lib. 12. part. 3. de Paroch. discurs. 25. per tot. & à num. 13.* cum alijs. Cum aliàs communi iuri non deroget † 35
speciale priuilegium, vt est certum, nisi de eo mentio facta fuerit, *cap. Pastoralis, de priuileg.* gloss. & Abbas *num. 2. in cap. Ex parte 3. de Capell. Monach.* gloss. *in capit. 1. de institit. in 6.* verbo *Nascatur*, & *in cap. 1. de excessib. Prælator. eod. lib.* verbo *Mentionem*, & *in l. Quominus*, verbo *Non permittitur, ff. de flumin.* Barth. *in l. fin. num. 4. C. si contra ius, vel vtilit. public.* D. Couarr. *var. lib. 4. cap. 16. num. 6.* Roder. Suar. *alleg. 12. num. 44.* & *alleg. 28. à numer. 15.* D. Padill. *in l. vlt. num. 17. C. de diuers. rescript.* D. Sarm. *select. lib. 3. cap. 14. à num. 3.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. 2. part. alleg. 33. num. 24.* & *in d. cap. Ex parte, à num. 2.* Riciull. *de iur. person. lib. 5. cap. 14. num. 15.* & *lib. 8. cap. 4. num. 6.* Pat. Auend. *in Thesaur. Indic. tit. 5. numer. 318.*

Tale obtinent priuilegium Fratres Minimi † S. Francisci de Paula, *in Bulla* 36
Iulij Papæ II. incip. *Dudum, pag. 486. tom. 1. Bullar. §. 25. in fin.* illic: *Vel Quartam ex funeralibus soluere, minimè teneantur.* Fratres Ordinis † Beatæ Mariæ de Monte 37
Carmelo *in Bull.* Paul. V. incip. *Decet, pag. 179. tom. 3.* Quod dicunt, esse melius priuilegium alio quocumque, Sorb. *in compend. priuileg.* verbo *Canonica portio, numer. 5.* Caren. *vbi infr. num. 3. in fin.* secundum concessionem Nicol. V. Fratres Minores de Obseruantia † & Prædicatores *in* 38
Bul. Sixti IV. incip. *Regimini. pag. 411. §. 15 tom. 1. Bull.* & in alijs, de quibus Casarru-

bios *in compend. priuileg.* verbo *Portiò Canonica, num.* 12. Rodriguez *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 39. *artic.* 2. Molfeſ. *in ſumm. part.* 2. *tract.* 13. *cap.* 9. *num.* 28. & 53. P. Fragoſ. *de regim. Reipublic. part.* 3. *lib.* 5. *§.* 17. *num.* 570. Cæſ. Caren. *reſolut. forenſ. reſol.* 246. *à princip.* Rota Roman. *apud Pat. Dian.* 7. *part. Moral. in cauſa Licien.* & alijs, *pagin.* 357. & *ſeqq.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 27. Lauor. *dict. tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 189. Barboſ. *de Paroch. cap.* 25. *num.* 14. & *de iure Eccleſiaſtic. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 14. Conciuis meus Don Franciſc. Piquer. *in allegat. iur. pro Archiepiſcop. Callaritano, ſuper Quarta Funeralium, numer.* 13. Qui
29 dum † competit vindicatio, si iuxta *superius* tradita & fundita legitimè erat locus, in Ecclesia acquisitus, ita docent Hostiens. *in dict. cap. Abolendæ, de sepultur.* vbi Ioann. Andr. *in princ.* Ancharr. *num.* 5. Butr. *num.* 3. Abb. *num.* 5. Rota *d. decis.* 222. *num.* 1. *part.* 1. *in nouis.* Martha *dict. vot.* 88. *num.* 11. Cyriac. *controu.* 201. *numer.* 1. *cum seqq.* Latro *vbi supr. & consult.* 43. proceditque ex traditis *supra numer.* 12. *& sequentibus.*

Sed dubium est, cui controuersias &
30 causas, † in hac sedendi, offerendi, &c. materia ortas, competat componere, ac de eis cognoscere, frequentes enim esse
31 solent discordiæ & lites, maximè † inter vxores nobilium, quia quælibet priori loco sedere, & primò offerre vult, vt ait Cancer. mox referendus, quæ controuersiæ
32 circa præcedentias † magni esse solent præiudicij, Cardin. Seraphin. *decis.* 22. *numer.* 2. & *decis.* 81. *num.* 1. Put. *decis.* 449. *in fin. lib.* 2. & *decis.* 6. *lib.* 3. Dom. Larr. *dict. decis.* 51. *num.* 2. Dom. Valenç. *dict. cons.* 201. *num. penultim.* & *cons.* 190. *num. fin.* Gonçalez *vbi supr. in proœm.* §. 4. *num.* 30. Mart. *d. vot.* 88. Castill. *de tert. cap.* 41. *numer.* 78. Annell. Amat. *cons.* 30. *à num.* 12. Gratian. *discept. forens. cap.* 845. *num.* 1. & *in addit. ad decis.* 232. *num.* 2. Lezan. *in tractat. de Cathedralitat. Eccles. Sanct. Mariæ de Pilari Cæsaraugustæ, cap.* 4. *num.* 340. Antunez *de donat. Reg.* 3. *part. cap.* 42. *num.* 18.

Communiter dici solet, ad Episco-
33 pum † & Ecclesiasticum, de iure & facultate sedendi in Ecclesijs, pertinere cognoscere, etiam inter laicos, ita ex Roch. de Curte *de iur. Patronat.* verbo *in Ecclesia, num.* 16. Cened. *in cap.* 1. *de vit. & honestat. Cleric.* siue *collectan.* 41. *ad Decretal.* Bertrand. Argentr. *cons.* 5. docet Iacob. Cancer. 3. *part. variar. cap.* 10. *num.* 115. vbi ita decisum refert, quibus consonat quod *supr. num.* 10. tradidi, ex Sacræ Congregationis declaratione. Bellet. *vbi infrà à num.* 2. & eo casu à declaratione per Episcopum facta, non † ad- 34
mittitur appellatio, Scacc. *de appellat. limit.* 6. *membr.* 2. *num.* 37. Seraphin. *decis.* 402. & *decis.* 706. Thesaur. *decis.* 1. Themud. *decision.* 49. *num.* 10. *part.* 1. Bellet. *vbi infr. dict.* §. 2. *num.* 7. Tamburin. *dict. tom.* 3. *disput.* 5. *quæsito* 11. *numer.* 81. & *tom.* 1. *disput.* 25. *quæsito* 6. *numer.* 9. & *quæsito* 8. *num.* 15. Aluarez Pegas *resolut. forens. cap.* 15. *num.* 143. iunctis tradit. *suprà Cap.* 59. *num.* 12. & *infr. hoc Capite, numer.* 39.

Contrarium tamen docent quamplures, scilicèt, de his controuersijs cognoscere posse † Sæcularem Iudicem, ad 35
idque esse omnino competentem, ita Carol. de Grass. *de effectib. Clericat. effect.* 1. *numer.* 613. Bobadill. *in politic. lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 228. Zeuall. *de cognition. per viam violent.* 2. *part. quæst.* 124. Perez de Lara *dict. cap.* 24. *numer.* 29. Anna *singular.* 90. vbi ita decisum refert, Ponte *consil.* 18. *num.* 8. *volumin.* 1. Mastrill. *decis.* 110. *num.* 11. & *lib.* 4. *de Magistratibus, cap.* 14. *num. penultim. & fin.* Ricc. *apud Ioann. Baptist. Thor. in compend. decision. Neapolit. tom.* 1. verbo *Causæ confraternitatum*, Anton. Fab. *ad lib.* 7. *Codic. tit.* 28. *de appellat. ab abusu, definit.* 19. Escobar *de Pontif. & Reg. iurisdict. capit.* 24. *num.* 169. *& sequenti*, vbi distinguit quo ad processiones, an de præcedentia agatur † intra Ecclesiam, vel extra, vt in 36
primo casu ad Ecclesiasticum spectet iudicem cognitio, ex Abbat. *in dict. capit. Abolendæ, numer.* 5. *in fin.* Lambertin. & alijs, quos refert Garcia *de expens. dict. cap.* 8. *in fin.* Apicell. *in tutamin. pauper. allegat.* 13. Gratian. *vbi infra numer.* 3. In secundo vero ad Sæcularem, Valeron *dict. quæst.* 6. *num.* 48. vbi dicit, Senatum Pintianum non semel iudicasse, ad Sæcularem pertinere, Bobadill. Zeuall. & Escobar *num.* 171. *vbi proximè* docentes, quoad possessionem pertinere ad Sæcularem Iudicem controuersias, circa locum & præcedentiam extra Ecclesiam ortas, componere & decidere.

Nisi aliquid spirituale habeant admixtum, veluti si de Cruce, aut alijs Sacris insignibus præferendis, sit controuersia, tunc namque ad Ecclesiasticum † causa remittenda est, Lara *dict. numer.* 29. Barbosa *dict. allegation.* 78. 37
numer. 26. & 42. Gratian. *dict. decis.* 232. *à numer.* 3. Dom. Salgad. *dict. cap.* 9. *à num.* 2. Escobar *num.* 71. Modus enim incedendi

di in proceſsionibus, ferendi Crucem, &
38 ſimilia, ſunt † actiones ſpirituales, ideò ad Epiſcopum pertinent, Nauarr. *conſ.* 3. *numer.* 6. *de for. compet.* Lara *dict. n.* 29. Barboſ. *num.* 26. Gratian. *num.* 4. & 5. D. Salgad. *num.* 3. *locis vbi proximè*, & id, quod
39 in his definit, appellatione † remota executioni tradendum eſt, ex Tridentin. *ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 13. Gratian. *à num.* 1. Lara *num. fin.* D. Salgad. *à num.* 2. *locis citatis.*

Quæ tamen procedunt, quando circa hæc quæ tradita ſunt decidenda, cauſa mouetur, ſecus quando ſuper mero facto poſſeſſorio ſpirituali, ſeu in re ſpirituali, diſceptatio vertitur, quia de hac †
40 Sæcularis Iudex poteſt cognoſcere, cum ſit illius capax, *cap. fin. de iudic.* Peregrin. *conſ.* 1. *num.* 30. *lib.* 3. Bobadill. Graſſ. Lara, & Barboſa locis *vbi ſupr.* idem Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 85. & *dict. alleg.* 78. *numer.* 42. Zeuall. *commun. contra commun. quæſt.* 897. *à numer.* 235. Valeron *dict. quæſt.* 6. *num.* 48. Alleg. iur. *pro Collegio Maiori Archiepiſcop. cum Cathedral. Salmantin. ſuper præcedentijs, num.* 24. Memorial à la Reyna nueſtra Señora *por las Religiones Mendicantes, y Monacales de la Corona de Caſtilla, y Leon, ſobre la declinatoria intentada en el Conſelo de Hazienda, en las demandas Fiſcales, ſobre Nouenos, ò Tercias de ſus heredades, fol.* 4. *§. Y puede, & ſeq. & fol.* 7. *B. §. Ni ſerà. & §. De que reſulta, & fol.* 10. *§. El quinto.* iunge late tradita *ſupr. Cap.* 41. *per tot.*

Ex hucuſque adductis ſatis apparet, quam certum ſit, quod communiter in huiuſmodi præcedentiarum materia, ſemper
41 eſſe conſuetudinem † attendendam, ex eo quod, in honorarijs & præcedētijs potiſsimum ea obtineat locum, *cap. Legimus* 24. *circa fin.* 93. *diſtinct. cap. Cum olim* 6. *de conſuetudin. l. Minimè* 23. *ff. de legib.* cum alijs *ſupr. Cap.* 95. *num.* 7. Bald. *in cap. Cauſam, de probation. num.* 6. & *in dict. cap. Cum olim*, Rota *deciſ.* 4. *in fin. de electionem. in nou.* Nauarr. *conſ.* 2. *de maioritat. & obedient.* Andr. Barbat. *conſ.* 5. *lib.* 2. Dec. *in cap. Cum acceſsiſſent, ante fin.* verſic. *Hæc comprobatur, de conſtitut.* Purpur. *in dict. l.* 1. *ff. de offic. eius num.* 200. Archidiacon, *in cap. Ad hæc, de exceſsib. Prælator. & in cap. penultim.* verbo *Electionis in fin. de election.* Ioann. de Anania *conſil.* 40. *à num.* 1. *vol.* 1. & *conſ.* 122. *à num.* 1. *vol.* 2. Auendañ. *de exequend. mandat.* 1. *part. cap.* 19. *num.* 14. & *ſeq.* Rodriguez *quæſt. Regular. tom.* 3. *quæſt.* 37. *artic.* 1. Garc. *de nobilitat. gloſſ.* 48. *§.* 3. *numer.* 22. Petr. Surd. *de aliment. titul.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 86. Hieronym. Campanil. *in diuerſor. iur. Canonic. rubric.* 12. *cap.* 12. *ſub num.* 12. Molfeſ. *ad conſtitut. Neapolitan. part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 21. Ioann. Aloyſ. Ricc. *collectan.* 1069. *in princip.* vbi *in fine* limitat in aliquibus caſibus, Cardin. Seraphin. *deciſ.* 335. Medices *deciſ. Marchiæ* 21. Antunez *vbi infrà à numer.* 17. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 948. *à num.* 8. & 99. vbi plures Rotæ deciſiones refert, & *cap.* 492. *num.* 9. & *cap.* 490. *num.* 6. vbi ait, in præcedentijs conſiderandum & obſeruandum, quod † con- 42
ſuetudo, vel Princeps admiſerit, Franch. *deciſ.* 253. *num.* 2. & *deciſ.* 388. *num. fin.* vbi ex Bald. *in dict. cap. Cum olim, de conſuetud. not.* 1. docet, conſuetudinem loca † ſedendi & ſtandi aſsignare, Tira- 43
quell. *de nobilitat. cap.* 2. *num.* 55. verſic. *Sed in hoc*, Tiber. Decian. *conſil.* 21. *numer.* 6. *volumin.* 1. Anna *conſil.* 40. Menoch. *conſil.* 126. *num.* 3. Marcel. Maur. *allegat.* 50. *num.* 2. Domin. Valençuel. *conſil.* 176. *num.* 12. Barboſ. *dict. alleg.* 78. *num.* 27. & *in dict. cap. Cum olim, in fin.* Domin. Larrea *allegat.* 52. *num.* 19. plures apud Peña *deciſ.* 817. *num.* 3. Sanfelic. *deciſ.* 140. *num.* 9. *lib.* 1. Alexand. Ludou. *deciſ.* 124. *num.* 2. vbi Beltramin. *num.* 4. Ferentill. *in not. ad Burat. deciſ.* 903. *numer.* 19. Clem. Merlin. *deciſ.* 70. *num.* 10. Lezan. *dict. conſult.* 56. *num.* 71. Ignat. Pereyra de Souſa *de reuiſionib. cap.* 75. *numer.* 8. Capic. Latro *dict. deciſ.* 181. *à num.* 18. vbi *num.* 21. ex Bald. *in dict. l. Obſeruare, §. Antequam, in fin. de offic. Proconſul.* & *in dict. cap. Cum olim, dict. not.* 1. dicit, locum & modum ſedendi ex conſuetudine acquiſitum, non † eſſe præpo- 44
ſterandum. Maſtrill. *de Magiſtratib. lib.* 4. *cap.* 14. *à num.* 1. Xammar. *dict. quæſt.* 2. *num.* 69. Tamburin. *de iur. Abbatum, tom.* 1. *diſputat.* 25. *quæſito* 1. *numer.* 199. & *tom.* 3. *deciſ.* 1. *numer.* 3. Domin. Salgad. *dict. cap.* 9. *num.* 18. Ferro Manrique *de præcedent. quæſt.* 18. Martin. Apellaniz *in allegat. iur. pro Eccleſ. Catbedral. Salmantin. cum Collegio Archiepiſcop. ſuper præcedentijs, num.* 12. Allegat. contrar. *num.* 13. Domin. D. Ioann. de la Plaça *in allegat iur. pro Canonico Don Ioann. Baptiſta del Campo Caro (hodie huius Argentinæ Eccleſiæ Metropolitanæ Decano, ac Diœceſis Gubernatore meritiſsimo) ſuper reſtitu-

tutione mulctæ, à Regia Cancellaria irrogatæ, num. 36. Antunez de Portugal. *de donationib. Reg. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 6. *num.* 38. Horat. Montan. *controu.* 30. *num.* 5.

Cui conſuetudini omnino ſtandum
45 eſt, licèt aliàs communi iuri † repugnet, Cardinal. Seraphin. *deciſ.* 964. *numer.* 1. Alexand. Ludouiſ. *dict. deciſ.* 124. *à num.* 2. Tamburin. *dict. quæſito* 2. *num.* 3. & *dict. tom.* 3. *deciſ.* 115. *num.* 4. Clem. Merlin. *d. deciſ.* 70. *num.* 17. Ferent. *in dict. deciſ.* 903. *Burati num.* 21. Menoch. *conſ.* 9. *num.* 51.
46 Cuius poſſeſsio in hac † ſpecie eſt manutenibilis, Dom. Couarrub. *practic. cap.* 17. *num.* 6. verſic. *Quarto*, Franc. *in cap. Ad decimas, num.* 8. *in* 4. *limit. de reſtit. ſpoliator. in* 6. Ludouiſ. *deciſ.* 370. vbi Beltramin. *num.* 10. in quod plures Rotæ deciſiones adducit, Ferentill. *vbi proximè, num. final.* Bellet. multos referens, *diſquiſit. Clerical.* 1. *part. tit. de fauor. Clericor. reali, §.* 2. *num.* 7. Tamburin. *dict. deciſ.* 115. *numer.* 6. Ricc. *dict. collectan.* 1069. aliquas Rotæ deciſiones tradens, Capic. Latro *dict. deciſ.* 181. *num.* 26.

Ita ſimiliter, quoad modum ſedendi
47 in Cathedrali Eccleſia † conſuetudo inſpicitur, ad quam inducendam titulus
48 non † requiritur, Ioann. Andr. *in cap.* 3. *de conſuetud. in* 6. Abb. *in dict. cap. fin. eod. titul. in Decretalib.* Menoch. *conſil.* 126. Capic. Latro *vbi proximè, num.* 22. qui *num.* 20. hoc idem docet, quoad or-
49 dinem † procedendi in deoſculatione Euangelij, Pacis, in thurificatione, & alijs, ex Barboſ. *in collectan. Bullar.* verbo *Domini temporales*, & verbo *Pax*, & *in ſumm. deciſionum Apoſtolicarum, collectan.* 261. vbi ita deciſum fuiſſe à Sacra Rituum Congregatione 2. *Martij* 1630. & 12. *Februar.* 1633. & 5. *Martij* 1633. ait, & *de Canonic. & Dignit. cap.* 34. *num.* 32. *in fin.*

Quod autem attinet ad modum procedendi in danda pace apud Nos, noniſsimè reſolutum eſt, ſpreta quacum-
50 que conſuetudine, Magiſtratibus † Sæcularibus, & alijs laicis, dandam eſſe cum inſtrumento quod appellatur *Portapaz*, non cum Patina, vt nuper obſeruabatur, expedita in id Regia Schedula, per hæc verba:

51 *Y aora Don Pedro Zapata † mi Gouernador, y Capitan general de la dicha Prouincia de Cartagena, en carta de* 7. *de Nouiembre del año paſſado de* 1657. *refiere, (entre otras coſas) que ſiendo coſtumbre en la Igleſia Cathedral de aquella Ciudad darle la Paz con* Patena, *ſe auia hecho nouedad en ello, diziendo, que auia de ſer con el inſtrumento* de Portapaz, *ſobre que repreſentò las razones que ſe le ofrecia cerca dello.*

Y auiendoſe viſto por los de mi Conſejo de las Indias, juntamente con los papeles que motiuaron el deſpacho de la Cedula arriba inſerta, y lo demas tocante à la materia, y conſultadoſe ſobre ello, auiendolo conſiderado todo con muy particular deliberacion, teniendo preſentes las piadoſas conſideraciones, que ſe ofrecen, he reſuelto dar la preſente, por la qual mando à mis Virreyes, Preſidentes de mis Audiencias, Gouernadores, Corregidores, y Alcaldes mayores de todas mis Indias Occidentales, y Islas de Barlouento, que de ninguna manera permitan, que de aqui adelante ſe les dè la Paz con Patena, ſino que la reciban con Portapaz, como ſe acoſtumbra en eſtos mis Reynos, no obſtante lo diſpueſto por la Cedula referida de 26. *de Abril* 1653. *y de otras qualeſquiera que hablen en razon de eſto, y ſin embargo de que haſta aora ſe aya obſeruado con los dichos mis Virreyes, Preſidentes, ò otros qualeſquier Gouernadores, ò Miniſtros Seglares, por coſtumbre, eſtilo, Cedula, Ordenança, ò en otra qualquier forma, porque lo vno, y lo otro lo derogo, y es mi voluntad que de derogado, para q̃ no ſe vſe dello en manera alguna, porq̃ de aqui adelante ha de quedar aſſentada, y eſtablecida eſta debida veneracion, que es juſto ſe tenga con toda reuerencia al ſagrado culto, y que el exemplo en los mayores † cauſe piadoſo reſpeto, y de-* 52 *uocion en los vaſſallos de aquellas Prouincias, y para que ſe execute como conuiene, ruego, y encargo à los Arçobiſpos, Obiſpos, y Cabildos de las Igleſias Metropolitanas, y Cathedrales de las dichas mis Indias, y Islas de Barlouento, y à los demàs Superiores Eccleſiaſticos, que no conſientan que por ninguna cauſa, ni con ningun pretexto ſe altere eſta orden, ni ſe dè à los dichos mis Virreyes, Preſidentes, Gouernadores, Corregidores, y Alcaldes mayores la Paz con Patena, ſino con Portapaz, aunque haſta aora ſe aya hecho lo contrario, pues fio dellos, que imitando en eſto lo que con tanto decoro ſe obſerua en eſtos mis Reynos, y es tan debido à la veneracion de el Sagrado culto, el qual conuiene reſplandezca en los de mayor grado, para que ſean † exemplo à todos, lo guarda-* 53 *ràn, cumpliràn, y executaràn ſin ninguna interpretacion, para que como queda dicho, ſea exemplo à los demàs, que aſsi es mi vo-*

luntad, y del recibo deſta mi Cedula, me auiſaràn vnos, y otros en la primera ocaſion. Fecha en Madrid à 26. de Março 1659. años, vide tradita *infr. Cap. 100. à num. 40.*

Plura in varijs caſibus, in præcedentiarum materia, adducunt Doctores † relati à Maldonado & Pardo *in addition. nouiſ. ad D. Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. ſub num. 14. & ſeqq.* quos, vt facile ad manus habere poſsis, tranſcribam, hi ſunt Fulu. Conſiant. *in l. 1. C. de Conſulib. lib. 12. num. 20.* Rouit. *in rubric. de Scholarib. & Doctorib. ex num. 23. fol. mihi 676.* Domin. Amaya *in l. fin. C. de decurionib. lib. 10.* Hermoſill. *in 5. part. in proœm. addit. ad gloſ. 2.* Barboſ. *in collectan. ad cap. Statuimus 15. de maiorit. & obed.* Lara *de Anniuerſ. lib. 1. cap. 24. D. Ioan. del Caſtill. tom. 7. controu. cap. 41. num. 26. Thor. in compend. part. 2. verbo Præcedere, fol. 418. Dom. Solorz. de Indiar. iur. tom. 1. lib. 1. capit. 16. à num. 45. & in memorial. de las plagas honorarias, à num. 192. Capiblanc. de Baronib. tom. 1. ſingul. 43. Iuan Ruiz de Laguna, ſobre la precedencia de ſu Fiſcalia en el Conſejo de Italia, ſuper quo ſcripſit allegationem, Gonçalez in regul. octau. Cancellar. in proœm. §. 3. & quæſt. 3. §. 9. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. tom. 2. lib. 3. capit. 10. Ferro tract. de præced. D. meus D. Franciſcus de Vergara in ſuo eruditiſsimo tractatu ſobre la precedencia de los Reyes de Eſpaña, y ſus Embaxadores à todos los demàs Reyes, præcipuè cap. 7. vbi plura notabilia inuenies, & pluries deciſum videbis in Franch. deciſ. 62. & 138. & 144. Ponte deciſ. 8. Caued. deciſ. 3. 4. & 5. Franciſc. Marc. deciſ. 808. Gratian. deciſ. 232.* Rouit. *deciſ. 65. Alexand. Sperell. deciſ. 76. tom. 2. Carol. de Tapia deciſ. 21. Capic. Latro deciſ. 154. Sanfelic. deciſ. 269. Tondut. poſt tractat. de penſion. deciſ. 2. Reuert. deciſ. 448. vbi Reg. Marinis, vide quoque Peregrin. conſ. 3. lib. 2. Camil. Larath. conſ. 2. & 87. D. Valençu. conſ. 34. num. 109. & 201. Capic. Latr. conſult. 43. lib. 1. Capic. Galeot. tom. 2. controuerſ. 11. 12. & 45. Cyriac. controuerſ. 201. num. 38. & controu. 202. à num. 34. Carol. Marant. lib. 3. controu. reſponſ. 52. D. Larrea allegat. 51. & 52. Arias de Meſa lib. 3. var. reſol. cap. 113. Ex politicis tractarunt Petr. Gregor. lib. 4. de Republic. cap. 10. numer. 11. Nauarret. diſc. 17. Langleo otium ſemeſtre, lib. 7. cap. 7. 8. 9. 10. & 11. Beſſold. tract. de præcedent. per plura capp. Ex Theologis omnes adiungit Reu. Pat. Frat. Ioann. Martinez, Catholic. Maieſtat. Confeſſar. in ſuis Theolog. diſcurſ. diſcurſ. 2. & 3.* Hucvſque Maldonado. Hos ferè omnes in meo habeo promptuario, iam diu obſeruatos à doctiſsimo Licenciato Don Ioanne Pacheco, Matritenſi in Curia Aduocato primario heu, cuius diſcipulus, vulgo *Paſſante*, poſt tempus fuit prædictus Maldonado & Pardo, ideò † crederem, ab illo ipſum hæc omnia didiciſſe, & tranſcripſiſſe. 54 55

Quibus item addendi ſunt Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 5. cap. 14. num. 48.* idem Ponte *de poteſt. Prorreg. tit. 1. §. 2. num. 8.* Palac. Rub. *in repet. rubricæ, de donat. inter. §. 38. num. 16.* glo. & DD. *in cap. Poſtulaſti, de conceſ. Præbend.* Cæſ. Caren. *de offic. Sanct. Inquiſit. tit. 8. §. 3.* Iacob. Cancer. *3. part. var. cap. 10. num. 117.* Sarau. *de iuriſd. adiunctor. cap. 29. num. 42.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 27.* idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 11. num. 74. cap. 298. & 845.* Ioann. Paul. Xammar. *de offic. iudic. 1. part. quæſt. 2. num. 48. cum ſequentibus,* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. diſp. 24. quæſito 6. num. 11. & diſp. 25. quæſito 1. cum ſeqq.* Petr. Murga *in quæſt. Paſtoral. 3. part. quæſt. 15.* D. Fermoſin. *de Sede vac. tract. 3. quæſt. 8. num. 12.* idem Scip. Rouit. *ad pragm. 5. de Baron. à num. 3.* Lanfranch. Zach. *de ſalar. quæſt. 27.* Vrrutig. *de Eccleſ. Cathedral. cap. 5. num. 48.* Anna *conſ. 40. num. 33. & conſ. 136. & ſeq. numer. 6. & ſingul. 6. conſ. 4. diuerſor. Sicul.* idem Ponte *conſ. 15. tom. 1. & conſ. 53. & conſ. 134. tom. 2.* Cephal. *conſ. 615.* Sfortia *conſ. 14.* idem Dom. Valenç. *conſ. 76. à num. 6.* Menoch. *conſ. 902.* Moron. *reſponſ. 5.* Koſtha *conſ. 44.* Camill. Laratha *conſ. 2. num. 18. cum ſeqq.* Beſſold. *conſil. 195. num. 48. & conſ. 259.* idem Rouit. *conſ. 84. lib. 1.* Molfeſ. *conſ. 15. num. 15.* Lezan. *tom. 4. Regular. conſult. 56.* idem Franciſc. Marc. *deciſ. 136.* Anton. Capic. *deciſ. 27.* Anton. Gamma *deciſ. 1.* idem Franch. *deciſ. 365.* Amendol. *in not. ad eundem in deciſ. 138. à num. 1.* idem Maſtrill. *deciſ. 130.* idem Galeot. *tom. 2. controuerſ. 45. à num. 8.* idem Thor. *in compend. deciſionum, 1. part.* verbo *Præcedere 1. cum ſequentibus,* & *3. part. eodem* verbo *Præcedere 1. cum ſeqq. & in ſupplem. eodem* verbo, idem Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtol. collectan. 590. & in collectan. Bullar.* verbo *Præcedentia,* & verbo *Regulares quoad præcedentiam,* Clem. Merlin. *deciſ. 70. & deciſ. 779.* Antunez *dict. cap. 42. à num. 17. & 33.* Dominus Caſtejon *in Alphabet. iuri-*

ridic. liter. P. verbo *Præcedentia*, & alij omnes, hucusque adducti *in hoc Capite*, & *infrà Capp. seqq.* cætera inuenies *in duobus Capitibus proximè sequentibus.*

SVMMARIVM.

1 Ecclesia *continet tres partes, seu mansiones.*

2 *Prima & nobilior est* Altare Maius, *vocaturque* Sacrarium, Presbyterium, & Sancta Sanctorum.

3 *Secunda communiter nominatur* Chorus.

4 *Tertia* Nauis *solet appellari.*

5 *Abbatis Panormitani verba in specie referuntur.*

† 6 *Presbyterium seu prima Ecclesiæ pars laicos non admittit. & num.* 11. 12.

7 *Sub Altari Maiori vel alio mortuorum corpora non sepeliuntur. & num.* 9.

8 *Manutenetur, qui est in possessione vtendi hoc iure.*

10 *Altare supra aliquod sepulchrum erectum non potest consecrari, limita vt ibi.*

13 *Laici possunt accedere ad Presbyterium ad orandum, & communicandum.*

† 14 *Laici non possunt stare vel sedere in Presbyterio, licet à Clericis inuitentur.*

15 *Regia dignitas, an possit in Presbyterio locum habere? & num.* 18.

16 *Diuus Ambrosius prohibuit Imperatori Theodosio, manere in Presbyterio.*

17 *Historiæ tripartitæ verba ad hoc referuntur.*

† 19 *Laicus patronus non admittitur in Presbyterio. & num.* 20.

21 *Patronus in honoratitijs est præponendus.*

22 *Rex Catholicus extra Presbyterium Solium suum Regium collocat.*

† 23 *Laici non possunt regulariter stare, vel sedere in Choro.*

† 24 *Laicus non debet se immiscere Clericis, in Sacris functionibus.*

25 *Titulati, Senatores, & Equites Ordinum Militarium admittuntur in Choro sed non inter Præbendarios. & n.* 26.

27 *Toletana Ecclesia, post Romanam merito prima, quid in hoc obseruet.*

28 *Episcopus & Ecclesiastici honorent Magistratus, & è contra, hi Prælatos, & Ecclesias Cathedrales.*

† 29 *Nauis seu tertia Ecclesiæ pars laicis reseruatur.*

30 *Populus stans conciones solebat audire, ex Diuo Augustino.*

31 *Prior locus dignioribus assignandus est, nempe his, qui Prouinciam regunt. & num.* 36.

32 *Delegatos etiam præcedunt, nisi sint Regij Consiliarij Delegati.*

33 *Dignitas maior & honor, in sedendo ante alios, consistit.*

† 34 *Prælatio & expectabilis sessio ex altitudine loci, & digniori sede, efformatur.*

35 *Ius sedendi supra sepulchrum potest acquiri.*

36 *Dignioribus locus dignior debetur.*

37 *Rex Catholicus alios omnes præcedit, iuxta maiora, & opulentiora Regna.*

38 *Hoc respectu Dux Florentiæ Ducem Ferrariæ præcedit.*

39 *Dignitas maior, non antiquior, prælationem tribuit.*

40 *Rex qui simul est Comes, præceditur ab eo, cui subijcitur, vt Comes.*

41 *Nobile exemplum inter Ioannem Regem Aragoniæ patrem, & Ferdinandum Regem Castellæ filium, habitum, ad præcedentia traditur. & num.* 42.

43 *Filius ratione dignitatis & officij patrem præcedit.*

44 *Agellius in hac re expenditur.*

† 45 *Consuetudo, vt minus dignus digniorem præcedat, non admittitur, & est inpræscriptibilis. & num.* 46.

47 *Minus dignus de rigore iuris, digniorem præcedit in propria domo minus digni.*

48 *Ricardus Angliæ Rex fuit alapa percussus à rustico, quia illi cedere noluit in domo rustici.*

49 *Senator Vallisoletanus præceditur à quocumque Correctore, seu Prætore in propria Prouincia, sed non Senator Castellæ. & num.* 50.

51 *Ex vrbanitate minus dignus in propria domo, non præcedit digniorem.*

52 *Nobiles & illustres viri, post gubernantes Ciuitatem, locum obtinent.*

† 53 *Ex modo sedendi iuxta Episcopum, & Superiorem, dignoscitur præminentior dignitas, & locus.*

Ma-

54 *Manus dextera eſt ſiniſtra præminentior; aliter apud Romanos. & n.* 55.

56 *Digniores iudicantur, qui dignioribus præſunt.*

57 *Dignitas maior, non ætas, præcedentias tribuit.*

58 *Communis acceptatio & exiſtimatio ad præcedentiam attenditur.*

ARGVMENTVM.

SVperiori Capite, quoad Scamna & Sedes relata, de qua Eccleſiæ parte ſint accipienda. In Presbyterio, & Choro, an Patronus laicus, aut alij laici, de iure Indiarum poſsint admitti? Traditur ex quibus locus dignior & dignitas maior, dignoſcatur.

CAP. XCVIII.

EA vero, quæ *Superiori Capite* tradita ſunt, quo ad Scamna & Sedes laicorum in Eccleſijs, procedunt & accipienda ſunt reſpectu tertiæ manſionis & partis Eccleſiæ, non vero reſpectu aliarum partium. Ad quod aduertendum eſt, in
1 Eccleſia tres partes † & manſiones eſſe conſiderandas. Primam, quæ nobilior Eccleſiæ pars dici debet, prope Altare
2 Maius † conſtituitur, & ſolet vt plurimum, cancellis includi, vocaturque *Sacrarium, Presbyterium, ſiue Sancta Sanctorum.* Secundam, quæ communiter nomi-
3 natur † *Chorus*, & eſt illa Eccleſiæ pars, quæ ſubdiuiditur in multis locis ab Altari per Cancellos, ac etiam à toto Eccle-
4 ſiæ corpore. Tertiam, quæ † *Nauis* appelatur, continetque maiorem partem & corpus Eccleſiæ, ita conſtat *in cap.* 1. *de vita, & honeſtat. Clericor.* vt optimè expoſuit Abb. *ibidem num.* 3. *poſt princ.* his
5 verbis: *Item nota, quod Eccleſia † aliquando habet tres partes. Prima eſt illa, quæ eſt prope Altare Maius, quæ ſolet quandoque cancellis includi, & iſta pars quandoque appellatur* Sacrarium, *quandoque* Presbyterium, *quandoque* Sancta Sanctorum, *vt in iuribus allegatis in gloſſ. & in hac parte debent ſtare Clerici celebrantes, vt Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, & de hac parte loquitur principium, ibi:* Secus Altare. *Secunda pars eſt* Chorus, *& hæc pars ſubdiuiditur ab Altari in multis locis per cancellos; ac etiam à toto corpore Eccleſiæ, & in hac parte debent ſtare Clerici tantum pſallentes, ex duplici cauſa infrà ſubijcienda, & de hac ſecunda parte loquitur textus, verſic.* Sed pars: *Tertia pars eſt reliquum corpus Eccleſiæ, & vulgariter appellatur* Nauis *Eccleſiæ, & in illa parte Eccleſiæ debent ſtare laici audientes Diuina.* & obſeruarunt Michael Buchinger. *in hiſtor. Eccleſiaſt. pag.* 49. Melch. Loter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 13. *à num.* 19. & nouiſsime Mich. Anton. Frances de Vrrutigoit. *de Eccleſijs Cathedral. cap.* 5. *à num.* 33. Eugen. Paſtrana *en ſu Silva Racional, primera Planta, capit. Trama* 1. *num.* 102. & 141.

Ex quibus ſequitur, Presbyterium ſeu Sacrarium, Sacris peragendis & Altaris Miniſtris dicatum, laicos † nullatenus admittere, vt tempore celebrationis 6
ibidem ſtare, vel ſedere poſsint, *dict. cap.* 1. illic: *Vt laici ſecus Altare quando Sacra Miſteria celebrantur, ſtare, vel ſedere inter Clericos non præſumant, cap. Peruenit* 29. *cap. Sacerdotum* 30. *de conſecrat. diſtinct.* 2. *cap. Dilectus* 19. *de Præbend. & Dignitat.* Concil. Turonenſ. II. *cap.* 4. *pag.* 440. *tom.* 4. *Concil.* Concil. Magunt. *cap.* 13. relatum à Burchard. *lib.* 3. *decretal. cap.* 102. *l.* 1. *tit.* 11. *part.* 1. in illis verbis: *Nin deben los legos, nin las mugeres eſtar à derredor del Altar, nin llegar à èl quando dixeren la Miſſa.* vbi Domin. Gregor. Lopez, Anton. Auguſtin. *in not. antiq. compilat. in dict. cap.* 1. *de vita, & honeſtat. Clericor.*

cor. Petr. Cened. *ad Decretal. collect.* 45. Simanc. *de dignit. Epiſcop. cap.* 12. Loter. *vbi proximè, num.* 21. Dom. Valenç. *conſil.* 101. *num.* 5. Barboſa *in dict. cap.* 1. Vrrutigoit. *dict. cap.* 5. *num.* 42. Appellan. *vbi infr. num.* 14. *& ſequent.* Rationem præbet *dict. cap. Sacerdotum*, vt nempè, debitus honor conſeruetur celebranti, & ob reuerentiam tanti Miſterij, & Sacrificij, illic: *Vt libere, & honorifice poſsint Sacra officia exercere.* Daniel de Nobil. *diſp.* 60. *num.* 38. & eo relato, Vrrutig. *vbi proximè, num.* 52.

Sic ſimiliter, ſub Altari Maiori mortuorum † corpora ſepeliri prohibentur, ex Alexand. Ludouiſ. *deciſ.* 145. *à numer.* 2. notat Vrrutigoit. *vbi ſupr. cap.* 26. *à num.* 201. *& dict. cap.* 5. *à numer.* 277. vbi docet, infrà Altaria cadauera ſepelienda non eſſe, in quibus locis plura obſeruanda adducit, Caualler. *deciſ.* 15. *numer.* 1. qui *num.* 3. ait, manutenendum eſſe † in poſſeſsione, qui aliquam facultatem, & gratiam quoad hoc, ab Epiſcopo, vel alio Prælato habuerit, Vrrutig. *dict. cap.* 26. *num.* 203. vbi hoc, quoad Eccleſias inferiores intelligit. In hanc materiam, quæ ad ſepelienda defunctorum fidelium corpora in Eccleſia prope Altare, vel non, pertinet, videnda ſunt Concilia Triburienſ. *cap.* 17. Nannetenſ. *cap.* 6. Vaſenſe *cap.* 3. relata à Peña *deciſ.* 154. *à num.* 2. *cap. Præcipiendum* 15. *§. Prohibendum, cap. Nullus* 18. vbi Laur. Bellis 13. *quæſt.* 2. Creſpe *in ſumm.* verbo *Sepultura*, Ioann. Selua *de benef. quæſt.* 5. *prima part. à num.* 57. *&* 105. Ludouiſ. *vbi ſupr.* & *ibi* Beltramin. *liter. B.* Caualer. & Vrrutigoit. *vbi ſupr.* Zachar. Paſchalig. *de Sacrific. nouæ legis, quæſt.* 675. *à princ.* vbi *num.* 5. ait, eſſe graue peccatum ſepelire aliquem † ſub Altari, cum hoc ſit honor ſanctitatis, vt *ibi* dicit *num.* 2. & *num.* 4. quod neque corpora eorum, qui cum fama ſanctitatis decedunt, debeant ſub Altari ſepeliri, & *num.* 1. fundat, Altare, ſupra † aliquod ſepulchrum erectum, non poſſe conſecrari, ad quod, extrahendum eſt cadauer, ſiue oſſa & cineres, & replendus locus, ſicut etiam debet repleri, etiamſi nemo ibi fuerit ſepultus, *ex cap. Non oportet* 29. *de conſecrat. diſtinct.* 1. iunctis gloſſ. *ibidem.* Tabien. verbo *Altare, num.* 5. Armill. *num.* 6. Diu. Antonin. 3. *p. tit.* 12. *cap.* 6. *§.* 9. Piaſec. *part.* 1. *prax. Epiſcop. cap.* 5. *num.* 7. Fuſch. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 27. *num.* 27. *& in ſumm. deciſ. Apoſtol. collect.* 76. *num.* 2. Lezan. *tom.* 2. verbo *Altare, num.* 17. Nald. *in ſumm.* verbo *Sepultura, num.* 12. *in fin.* Gauant. *in manual. Epiſcop.* verbo *Altare, num.* 9. Pax Iordan. *lucubrat. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 10. *numer.* 27. & Sacr. Congregat. declarationibus à Piaſec. Gauant. & Paſcalig. citatis *vbi proximè.*

Superius adducta de prima & nobiliori Eccleſiæ parte, à primis eiuſdem exordijs originem trahere, aduertit Vrrutigoit. *dict. cap.* 5. *à num.* 44. ex Ceremoniali Romano, à Sanctiſsimo Clem. Papa VIII. renouato *lib.* 1. *cap.* 13. vbi de hac re ita loquitur: *Sedes autem † pro Nobilibus, atq; Illuſtribus viris laicis Magiſtratibus, atque Principibus quamtumlibet magnis, & excelſis, plus minuſve, pro cuiuſque dignitate, & gradu, ornatas, decet extra Chorum, & Presbyterium collocari, iuxta Sacrorum Canonum præſcriptum, laudabiliſque antiqua diſciplina documenta, iam inde ab exordijs Chriſtianæ Religionis, introducta, ac longo tempore obſeruata.* vide Barboſ. *in ſumm. deciſionum Apoſtolicarum, collectan.* 460. *& in collectan. Bullar.* verbo *Magiſtratus*, & verbo *Sedes, §. penultim.*

Id, quod dictum & fundatum eſt quoad Presbyterium reſpectu laicorum, procedit item à fortiori reſpectu mulierum, hæ enim infra cancellos † ſtare & ſedere, arcentur, *dict. cap.* 1. *de vita, & honeſtat. Cleric. cap.* 1. *§. Prohibendum, de cohabitat. Cleric. & mulier.* ita: *Prohibendum quoque eſt, vt nulla fœmina ad Altare præſumat accedere, aut Presbytero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare, ſiue ſedere.* Duran. *de modo celebrand. Concil. general. rubric.* 55. *num.* 3. Loter. *vbi ſupr. num.* 21. Barboſ. *in dict. cap.* 1. *de cohabitat. Cleric. num.* 6. vbi in hoc citat Rebuff. Suarez, Reginald. Vazquez, Bonacin. & Bellet. Hoc tamen limitatur, quando laici, & fœminæ ad orandum † vel Sanctiſsimam Euchariſtiam ſumendam, accedunt, *dict. cap.* 1. *de vit. & honeſtat. Cleric.* ibi: *Ad orandum vero, & communicandum laicis & fœminis (ſicut mos eſt) pateant Sancta Sanctorum.* vbi Abb. *num.* 3. *ad fin.* Pauin. *de viſitat. part.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 36. verſic. *Ad orandum tamen*, Loter. *num.* 26. & alij *ſupra.*

Præterea ſupra adducta locum habent, quamvis laici à Clericis fuerint inuitati, debent † enim omninò laici ex-

cu-

cuſari, & à tali acceſſu abſtinere, Cened. *vbi ſupr. num.* 3. Loter. *dict. lib.* 1. *quæſt.* 29. *num.* 9. Daniel de Nobilib. *dict. diſput.* 60. *à num.* 39. Vrrutig. *dict. cap.* 5. *num.* 56. *& num.* 111. contra Daniel. *loco citat. num.* 41. affirmat, idem dicendum eſſe de inuitatis ad Chorum.

15 Regia tamen dignitas † excipienda eſt, cui merito in Presbyterio poteſt ſedes deputari, vt innuit Concil. Conſtantinopolitan. VI. *Can.* 69. *tom.* 5. *Conciliorum pagin.* 342. cuius verba ſunt: *Nulli omnium liceat, qui quidem ſit in laicorum numero, intra ſepta Sacri Altaris ingredi; nequaquam tamen ab eo prohibita poteſtate, & auctoritate Imperiali, quandoquidem voluerit Creatori dona offerre, ex antiquiſſima traditione*, vt notant in ſpecie Thom. Zerol. *in prax. Epiſcop.* 1. *part.* verbo *Chorus.* Rota Romana *apud Coccin. deciſ.* 142. *num.* 3. Loter. *dict. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 28. Vrrutigoit. *dict. cap.* 5. *à numer.* 62.

Ex verbis etiam Hiſtoriæ tripartitæ, *lib.* 9. *cap.* 30. in quibus refertur, Di-
16 uum Ambroſium † non permiſiſſe, Theodoſium Imperatorem interiora Eccleſiæ loca ingredi, conſtat, in Vrbe Conſtantinopolitana ſuperius traditam conſuetudinem, & antiquam traditionem obſeruari, ad hoc omne Hiſtoriæ verba
17 nota, ibi: *O Imperator, † interiora loca tantum Sacerdotibus ſunt collata, quæ cæteri, neque ingredi, neque contingere permittantur; egredere igitur, & hanc expectationem cum cæteris habe communem, purpura namque Imperatores, non Sacerdotes facit. Tunc fideliſsimus Imperator, etiam hanc traditionem animo libenti ſuſcipiens, remandauit, non temeratis cauſa inter cancellos remanſi, ſed in Conſtantinopolitana*
18 *Vrbe, hanc † conſuetudinem eſſe cognoui, porrò regulas pietatis, quas à Magno Sacerdote percipit, etiam reuerſus, in Conſtantinopolitana Vrbe ſeruauit, nam cum feſtiuitatis tempore ad Eccleſiam proceſsiſſet, oblatis ad Altare muneribus, mox egreſſus eſt; cumque Hectarius tunc Præſul Eccleſiæ rogaſſet, cur intus ſtare noluiſſet. Princeps, vix potui dicere, inquit, quæ differentia ſit Imperatoris, & Sacerdotis, vix enim inueni veritatis Magiſtrum, Ambroſium namque ſolum nouì digne vocari Pontificem.* Huius Hiſtoriæ meminere Nicephor. Calixt. *lib.* 12. *capit.* 40. Diuus Ambroſ. *lib.* 5. *Epiſtol.* 28. Petr. Gregor. *lib.* 2. *ſintag. cap.* 8, *num.* 10. Sarm. *lib.* 7. *ſelectarum, cap.* 17. verſic. *Omiſsis*, Enriquez *in ſumm. lib.* 9. *capit.* 25. *§.* 9. *liter. I.* Zerol. *vbi ſupra.* Iacob. Cujac. *lib.* 5. *obſeruation. cap.* 9. *& lib.* 20. *capit.* 32. Dominus Valençuel. *dict. conſil.* 101. *numer.* 6. Barboſa *in dict. cap.* 1. *de vita, & honeſtat. Clericor. numer.* 2. qui citat Frat. Hieronym. Roman. *de Republic. Chriſtian. lib.* 4. *cap.* 2. *prope fin.* & Pined. *in vita Sanct. Ioann. Baptiſt. lib.* 1. *artic.* 1. *cap.* 8. Torres *in philoſoph. moral. lib.* 2. *cap.* 7. Vrrutigoit. *dict. cap.* 5. *num.* 53. & 107. Diſcurſ. iuridic. *pro Collegio Maiori Archiepiſcop. cum capitulo Cathedral. Salmantin. ſuper præcedentijs, numer.* 15. Martin. Apellaniz *in allegat. contrar. numer.* 15.

Patronus autem laicus, an admitt poſsit in Presbyterio, ſi quæras? reſpondeam, huic ſtationi & manſioni, tantam deberi reuerentiam, & veneratio-
19 nem, vt neque laico Patrono † in ea pateat locus, quemadmodum ex mente Sacræ Congregationis deciſum fuit à Rota Romana *in Valentin. Capellæ* 5. *Martij* 1599. coram Iuſto, vt referunt Loter. *dict. quæſt.* 13. *numer.* 27. Barboſa *in dict. cap.* 1. *ſub numer.* 2. Apellaniz *vbi proximè, numer.* 10. Vrrutigoit. *dict. cap.* 5. *numer.* 46. quì aſſerit, id procedere, licet diu fuerit † admiſſus, quia
20 quaſi poſſeſsio illa fuit mere facultatiua, niſi quadragenariam cum titulo oſtenderit. Quamvis aliàs Patronus † in
21 honoratitijs ſit præponendus, Lambertin. *de iur. Patronat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *numer.* 4. Pater Bauny *Theolog. moral.* 4. *part. ſeu in prax. benefic. diſput.* 4. *quæſt.* 2. vbi, quod habeat ius cingendi templi vitta lugubri, vel atrato panno, Bellet. *diſquiſit. Clerical.* 1. *pari. tit. de Cleric. debitor.* §. 14. *num.* 11. *in fin.* Diſcurſ. *ſupra* traditus *num.* 9. & tradidi *ſupr. Cap.* 30. *num.* 35.

Hinc obſeruant Torres *in philoſ. dict. lib.* 2. *capit.* 7. Pineda *in Monarch. lib.* 14. *capit.* 6. §. 2. & Martin. Apellaniz *vbi ſupr. dict. numer.* 15. *in fin.* Regium Catholici Regis noſtri Solium, ſemper extra Presbyterium † collocari ſolere,
22 quoties ad Sacra audienda in Eccleſijs concurrit, quod & Nos vidimus ſemper.

De ſecunda vero Eccleſiæ manſione & parte, videlicèt *Choro* poteſt eſſe dubitatio, an in eo laici poſsint admitti, & certum eſt, eis non eſſe permiſ-

23 missum † in Choro stare, vel sedere, quia confabulantur, & deuotionem impediunt, ita Nauarr. *de orat. capit.* 18. *à numer.* 72. Sarmient. *dict. cap.* 17. Sozomen. *lib.* 7. *histor. Eccles. cap.* 24. Simanc. *dict. cap.* 12. Loter. *dict. quæst.* 13. *numer.* 36. & cautum est in Concil. Bracharens. IV. *act.* 5. *cap.* 25. vt notauit Barbosa *in dict. cap.* 1. *numer.* 3. vbi optimum Sancti Ambrosij locum, *lib.* 3. *de Virgin.* expendit; laicus itaque non debet in hu-
24 iusmodi Sacris functionibus † & exercitijs se immiscere Clericis, *dict. cap.* 1. iunctis Sacræ Congregationis Rituum declarationibus 4. *Februarij* 1600. 21. *Februarij* 1604. & 24. *Octobris* 1609. de quibus Barbosa *de Canonic. & Dignitat. cap.* 34. *numer.* 22. *in fin.* & ex dict. Rotæ decisione, & alijs obseruauit Alexand. Ludouis. *decis.* 310. *à numer.* 1. ideò recte prouisum est, *in dict. cap.* 13. *Cæremon. Roman.* extra Chorum & Presbyterium collocari, & stare debere, Vrrutigoit. *vbi supr. num.* 45. & 61.

Excipiuntur tamen Nobiles laici,
25 qui titulo sunt Illustres, Senatores, † & Togati, seu Regij Conciliarij, & Equites Ordinum Militarium, qui meritò in Choro Ecclesiarum Cathedralium possunt admitti, & admittuntur passim, secundum Decretum Concilij Prouincialis Toletani, sub Archiepisc. D. D. Chrysostophoro de Roxas celebrati, *ann.* 1566. *action.* 3. §. 15. versicul. *Hi verò*, ibi: *Statutum est, quod personæ Illustres, Titulati, Consiliarij Regis, & Milites Ordinum Militarium possunt sedere in Choro in sedibus primis iuxta cancellos, seu cancellatas, audiendo Diuina Officia*, cuius meminere Petr. Cened. *in dict. collectan.* 45. *numer.* 4. Sandoual *tractat. de offic. Ecclesiast.* 4. *part. cap.* 10. Dominus Valençuel. *consil.* 176. *numer.* 16. Vrrutigoit. *dict. capit.* 5. *numer.* 112. 244. & 256. Don Gabriel de Espinosa Ribadeneyra *vbi infra numer.* 20. qui etiam aduertunt, hos
26 nequaquam † inter Clericos, & Præbendarios commisceri, neque cum eis sedere, licere, ex Decretis Sacræ Congregationis *Rit. in vna Compostellæ* 21. *Februarij* 1604. & *Granat.* 24. *Octobris* 1609. iam citat. de quibus Barbos. *vbi proximè, & in summ. decisionum Apostolicarum, collectan.* 442. *numer.* 3. Sell. *in select. Canon. cap.* 11. *numer.* 41. Sed in primis sedibus, post cancellos, collocari vt ego aliquando vidi in Toletana Ecclesia, post Romanam meritò † prima, 27
vt ex Pat. Ioann. Mariana *de Regis institut. cap.* 10. Bernard. Gomez Miedes *lib.* 17. *histor. Reg. Iacob.* Luc. Marineo Sicul. *lib.* 2. *de reb. Hispan.* Aluar. Gomez *lib.* 1. *histor. Cardinal. Ximenez*, aduertit Dominus Valençuel. *dict. consil.* 176. *numer.* 15. Quid autem apud Nos circa hoc prouisum sit, trado *Cap. seq. numer.* 45. & *sequentibus.*

Vnde Clem. Roman. *lib.* 7. *constitut. Apostolicarum, capit.* 17. recte admonet Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos, Magistratus Regios † magno ho- 28
nore prosequi debere, in illis verbis: *Sic Apostoli olim in Primitiua Ecclesia Episcopos ordinarunt, vt Regem timerent, tanquam electum à Domino, & Magistratus eorum in honore haberent, vt Ministros Dei*, notant Camill. Borrel. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 53. Dominus Villarroel *en el gouierno Eclesiastic. quæst.* 13. *artic.* 6. *à princip.* Dominus Ximenez Lobaton *in discurs. iuridic. contra Archiepisc. Granatens. Regijs Schedulis non obtemperant. numer.* 42. *not.* 340. iunctis traditis *supra Cap.* 45. *à numer.* 3. *cum sequentibus.* Ita similiter Proreges, Præsides, Senatores, & Senatus Episcopos, & alios Prælatos honorent, ipsorumque & Cathedralium præminentias, & prærogatiuas omnino obseruent, *Reg. Schedul.* 11. *Martij* 1543. *pagin.* 165. *tom.* 1. *impress.* ibi: *Mando, que à los Prelados, que en essas partes huuiere, los honreis, y trateis, como es razon, y conuiene, para que ellos tengan autoridad, y credito, y con ello aprouuche mas la doctrina que dieren, y à las Iglesias Cathedrales les guardeis, y hareis guardar sus preeminencias, y prerrogatiuas, y les fauorezcais en lo que se les ofreciere.*

Ex dictis iam necessario sequitur, laicis tertiam relatam Ecclesiæ partem † reseruari, quam *Nauem* appellamus, 29 †
vt illorum sit receptaculum, ad Diuina Officia, Sacrasque conciones audiendum *dict. cap.* 1. vbi gloss. & Abb. *numer.* 3. versicul. *Tertia pars, de vita, & honestat. Clericorum, cap. Sacerdotum* 30. *de consecrat. distinct.* 2. Cæsar Baron. *in annal. ad ann.* 57. *Christi Domini, num.* 103. Loter. *dict. quæst.* 13. *num.* 39. Coccin. *dict. decis.* 142. Daniel de Nobilib. *disput. selectar. tom.* 2. *disput.* 60. *numer.* 33. Vrrutigoit.

ait.

dict. cap. 5. *num.* 257. & *cap.* 8. *num.* 22. vbi
30 ait, populum ſtantem † concionem ſolere audire, ex Diu. Auguſtin. *in Ioann. cap.* 92. & *ſermon.* 52. *ad Fratres in Eremo*, ibi: *Vt ergo vos non diu teneam, quia ego ſedens loquor, vos ſtando laboratis.*

In ea itaque parte & manſione ſtare, vel ſedere laicis maſculis, & fœminis permittitur, & ordinatur, *plus minuſve pro cuiuſque dignitate, & gradu*, vt ſtatuit Cæremoniale Romanum *ſupra* traditum, ſemper tamen dignioribus prior, & præminentior aſsignatur locus, nempè illis qui Ciuitatem, † aut Prouinciam
31 regunt, *capit. Epiſcopus* 10. 95. *diſtinct. Epiſcopus*, inquit, *in Eccleſia & in conſeſſu Presbyterorum ſublimior ſedeat. Intra domum vero collegam ſe Presbyterorum eſſe cognoſcat. l. Quilibet* 40. *Codic. de decurionibus, lib.* 10. illic: *Quibus, propter loci dignitatem, rerum ſumma commiſſa eſt.* vbi Bald. Innoc. *in capit.* 3. *de ſepultur.* Menchac. *controuerſ. illuſtr. lib.* 1. *in præfat. numer.* 128. Bobadill. *in politic. lib.* 2. *capit.* 21. *numer.* 61. Capic. Latro *deciſ.* 181. *numer.* 2. & 6. Lezana *conſult.* 56. *num.* 3. 12. & 13. qui etiam docent, Iudici Delegato præcedere † debere, & red-
32 dunt rationem, quia qui Ciuitatem, & Prouinciam regit, & gubernat dicitur in ea maior, limitat nihilominus Bobadilla, quando Delegatus eſt Conſiliarius Regis.

Maxima enim dignitas & honor, †
33 in ſedendo ante alios, priori & digniori loco, conſiſtit, iuxta doctrinam Bald. *in l. Decernimus, Codic. de Sacroſanct. Eccleſ. not.* 2. & *in l. Liberti.* verſicul. *Item ſecundum membrum. Codic. de oper. libert.* Felin. *in rubric. de maioritat. & obedient. column.* 4. verſicul. *Nota etiam, quod qui ſedet*, Georg. Nata *in repetit. text. in capit. Quamvis*, verſicul. *Quinto fallit. de pact. in* 6. Caſan. *in Catbalog. gloria mundi*, 1. *part. conſiderat.* 1. Franciſc. Curt. Senior. *conſil.* 74. *in fin. volumin.* 1. Tiraquel. *de iur. primog. in præfat. numer.* 13. Bobadilla *vbi ſupr. lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 26. verbo *Dignidad*, Azeued. *in addit. ad Cur. Piſan. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. Hermoſill. *in prox. partit. gloſſ.* 2. *à num.* 2. Dominus Valençuel. *conſ.* 34. *numer.* 90. Dominus Larrea *allegat. Fiſcal.* 51. *à num.* 4. Domin. Salgad. *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 34. Capic. Latro *vbi ſupr. num.* 1. Proſper. Fagnan. *in cap. Ad hæc, de Præbend. numer.* 31. relatus à Samper *en ſu Monteſa Iluſtrada*, 3. *part. à num.* 579. Antunez de Portugal. *de donation. Reg. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 6. *à num.* 31. & *infr. hoc Cap. num.* 53. & ex altitudine loci, & digniori ſede prælatio † & expectabilis ſeſsio efformatur, ſecundum Ioann. Fabr. *in §. Aliam verò, numer.* 1. *Inſtitut. de bonor. poſſeſſ.* 34
quam ſequuta fuit Rota Romana, *apud Marc. Anton. Genuenſ. in prax. Archiepiſc. cap.* 34. *in annot. num.* 31. Loter. *vbi ſupr. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 16. Vrrutigoit. *vbi ſuprà cap.* 17. *num.* 87. vbi docet, ius ſedendi ſuprà ſepulchrum † poſſe etiam ac- 35
quiri. Quare in comprobationem paſsim Doctores adducti & referendi, Cœleſtium inter ſe ciuium præcedentias & ordinem ſempiternum, in memoriam reuocant. Hunc enim ſemper Angelorum Chori & Beatorum gradus tenent, vt nouiſsimè refertur *in vita Venerabilis Domnæ Marinæ de Eſcobar, lib.* 3. *c.* 12. *§.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *§.* 4. *cap.* 4. *§.* 5. & *lib.* 5. *cap.* 2. *§.* 2. vbi de ordine, ab Animibus in Purgatorio detentis, ſeruato, mentionem agit.

Igitur digniori ſemper dignior locus & præſtantior aſsignandus, & concedendus eſt, imò † debetur, *l.* 1. *ff. de alb. ſcrib.* 36
l. 1. *C. de Conſul. l.* 1. *C. de præpoſit. ſacri cubicul. l.* 1. & *tot. tit. C. vt dignit. ordo ſeruetur, lib.* 12. *l. Vt gradatim* 11. *in princip. l. Honor* 14. *§. Gerendorum, ff. de muner. & honor. cap. Statuimus* 15. *de maiorit. & obed. cap. fin.* 75. *diſt. dict. §. Aliam*, iuncta gloſſ. verbo *Altiori, Inſtitut. de bonor. poſſeſſ.* & cenſuit Sacra Rituum Congregatio *die* 1. *Septembris* 1607. vt referunt Sell. *in ſelect. Canonic. cap.* 47. *num.* 5. & Barboſ. *in ſumm. deciſ. Apoſtolic. collectan.* 590. *num.* 2. & *in collectan. Bullar.* verbo *Præcedentia, §.* 16. iunctis Bald. *dict. not.* 2. Altamiran. *de viſitat.* verbo *Metropolitano, num.* 5. *fol.* 6. & verbo *Patriarchæ, num.* 9. *fol.* 3. Cardin. Seraphin. *deciſ.* 1445. *numer.* 3. Alexand. Ludouiſ. *deciſ.* 310. *num.* 3. vbi Beltramin. *num.* 9. refert, ita deciſum in Toletana admiſsionis 25. *Iunij* 1618. Domin. Valençuel. *conſ.* 176. Lezan. *dict. conſult.* 56. *num.* 3. 12. & 15. latè Cancer. 3. *part. variar. cap.* 10. *à num.* 114. Allegat. iur. *por el Preſidente del Conſejo de Hazienda, ſobre la precedencia al Conſejero de Eſtado, impreſſ. ann.* 1616. *per tot.* Domin. Don Ioann. de la Plaça amicus meus *in alleg. iur. pro Don Ioan. Baptiſta del Campo, Argentino Canonico, ſuper reſtit. multæ, à Regia*

no-

noſtra Cancellaria, impoſitæ, n. 11. D. Larr. *allegat.* 51. *num.* 49. & 18. & *alleg.* 52. *à n.* 1. & *ſub n.* 15.

Vbi merito Catholicorum noſtrorum Regũ præcedentiam deſumit, iuxta maiora † & opulentiora Regna & Pro- 37
uincias, quibus dominantur, ex Valdes *de dignit. Reg. Hiſpan. cap.* 3. & 4. D. Valençuel. *in diſcurſ. ſtat. & bell. n.* 26. quibus addendi ſunt Camill. Borell. *de præſtant. Reg. Catholic. per tot.* D. Gregor. Lopez Madera *in tractat. de excellent. Monarch. Hiſpan.* D. Solorzan. *de Indiar. iur. lib.* 1. *cap.* 16. Caſſan. *vbi ſupra* 5. *part. conſider.* 27. & 37. Chriſtophor. Beſſold. *in diſſertat. de præcedent. cap.* 2. Bolognet. *conſ.* 1. *num.* 209. Marzar. *conſil.* 26. Stephan. Bertrand. *conſil.* 73. *libr.* 1. Pacian. *de probat. libr.* 2. *cap.* 35. & 38. Maiol. *dierum Caniçular. tom.* 4. *colloq.* 5. Zeuall. *in tractat. de cognit. per viam violent.* 1. *part. gloſſ.* 18. *per tot.* Lezan. *dict. conſult.* 56. *à numer.* 12. Dom. Vrrutigoyt. *de competent. quæſt.* 20. *numer.* 15. Dom. Don Franciſc. de Vergara *in tractat. ſobre la precedencia de los Reyes de Eſpaña à todos los demàs Reyes, per tot.* Dom. Ramos *aduerſus Gallicos conatus, §.* 13. & *ſeqq. à numer.* 120. *fol.* 126. relatis Beſſold. *vbi proximè*, & Iacob. Chifletio *ad vindic. Hiſpan. lumine* 18. Vbi de præcedentia Regis Catholici reſpectu Galliæ Regis, diſſerit. *In multitudine enim populi ſita eſt dignitas*, Prouerb. 24. vnde Saluſtius *in proem. coniuration. Catilinæ*, aiebat: *Maximam gloriam in maximo Imperio, putauère*, videndi etiam Bald. *in l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Prætor. & in l. Sed & milites, ff. de excuſat. tutor.* Caſſan. *vbi ſupr.* 12. *part. conſider.* 58. Roman. *ſingul.* 302. Luc. de Penn. *in rubric. Cod. de legation. libr.* 10. Martin. Laudenſ. *de Legatis Princip. quæſt.* 27. Alvar. Pelag. *de planctu Eccleſiæ, articul.* 62. *concluſ.* 6.

In hac ſimiliter conſideratione & qualitate fundant quam plures præce- 38
dentiam † Ducis Florentiæ, reſpectu Ducis Ferrariæ, taliter, vt non dignitatis antiquitas, ſed maior dignitas ſit 39
† attendenda, ita Marcell. Maur. *allegat.* 50. *tom.* 1. Peregrin. *conſil.* 3. *à numer.* 39. & 53. *libr.* Federic. Scot. *conſil.* 28. *tom.* 1. Iacob. Philipp. Portius *conſil.* 167. Mar. Anton. Natta *conſil.* 238. *volum.* 3. Camill. Borell. *vbi ſupra cap.* 45. *numer.* 40. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 111. *numer.* 74. & *cap.* 550. *numer.* 19. Emman. Alvarez Pegas *vbi infra*, licet contrarium teneat Simon Earboſ. *in repertor.* verbo *Regnum ante fin.* vbi in antiquitate fundat præcedentiam Regni Portugalliæ, reſpectu Regni Neapolitani, & in eo quod hoc feudum Eccleſiæ præſtet. Ex hac doctrina etiam procedit, vt Rex, qui ſimul eſt comes (etiamſi Regiam dignitatem poſt Comitis titulum adeptus fuerit; durat namque prior præcellentia poſt ſecundæ excelſioris adquiſitionem, dixi *ſupr. Cap.* 61. *numer.* 57. adde Galganet. *de condit. & demonſtr.* 1. *part. cap.* 86. *numer.* 3. Giurbam *de ſucceſſ. feud. §.* 1. *gloſſ.* 4. *numer.* 22. & *§.* 2. *gloſſ.* 13. *numer.* 8. Capiblanc. *de Baronib. in proem. numer.* 19. relati ab Antunez, poſt hæc ſcripta viſo, *de donation. Reg. libr.* 1. *part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 70.) præcedatur † ab eo, qui illo, tanquam 40
comite eſt ſuperior, in actibus talis dignitatis, in quibus dignior eſt, Barthol. *in l. Si quando, Cod. de appellat.* Bald. *ad Speculator. titul. de appellat.* Ioann. Igneus *in l. Neteſſarios, §. Non aliàs, numer.* 428. *ff. ad Senat. Conſult. Syllan.* Federic. de Senis *conſil.* 220. *in fin.* Dom. Solorzan. *vbi ſupra libr.* 2. *cap.* 21. *num.* 13. Vlloa *in vita Carol. V. fol.* 14. Allegat. iur. *pro Collegio Maiori Archiepiſcop. in Vniuerſitat. Salmanticenſi Eccleſia Cathedral. ſuper præcedent. numer.* 8. iunctis traditis *ſupra Capit.* 61. *numer.* 55. Lezan. *dict. conſult.* 56. *numer.* 30. & *ſequentib.* Vbi nobile & obſeruandum adducit exemplum, habitum inter Regem Aragoniæ Ioannem II. & eius filium Ferdinandum Catholicum † Caſtellæ Regem, ab An- 41
tonio Nebricenſi acceptum, *in Chronic. Reg. Catholic. part.* 3. *capit.* 93. Vbi dicit, filium Ferdinandum ſupra Ioannem patrem præcedentiam habuiſſe, propter maiorem iuriſdictionem & dignitatem, quę ipſi competebat, en verba Antonij.

Otroſi ſe puſo (Ferdinandus) *à ſu mano izquierda,* † *y el Rey de Aragan no lo conſintiò, y aſsi entraron en la Ciu-* 42
dad, el Rey de Aragon à la mano izquierda de el Rey ſu hijo, y el Rey ſue con el Rey ſu padre haſta

ſu poſada, y deſcaualgò en ella, para le poner en la camara ; y el Rey de Aragon, quando ſupo , que aqueſta era ſu poſada, le dixo : Vos , hijo , que ſois Señor principal de la Caſa Real de Caſtilla , donde yo vengo , ſois aquel , à quien todos los que venimos de aquella Caſa ſomos obligados de acatar y ſeruir , como à nueſtro Señor , y Pariente mayor ; y los honores que os debo en eſte caſo , han mayor lugar , que la obediencia filial , que vos me debeis , como à Padre , por tanto tornad à caualgar , que yo irè con vos à vueſtra poſada , porque aſsi lo quiere la razon. El Rey , por los ruegos que ſu padre le hizo, conſintiò que fueſſe con èl.

Vnde perbelle confirmatur do-
43 ctrina docens , filium ratione † maioris dignitatis & officij patri ſuo præferre , vt paſsim advertunt Doctores , Alexand. *in addit. ad Barthol. in l. 1. ff. de obſeq. præſtand.* Nicol. Boer. *in tractat. de author. magn. Conſil. numer.* 100. Menchac. *vbi ſupra numer.* 129. Pat. Mendoza *in Viridar. libr.* 5. *problem.* 37. & innunt ſatis textus *in l. Minimè* 35. *ff. de Religioſ. & ſumpt funer. l. Nam quod* 14. *in princip. ff. ad Senat. Conſult. Trebellian.* optimè Agell. *Noctium Atticar. libr.* 2. *cap.* 2. præcipuè , ibi : *In publicis lo-*
44 *cis atque † muneribus , atque actionibus , Patrum iura cum filiorum qui in Magiſtratu ſunt poteſtatibus, collata , interquieſcere paululum & conniuere ; ſed cum extra Rempublicam in domeſtica re atque vita ſedeatur , ambuletur, in conuiuio quoque familiari diſcumbatur, tunc inter filium Magiſtratum & Patrem priuatum publicos honores ceſſare , naturales & genuinos exoriri* , congruit Tacit. *in vita Agricol.* in illis verbis : *Vbi officio ſatisfactum , nulla vltra poteſtatis perſona.*

Nec admittenda eſt conſuetudo, vt minus dignus digniorem valeat præcedere , meliorique & præſtantiori loco incedere , ſed tamquam ir-
45 rationabilis † & omni iuri repugnans , eſt repellenda omnino , vt docent Abb. *conſil.* 21. *libr.* 1. Ruin. *conſil.* 155. *numer.* 11. *libr.* 4. Alexand. Ludouiſ. *dict. deciſ.* 310. *à nu-*
46 *mer.* 5. & 6. Vbi ait , hanc † conſuetudinem eſſe impreſcriptibilem, ex Hoſtienſ. *in cap.* 1. *ſub numer.* 2. verſic. *Verum ſibi ſubtiliter* , & *ibi.* Ioan. Andreas *numer.* 2.3. Cardinal. *ſub num.* 3. verſic. *Tertio quæro* , Anan. *numer.* 1. *in fin.* Anton. de Butr. *numer.* 11. Imol. *numer. in fin. de maiorit. & obedient.* Decian. *conſil.* 21. *numer.* 94. *libr.* 1. Dom. Valençuel. *conſil.* 34. *à numer.* 124. Altamiran. *dict.* verbo *Metropolitano* , *numer.* 5. *fol.* 6. Dom. Larrea *dict. allegat.* 51. *numer.* 8. Ioann. Franciſc. Andreol. *controuerſ.* 314. *numer.* 52. Limitat tamen Beltramin. *inot. ad Ludouiſ. dict. deciſ.* 310. *numer.* 10. in aliquo particulari loco & actu, vbi refert ita deciſum fuiſſe ; in quo ſenſu accipit Cardinal. Seraphin. *deciſ.* 964. *numer.* 2. Menoch. *conſil.* 52. *num.* 99.

Limita ſecundo in propria domo; in ea enim minus dignus † magis 47
dignum præcedere debet, *ex cap. Duo* 35. 23. *quæſt.* 4. *dict. cap. Epiſcopus* 10. 95. *diſtinct.* ibi : *Intra domum vero collegam ſe Presbyterorum eſſe cognoſcat*; docent communiter Doctores , Abb. *in cap. Per Venerabilem* , *numer.* 19. *de elect.* Luc. de Penn. & Platea *in l. Nihil* , *Cod. de Palat. libr.* 12. Menoch. *conſil.* 902. *numer.* 36. Decian. *conſil.* 67. *à numer.* 12. *libr.* 2. Gonçalez *ad Regul. octau. Cancellar. gloſſ.* 6. *numer.* 100. *& ſequentib.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 298. *numer.* 27. Dom. Larrea *dict. allegat.* 51. *numer.* 45. Dom. Salgad. *de Reg. protection.* 2. *part. cap.* 9. *numer.* 57. dict. Allegat. iur. *pro præcedentia Præſidis Conſilij rei Dominicæ, numer.* 123. Don Gabriel de Eſpinoſa Ribadeneyra *in allegat. iur. por el Dean y Cabildo de Canaria , con el Obiſpo y Audiencia de ella , ſobre poner ſillas en las Igleſias , numer.* 18. dict. Allegat. iur. *pro Collegio Maior. Archiepiſcop. à numer.* 1. *cum ſequentib.* Vbi refertur illud de Rege Angliæ Ricardo , qui à Ruſtico fuit alapa percuſus , ex eo † 48
quod in domo ipſius ruſtici illi cedere recuſauerit ; de quo Abb. & Ioan. Andr. *in dict. cap. Venerabilem* , Gonçalez *numer.* 103. Dom. Salgad. *numer.* 56. *locis iam citatis* , Martinus tamen Apellaniz *in allegat. iur. pro Cathedral. Salmantin. cum præfato Collegio* , *numer.* 3. affirmat , hanc hiſtoriam eſſe fabuloſam. Ita Se-

na-

natori Vallisoletano prætor quisque † & Corrector in propria Prouincia præponitur, Domin. Larrea *dict. numer.* 45. Apellaniz *num.* 6. & Allegat. contrar. *sub numer.* 1. Quod tamen non procedere ait prædictus Apellaniz, 51 quoad Supremi Castellæ Sanatus † Senatores, qui ideò Regias solent prouisiones impetrare, quas *Acordadas* vocamus; adde Bouadill. *supra numer.* 32. Advertunt item præfati Auctores, hoc de rigore iuris procedere, aliud esse ex vrbanitate, 52 quæ dictat, † præcedere debere magis dignum & maiorem in domo minoris.

Post vero illos, qui Regnum, Prouinciam, vel Ciuitatem regunt, atque gubernant, Nobiles & Illustres viri in superiùs tradita Ecclesiæ parte, debent locum obtinere; in huiusmodi enim præminentijs & honoribus 52 nobilitati † semper deferendum est, *l. final.* versic. *Sedendi quoque.* iuncta glos. *Cod. vbi Senator. vel clarissim. l. vltim. Cod. de offic. diuersor. Iudic.* glossa magistral. *in dict. §. Aliam vero*, verbo *Altiori*, text. optim. *in l.* 23. *titul.* 21. *part.* 2. in illis verbis: *Assi deben ser honrados en muchas maneras, de guisa, que ninguno no debe estar en Iglesia ante ellos, quando estuuiessen à las Horas, sino los Prelados, ò los Clerigos que las dixessen, ò los Reyes, ò los Grandes Señores.* Vbi Dom. Gregor. Lopez & *in l.* 15. *titul.* 5. *part.* 1. latè Tiraquell. *de Nobilitat. cap.* 20. & 21. Sarmient. *libr.* 1. *selectar. cap. final. & dict. libr.* 7. *cap.* 16. *à numer.* 2. & 5. Didac. Perez *in l.* 1. *titul.* 2. *libr.* 1. *Ordinament.* Menchac. *in dict. præfat. à numer.* 18. Otalor. *de Nobilitat.* 5. *part. princip. cap. fin. num.* 15. Azeued. *in dict. Cur. Pisan. libr.* 1. *cap.* 12. *à numer.* 12. & *consil.* 29. *numer.* 26. Dom. Valençuel. *dict. consil.* 176. *numer.* 6. Loter. *vbi supra libr.* 1. *quæst.* 13. *numer.* 28. Franch. *decis.* 253. *à numer.* 3. vbi Amendol. *in addit.* Zeuall. *commun. contra commun. quæst.* 897. *num.* 236.

Advertit etiam & benè Loterus *vbi proximè*, iunctis Cabed. *decis.* 2. *numer.* 4. Themud. *in præfat. part.* 1. *numer.* 32. & Pegas *ad Ordination. Portugal. tom.* 1. *titul.* 1. *gloss.* 47. *numer.* 4. & *gloss.* 3. *numer.* 9. digniores & sublimiores iudicandos, ex modo † 53 sedendi circa Sedem Episcopi (vel alterius Superioris) vt ij præminentiores intelligantur esse, qui illi à dextris sunt; manus enim dextera præminentior † communiter reputatur 54 glos. *in dict. l. Decernimus, Cod. de Sacro Sanct. Eccles.* verbo *Residendi*, vbi Bald. *num.* 3. & glos. *vltim. in cap. Quam periculosam* 7. *quæst.* 1. & *in dict. §. Aliam*, idem Bald. *in l. Ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. numer.* 15. & *in l. Cum antiquioribus, Cod. de iur. deliberand.* Cassan. *vbi supra* 1. *part. considerat.* 11. versic. *Secundo*, & 3. *part. consid.* 2. Felin. *in rubric. de maiorit. & obedient. num.* 12. Tiraquell. *de iur. primogen. in præfat. à n.* 13. Garc. *de Nobilit. glos.* 48. *num.* 24. Castald. *de Imperat. quæst.* 88. *num.* 9. Pacian. *de probat. dict. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 90. Valdès *de Dignit. Reg. Hispan. in proem. num.* 23. Azeued. *in dict. Cur. Pisan. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Anton. Capic. *decis.* 64. *per tot.* & *à num.* 21. Barbos. *de offic. & potest. Episcop.* 1. *part. tit.* 3. *cap.* 8. *num.* 62. & *in dict. l. decernimus* 15. *num.* 4. *Cod. de Sacro Sanct. Eccles.* & *in cap. Solitæ* 6. *num.* 7. *de maiorit. & obed.* vbi plenè, Giurb. *de success. feud. §.* 2. *glos.* 8. *num.* 9. Christophor. Suelues *consil.* 7. *numer.* 15. Gratian. *discept. forens. cap.* 106. *à num.* 40. Rota Romana *apud Tamburin. tom.* 3. *de iur. Abbat. decis.* 1. *num.* 2. & apud Peña *decis.* 583. *num.* 2. Vrrutigoyt. *de Eccles. Cathedral. cap.* 25. *num.* 411. & *seqq.* D. Palafox *in Memor. Super restitut. Regior. Armor. à Cathedrali Angelopolitana ablator. num.* 187. vbi ex Anton. Augustin. *in tractat. manuscript. de Armis, & insignib.* ait: *Porque es sin duda, que la imediacion à los Principes y Superiores, es la mayor preferencia.* Apud Nos hoc absque dubio procedit, vt patet *in l.* 32. 54. 55. & 85. *tit.* 30. *lib.* 2. *Summar.* licet apud Romanos sinistra † manus esset nobilior, Gratian. *dict. cap.* 106. *num.* 43. Anell. Amat. *consil.* 60. Hermosill. *in prolog. ad* 5. *partitam, glos.* 2. *numer.* 123. Barbos. *vbi proximè*, Ricc. *in addit. ad Franch. dict. decis.* 253. sed dissentit Iust. Lipsius *lib.* 2. *elector. cap.* 2. in quod sunt etiam videndi Anton.

Nebrisens. *in quinquagen. capit.* 39. Salust. *in Iugurt. pag.* 48. Petr. Crinit. *lib.* 2. *de honest. disciplin. cap.* 4. Ioseph. Castallion. *variar. lection. cap.* 1. *in tom.* 4. *Thesaur. Critic.* Belarmin. *de Roman. Pontific. lib.* 1. *cap.* 27. hos sex auctores *è suo Promptuario* mihi concessit, cum differentiam inter dexteram & sinistram manus, ijs numeris obseruatam, agnosceret, dum opus hoc, ex Senatus præscripto, percurreret placidissimus, pariterque Nobilissimus Senator, in omni iurium scientia impense sapiens, bonarum artium, literarumque notitiæ & studij assiduus & indefessus comes, Hispanię nostræ vniuersæ bono, Indici maximè Imperij Cœlesti dono natus, Dom. D. Thom. de Valdès, in Supremo Indiarum Iustitiæ, & Cameræ antiquior Pater, cuius comitati summæ, ac benignitati deuinctum me semper, addictumque vbique fateor, & Dominum Patronumque confiteor, venerorque. Adde dexteræ & sinistrę manuum significationes afferentes Diu. Ioann. Chrisost. *de compunct. Cord. lib.* 1. *post princ. & in Matth. cap.* 5. *Homil.* 12. *post princip. & cap.* 6. *Homil.* 13. *ante fin.* Pat. Mendoz. *in Viridiar. libr.* 8. *cap.* 5. *Decad.* 2. Eugen. Pastran. *en su Sylua Raciotional, segunda Planta, cap.* 7. *sub num.* 185. 190. *tercera Planta, cap.* 9. *n.* 9. *cap.* 10. *num.* 10.

56 Sic etiam digniores iudicantur † semper, qui dignioribus præsunt, *Authent. de defensor. Ciuitat. §. Nos igitur, in fin.* ibi: *Et Prouinciæ Præses videbitur quidem Iudex iudicum potiùs esse, & ex hoc honestior præcedentium apparere. Quanto enim quilibet præest melioribus, tanto maior ipse & honestior est.* gloss. *in Authent. Constitutio, quæ dignitatibus, §. Generaliter*, verbo *Et nobiliores*, illic: *Nota nobilitari patrem per filium, Magistrum per Scholarem, & Præsidem per subditos*; Boer. *dict. tractat. de author. magn. consil. addit.* 1. *numer.* 149. versic. *Præterea*, Menchac. *in dict. præfat. numer.* 128. Dom. Palafox *en la carta à los Alcaldes del Burgo de Osma, §. Y assi hijos*, Dom. Bolero *de decoct. debitor. Fiscal. titul.* 2. *quæst.* 3. *numer. fin.* vbi plures inuenies. Licet sint iuniores, cum eo casu maior potestas † & dignitas præcedentiam tribuat, non ętas, Marsil. 57
consil. 26. *numer.* 55. *& consil.* 27. *numer.* 5. Fab. de Anna *consil.* 40. *num.* 24. Marcell. Maurus *dict. allegat.* 50. *à numer.* 14. Marta *voto* 101. Ponte *decis.* 8. *numer.* 1. Mastrill. *decis.* 130. *numer.* 13. *& de Magistrat. libr.* 5. *cap.* 4. *numer.* 68. Lezan. *dict. consult.* 56. *numer.* 29. Antunez *de donation. Reg.* 3. *part. cap.* 42. *à numer.* 21. Pegas *vbi supra dict. gloss.* 47. *numer.* 4. *& sequentib. & gloss.* 3. *numer.* 9. *& gloss.* 174. *num.* 3. ex Rebuff. *in tract. de nominat. q.* 21. *n.* 4.

Denique in hac materia adverte, semper communem acceptationem & existimationem esse attendendam, vt scilicet præcedere debeat, quem pluris † ęstimat & auctumat pręferendum, pulchrè Bald. *consil.* 387. *num.* 58
1. versic. *Item illa est, libr.* 1. per textum *in l. Athletas* 4. *§.* 1. *ff. de his, qui notant. infam.* Boer. *decis.* 286. *numer.* 8. Gratian. *vbi supra cap.* 111. *num.* 74. Dom. Valençuel. *consil.* 201. *num.* 54.

(§§)

SVM-

SVMMARIVM.

1 *REgi Catholico competit in Indijs assignare in Ecclesijs, etiam Ecclesiasticis, Sedes & loca. & n. 3. cum seqq. n. 35.*

2 *Ad Regem Catholicum, ex Indultis Apostolicis, pertinet spiritualis gubernatio Indiarum.*

3 *Rex Catholicus in Ecclesijs Indiarum ab initio tantum Titulatis, Episcopis, & Præsidibus Audientiarum sellas permisit.*

4 *Schedulæ Regiæ 4. Aprilis 1542. & 20. Aprilis 1570. in hoc expenduntur.*

5 *Schedulæ hæ iubent, Senatores & alios scamnis in Ecclesijs vti debere; quod, quoad Senatores, numquam obseruatum fuit. & n. 7.*

6 *Senatoribus deinde sellæ fuerunt concessæ. & n. 10. 11. 32.*

8 *Sella vti in Ecclesijs, cuilibet Senatori in particulari, indultum fuit; limita, vt n. 20. 32.*

9 *Rex Catholicus concessit Inquisitoribus sellas, die publicationis Edicti, in Ecclesijs Indiarum.*

11 *Sellæ & aliæ præminentiæ quare Senatoribus Indiarum fuerunt concessæ.*

12 *Cancellariæ & Senatus Indiarum Regem repræsentant.*

13 *Consules & Prætores Romani sellis vtebantur.*

14 *Etiam per Vrbem discurrentes, quoties opus erat iudicare.*

15 *L. 1. §. Secundo loco, ff. de postuland. intelligitur.*

16 *Cognitio* de plano *quæ, ad interpretationem iurium, hic adductorum.*

17 *Carrucæ argenteæ Senatoribus Romanis concessæ fuerunt.*

18 *Textus in l. vnica, Cod. de honorator. vehicul. libr. 11. & alij illustrantur.*

19 *De præminentijs & honoribus Magistratuum, qui agant.*

20 *Festis & functionibus particularibus coniunctim, vel separatim non interueniunt Senatores Indiarum. & n. 21. 22.*

23 *Senatores Indiarum, in Capella maiori Ecclesiarum, collocant sellas.*

24 *Nullus alius ibidem locum obtinet, Iustitia & Decurionibus exceptis.*

25 *Schedulam 13. Decembris 1573. hoc continentem, Senatorum vxores & filias comprehendere, aliqui contendebant.*

26 *Sed Schedula 18. Iunij 1576. declarauit, eas non includere.*

27 *Vxor mariti radijs coruscat. & numer. 29.*

28 *Sedes viri & vxoris est vna.*

30 *Nouissimè Correctoribus, seu Prætoribus Indiarum, & alijs sæcularibus sellæ vsus in Ecclesijs fuit prohibitus, iussumque, vt scamnis tantum vtantur. & n. 31. 32.*

33 *L. 84. titul. 30. lib. 2. Summar. intelligitur.*

34 *Prorex Peruanus item, exceptis Togatis, alijs omnibus vsum sellæ sub pœnis prohibuit.*

36 *Præbendarijs, & Canonicis Ecclesiarum Cathedralium, dum dignitates confert Rex Catholicus, certas sedes assignat.*

37 *Ita similiter Regi Catholico competit in Ecclesijs Indiarum, sellas & sedes certas prohibere, etiam Ecclesiasticis.*

38 *Prælati Indiarum eligunt Clericos idoneos, loco Præbendariorum, quando proprietarij infra numerum quatuor, existunt.*

39 *Hi ita electi sellam & vocem in Capitulo non obtinent.*

40 *Interinarij & substituti sedem & locum proprietarij non occupant.*

41 *Neque antiquitatem contra proprietarios posteriores acquirunt.*

42 *Rex Catholicus Archiepisco Granatensi certum locum assignat in Ecclesia, vbi sellam collocet, & aliquo casu, prohibet ea vti. & numer. 43.*

44 *Episcopus Pontificali veste indutus, coram Eucharistia Sacra, sella vti non potest.*

45 *Senatores, in Choro Cathedralium Indiarum sellas & sedes inter Præbendarios occupant, sed non primas; & num. 48. aliud extra Indias. num. 49.*

46 *Don Ferdinandus del Pulgar ſedem occupat in choro, & locum in proceſsionibus Eccleſiæ Granatenſis, ex gratia Regis Catholici. & num.* 47.
50 *Diuina, dum celebrantur, perturbare, ſatis indecorum & fugiendum.*
51 *Textus in cap.* 2. *de Immunit. Eccleſiar. in* 6. *expenditur.*
52 *Sanctus Clemens Papa I. in idem adducitur.*
53 *Senatus in controuerſia hucuſque relata decreuit, verba Capituli Sede vacante eſſe delenda.*
54 *Prorex Peruanus hoc ipſum iuſsit.*
55 *Rex Catholicus etiam approbauit, ſtatuens rurſus Præbendarios ſellis vti non poſſe.*
56 *Argumentum à contrario ſenſu ſæpe procedit in iure.*
57 *Limita in diſpoſitione negatiua.*
58 *Item in priuilegij.*
59 *Prohibitio alienandi vſque ad certum tempus, eo elapſo, non intelligitur conceſſa facultas.*
60 *Præbendarij præfati ſemper in ſcamnis, & numquam in ſellis ſedere, conſueuerant.*
61 *Præminentia vtendi ſellis in Eccleſijs Indiarum, eſt de genere permiſſorum.*
62 *Quæ ſunt huius generis non intelliguntur conceſſa, niſi expreſsè conſtet de permiſsione.*
63 *Teſtamenti factio eſt de genere permiſſorum.*
64 *Quæ ſunt de genere prohibitorum conceſſa ſunt ſemper, niſi aperte prohibeantur.*
65 *Procuratores poſſunt eſſe, qui non inueniuntur prohibiti.*
66 *Idem dicendum eſt de Iudicibus.*
67 *De Teſtibus.*
68 *De perſonis, accuſare volentibus.*

ARGVMENTVM.

REgi Catholico in Indiarum Eccleſijs, certas ſedes & loca, etiam Eccleſiaſticis, competit aſsignare, vel prohibere. Sellis in eis vti, exceptis Epiſcopali, aut Titulari dignitate decoratis, ſolis Togatis & Senatibus permiſit, vbi alia notatu digna, expenduntur.

CAP. XCIX.

VErùm, licet *ſuperioribus* proximè *Capitibus* plenè adducta, vera ſint, omninòque iure communi ac generali Regnorum praxi, in ſpectis, procedant. Apud Nos tamen aliud obſervatur, ſcilicet, circa ſedilium, & locorum in Eccleſijs Indiarum aſsignationem, & moderamen, cum non ad Epiſcopos, & Ordinarios Eccleſiaſticos id pertineat, ſed Regi
1 † noſtro Catholico, ex ſuprema illius Regalia, à Sancta Sede Apoſtolica obtenta, commiſſum & demandatum ſit. Ad ipſum enim, in vim indultorum Apoſtolico-
2 rum ſpectat ſpiritualis † Indiarum gubernatio & adminiſtratio, vt fuſe tradidi *ſupra Cap.* 26. *à num.* 23. *&* 40.

Ergo, à primis earundem exordijs, & conquiſitionis temporibus, Epiſcopali tantum dignitate ſuprema condecoratis, Præſidibus Cancellariarum, & Titulatis, indultum fuit, † in Eccleſijs ſellis poſſe 3
vti, alijs omnibus prohibitum, ſeu veriùs non permiſſum, vt patet *in Regia Schedula* 4. *Aprilis* 1542. in alia 20. *eiuſdem menſis, anni* 1570. innouata & incluſa, quæ extant *pag.* 260. *tom.* 1. *impreſſ.* in hęc verba, conceptæ.

EL REY. Preſidente y Oidores † *de* 4
la nueſtra Audiencia Real, que reſide en la Ciudad de Santo Domingo, de la Isla Eſpañola; Sabed, que en vna Carta que el Emperador mi Señor mandò eſcriuir à eſſa Audiencia deſde Valladolid à 4. *de Abril del año paſſado de* 1542. *ay vn capitulo del tenor ſiguiente.*

An ſimiſmo han hecho relacion, que à cau-

causa de no auer hecho asientos, en las Iglesias de essa Ciudad, los Regidores y Oficiales y personas honradas della, han lleuado à ellas sillas, para se assentar, y que vosotros no se lo aueis consentido, diziendo, que ninguno las ha de lleuar, sino los de essa Audiencia; y porque no conuiene, que en esto se haga mas nouedad, de lo que en las Audiencias destos Reynos se haze, y que los pobladores honrados, y personas principales, es razon, que sean bien tratados, porque tengan mas amor à la poblacion, ha parecido acà, que vos solo el Presidente, por la autoridad de vuestra persona y de vuestra dignidad, vueis silla à la Iglesia, y que vos los
5 Oidores hagais lleuar † vn banco, donde todos esteis assentados, el qual se ponga cerca de la silla de Vos el dicho Presidente, que sea en lugar mas preeminente, prouereis como assi se haga, y dexareis los vezinos honrados de essa Ciudad tener tambien sus bancos, en que se assienten, y oygan los Diuinos Oficios, y sino fuere al Almirante, ò otra persona de Titulo, ò constituido en dignidad Obispal, no consintireis que lleue silla à la Iglesia. De Valladolid à 4. de Abril de 1542. años.

Y porque mi voluntad es, que el dicho capitulo de carta suso incorparado, se guarde, y cumpla, vos mando, que le veais y guardeis y cumplais, y prouereis, que se guarde y cumpla en todo y por todo, como en èl se contiene y declara, y contra el tenor y forma del dicho capitulo no vais, ni passeis en manera alguna. Fecha en Cordoua à 20. de Abril de 1570. años. Ex quibus desumpta est *l. 8. tit. 30. lib. 2. Summar.* ita: *Que los Presidentes en la Iglesia pongan silla y sitial, y los Oidores bancos ò sillas, y los vezinos se puedan assentar en bancos.*

Et licet Regia Rescripta relata Cancellariarum Indiarum Senatoribus sellas non concedant, vel permittant, alia
6 deinde posteriora † *sub diebus 11. Septembris 1610. & 12. Augusti 1623.* expedita, illas eis permisere, vt patet *in l. 3.* in illis verbis: *Que los Virreyes en las Iglesias pongan sitial, y los Oidores concurriendo en cuerpo de Audiencia, sillas y alfombra sin almoadas, aunque el Virrey no estè presente,* iunctis *l. 8. & 62. d. tit. 30. lib. 2. Summar.* D. Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib. 4. cap. 3. num. 53. & seqq.* vbi affirmat, has Regias Schedulas antiquiores † scamnis Senatores in Ecclesijs vti debere, iubentes, numquam admissas fuisse, neque executioni mandari oportere alias particularibus, in eisdem sellas permittentes; Illustriss. ac semper venerand. D. Arciepiscop. Liman. Villagomez *in defens. super venia à Concionatorib. petenda, fol. 54.* 7

Præterea sellæ vsus & praxis † cuilibet Senatori & Togato, extra actum communem & proprium Cancellariæ, in Ecclesia quauis existenti & concurrenti, permittitur, *l. 38. eod. tit. Que los Oidores,* inquit, *no pongan los estrados del Audiencia, sino quando concurrieren en cuerpo de Tribunal, pero pueda poner donde fuere cada vno su silla, alfombra y almoada.* (sellis etiam † 9 vti Indiarum Inquisitores, die publicationis Edicti, permiserunt Reges nostri, *in l. 51. tit. 13. lib. 1. Summar. Que los Inquisidores en la Iglesia, el dia de la publicacion del Edicto, se sienten en la Capilla mayor en sillas con alfombras y almoadas, y los Oficiales en banco cubierto.*) Ex hoc textu seu Schedulis 13. *Iunij* 1599. & 25. *Augusti* 1620. ex quibus summatur, fortè cœpit † obseruantia, quam omnes ferè Indiarum Cancellariæ, exceptis Limana & Mexicana, tenent; vtendi etiam puluinis, vulgò *Almoadas*, in Ecclesijs, & alijs actibus. 8 10

Meritò itaque Regijs Indiarum Senatoribus & Cancellarijs sellæ prædictę † 11 & aliæ præminentiæ fuerunt permissæ, & conseruantur, vt interim in longissimis Orbis finibus degentes, Catholici Regis nostri imaginem † & altitudinem re- 12 præsentantes, vt dixi *supra Cap. 32. num. fin. & Cap. 50. num. 49.* quibus addendi sunt textus *in l. 1. §. 1. ad leg. Iul. Maiest. l. Quisquis 5. Cod. eod. l. Ius Senatorum 8. Cod. de dignitat. lib. 12. l. Eos 16. Cod. de appellat. l. 1. tit. 16. part. 2.* vbi D. Greg. Lopez gloss. *Mas el Rey*, Bald. *in l. vnica, ff. de offic. Consul. num. 1. & in l. fin. ff. de Senator.* Felin. *in cap. Prudentiam 21. §. 1. per text. ibi, de offic. Delegat.* Menoch. *consil. 711. num. 54.* Vincent. de Franch. *decis. 52. num. 7.* D. Valençuel. *cons. 40. num. 56. & cons. 94. à num. 24.* Barbos. *voto 95. à n. 13.* D. Carrasc. *de casib. Curiæ, num. 96.* D. Alfar. *de offic. Fiscal. gloss. 24. à numer. 1.* Antunez *de donat. Reg. lib. 1. part. 2. cap. 8. num. 46.* Pegas *ad Ordinat. Portugal. tom. 2. ad Regim. Senat. Palatin. §. 18. num. 1.* D. D. Sebastian Infante *in allegat. iuris contra Don Ioann. de Caycedo, sobre desacato, n.*

21.

21.43. & ſeq. D. Merlo de la Fuente *en ſu Defenſ. legal. num.* 128. *liter. A.* vbi in id, optimas Schedulas Regias adducit; primo illam, cuius meminit, tradita eſt *ſupr. Cap.* 42. *num.* 25. & *ſeq.* in illis verbis: *Tnos tenemos de vos* (Epiſcopo Nouæ Galetiæ directa fuit) *por muy deſeruido*; *aſsi porque en ello no guardaſteis el orden deuido, ni tuuiſteis el miramiento, y reſpeto que deuierades tener y guardar à nueſtros Oidores, por repreſentar como repreſentan nueſtra perſona Real*, habetur *tom.* 2. *impreſſ. pag.* 41. Secundo aliam *anni* 1610. per hæc verba; *Por quanto voſotros mis Preſidentes, Oidores y Fiſcales repreſentais immediatamente mi perſona Real.* Et tertio alteram 30. *Maij* 1640. ibi: *Ha parecido aduertiros* (Argentino Archiepiſcopo loquitur) *que en todo me he tenido por muy deſeruido, y eſpecialmente, por lo que ſe ha reconocido y reſulta contra vos, de no tener la correſpondencia que ſe deue y es juſto, con mi Audiencia, reſpetandola como à Tribunal que repreſenta la Suprema autoridad de mi perſona*; adde aliam traditam *infra Cap. ſeq. num.* 5. optimè Don Gabr. de Eſpinoſa *in alleg. iur. por el Dean y Cabildo de Canarias, con el Obiſpo y Audiencia dellas, ſobre poner ſillas en las Igleſias, num.* 12. Ab alijs hominum ordinibus diſtinguerentur, tantæque dignitatis Maieſtati & incolumitati, pariter conſuleretur; vt *infra num.* 17. Adde Tacit. lib. 1. hiſt. in fin. vbi Senatum; *Caput Imperij & decora omnium Prouinciarum*, appellat. & rurſus ex perſona Cęſaris ibidem; *Æternitas rerum & pax gentium, & mea cum veſtra ſalus, incolumitate Senatus firmatur.* & *lib.* 3. ante fin. illic: *Maiora illis prima, & multo maximum decus, ſi incolumitatem Senatui ſine ſanguine quæſiſſent.* Caſsiod. *lib.* 1. *epiſt.* 13. *ſicuti arx decus eſt vrbium, ita Curia ornamentum eſt Ordinum cæterorum.*

Quo etiam fine Conſules & Prætores
13 antiquitus † ſellis, quæ tantum Regibus paratæ erant, vti cœperunt, vt referunt Dioniſ. Hallicarnaſ. *antiquit. Romanar. lib.* 3. in illis verbis: *Inter inſignia Reges Romanorum Eburnea ſella & alia pleraque, quibus poſt Regum exactos, vſi ſunt Conſules, præter coronam auream, Togamque pictam.* Diocaſſ. *lib.* 56. illic: *Sella operta primus Romanorum vſus eſt, quare & nos Conſulares nunc ſella geſtamur.* Alex. ab Alexandr. *lib.* 3. *dierum genial. cap.* 3. vbi Tiraquell. *liter. M.* Iul. Cæſ. Bulenger. *de Imperat. Roman. lib.* 1. *cap.* 19. *liter. E.* Iuſt. Lipſ. *lib.* 1. *elector. cap.* 19. & *in not. ad Cornel. Tacit. lib.* 4. *annal. in prin. num.* 31. D. D. Laurent. Ramirez de Prado *in Hipomnemat. ad lib.* 2. *Martial. epigram.* 57. *num.* 5. Indicat ſatis Tacit. 4. annal. dum dicit, Conſules aliquando ad exprimendam eorum triſtitiam, communi & ordinaria ſede vſos, illic: *Conſuleſque ſede vulgari, per ſpeciem mæſtitiæ ſedentes.*

Per vrbemque diſcurrentes Prętores,
quoties opus erat, ſella poſita, † ius di- 14
cebant, ſeu potius iudicabant (differunt ius dicere, & iudicare, *titulus Cod. ne quis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat. l. quidam conſulebant* 57. *in fin.* verſic. *Prę inde ff. de re iudic.* Scip. Gentil. *lib.* 1. *de iuriſdict. cap.* 28. D. Chumaçero *lib. vnic. ſelectar. cap.* 8. *à num.* 1. cum alijs Anton. Pichard. *in rubric. Inſtitut. de interdict. num.* 12.) res minimas & parui prejudicij Tit. Liu. *lib.* 4. *ab Vrbe Condit.* in illis verbis: *Sella Eburnea poſita, ius dicebat, diſceptabatque controuerſias minimarum rerum.* vnde lumen † 15
accipit textus *in l.* 1. *§. Secũdo loco ff. de poſtuland.* ibi: *Refert etiam Labeo, Publium Cæcum, Aſprenatis Nonij patrem, auerſa ſella à Bruto deſtitutum, cum vellet poſtulare.* Et hæ *cognitiones* † dicibantur *de plano,* 16
quarum meminere textus *in l. nec quidquam* 9. *§. de plano ff. de offic. pro Conſul. l. voluit.* 4. *§.* 1. *in fin. ff. de interrogat. action. l. Ieuia* 6. *ff. de accuſat.* fac. *l. Diuus* 5. *de iure patronat. l. ſcire.* 13. *§. oportet. ff. de excuſat. tutor. l.* 1. *§. cum patronus, ff. de offic. Præfect. vrb. l.* 1. *ff. de obſeq. præſtand. l.* 1. *C. de patr. poteſtat. l. de ſubmerſis* 5. *Cod. de naufrag. lib.* 11. Cujac. *lib.* 14. *obſeruat. cap.* 11. *in fin.* Rebard. *lib. ſingular. pro Tribunal. cap.* 7. ibi:

Et ſic quidem nihil aliud videtur eſſe de plano, *quam ſella* poſita; *nihil item* ſella poſita, *quam* de plano *cognoſcere, veluti ſi ambulanti Prætori parens quiſpiam, aut patronus, hic de liberto, ille de filio conquerens, obuiam fieret, neceſſum non erat Prætori, vt eos poſtulantes audiret, Tribunal aſcenderet, ſed in loco plano, iubebat ſellam poni, eaque poſita, querentem de filio patrem, & de liberto patronum, ſedens audiebat, cognitaque ſummatim cauſa, obſequium parenti, & patrono* de plano, *iubebat exhiberi*: plenè Didac. de Caſtrillo *in diſcurſ. iuridic. pro Archiepiſc. Granatenſ. D. D. Martin. Carrillo Aldrete ſobre la preeminencia de poder lleuar ſilla en la Proceſsion del Corpus à num.* 107. *cum ſeqq.*

Quo itidem reſpectu † *Carrucas argen-* 16
teas

teas Romanis Senatoribus habere permiſit Alexander Seuerus, vt refert Lamprid. *in eius vita*; *Carrucas Romæ & Rhedas Senatoribus omnibus, vt argentatas haberent, permiſit*; *intereſſe Romanæ dignitatis putans, vt his tantæ vrbis Senatores vterentur, partim & meritis eorum qui ſemel honoribus functi ſunt, vel honorum codicillis decorati*; *ne per inconditam turbam, velut incogniti, tranſmitterentur.* Vt tradit Iacob. Gotofred. *in l. vnic. in fin. Cod. Theodoſian. de honorator. vehicul.* à Lampridio habuit, quæ tradit Alexand. ab Alexand. *vbi ſupra lib.* 4. *cap.* 11. cuius verba ſunt; *Tantæ dignitatis fuere Senatores, ſequutis temporibus, vt in oppidis & per loca & conuentus vmbraculis vterentur, indultum ſit, mox ſequuti Cæſares eum ordinem ampliſſimis honoribus honeſtarunt, præcipue Alexander Seuerus, vt dignitas conſpectior fieret, argentatis Rhedis, Carruciſque Senatoribus vti permiſit, vt ſanctior, reuerentiorque ordo putaretur*, P. Andr. Pinto Ramirez *in ſpecileg. Satr. cap.* 39. *num.* 2. De vſu & origine Carrucarum aliqua inuenies apud Pont. *de poteſt. Proreg. tit.* 10. *§.* 1. *à num.* 22. Fontanell. *de pact. clauſul.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 5. *à num.* 31. Prado Veraſtegui *vbi infra à num.* 45. D. Matheu & Sanz, poſt hæc ſcripta viſum, *de re criminal. controuerſ.* 50. *num.* 50.

18 Quo reſpiciunt † iura *in l. vnica, Cod. de honorator. vehicul. lib.* 11. *Authent. de Præſide Piſidiæ, cap.* 4. illic: *Et omnia Magiſtratus habebit inſignia, quæ etiam modo habet, ſellam, ſcilicet curulem, ex argento & faſces. Authent. de Prætore Lycaoniæ, cap.* 5. ibi: *Tamen & in vehiculo ſedebit argenteo, & præcedit ipſum ſecuris.* Nauarrete *en ſu conſeruacion de Monarchias diſcurſ.* 37. *poſt medium, vſque in finem*, D. Solorzan. *in Memorial. de las plazas honorarias, num.* 295. *cum ſeqq.* D. Creſpi. *obſeruat.* 1. *à num.* 216. & 221. De præminentijs,

19 prærogatiuis, † & honoribus, Magiſtratibus & Senatoribus debitis, qui multa ſcire deſiderat, adeat Ann. Robert. *rerum iudicatar. lib.* 1. *cap.* 4. & *lib.* 2. *cap.* 11. Alexand. ab Alexandr. *vbi ſupra lib.* 5. *cap.* 2. & *lib.* 6. *cap.* 12. Adam. Contzent *politic. lib.* 7. *cap.* 4. 5. & 13. & *ſeq.* Beyerlinch. verbo *Magiſtratus*, verbo *Honor*, Federic. Morell. *in nat. ad epiſtol.* 73. *Senecæ.* D. Larrea *deciſ.* 41. *num.* 9. *deciſ.* 45. *num.* 34. *deciſ.* 98. & *allegat.* 100. *cum trib. ſeqq.* D. Valençuel. *conſil.* 101. *à num.* 50. & *conſil.* 102. *à num.* 26. & *conſil.* 142. *num.* 111. & *à num.* 139. D. Solorzan. *de Indiar. gubernat. dict. lib.* 4. *cap.* 3. & *ſeq.* D. Amay. *in l. prohibitum.* 5. *Cod. de iure fiſc. lib.* 10. *à num.* 6. Bouadill. *in politic. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 44. & *lib.* 3. *cap.* 1. *à num.* 2. Marquez *en el gouernador Chriſtiano cap.* 35. *§.* 2. Iuſt. Lipſ. *dict. libr.* 1. *elector. cap.* 23. Barboſ. *voto* 66. *lib.* 2. Anaſtaſ. Germon. *de Sacror. immunit. lib.* 1. *cap.* 5. *à num.* 20. Narbon. *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil. gloſ.* 18. *à num.* 29. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 284. & *cap.* 538. *num.* 63. Suelues *in Semicentur. conſil.* 4. *num.* 10. D. Villarroel *en el gouierno Eccleſiaſtico quæſt.* 11. *artic.* 1. *à num.* 42. *cum ſeqq.* & *artic.* 3. *num.* 14. & 37. Xammar. *de offic. iudic.* 1. *part. quæſt.* 2. *à num.* 35. Petr. Mathei *in Hiſtor. Franciæ lib.* 2. *narrat.* 3. *fol.* 186. plenè D. Infante *vbi ſupra à num.* 5. & 21. ex Nicephor. *lib.* 7. *hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 2. & alijs. D. D. Didac. Ximenez Lobaton *in diſcurſ. iuridic. contra Archiepiſc. Granatenſ. Regijs Schedulis non obtemperant. num.* 12. *not.* 94. *& ſeq. & num.* 24. *not.* 195. vbi meminit eorum, quæ tradidit Caſtrillo *vbi ſupra*, Prado Veraſtegui *in defenſa Canonic. à numer.* 28. *cum multis ſeqq.* Eſpinoſa Ribadeneyra *vbi ſupra num.* 15.

Illud tamen quod de ſella in particulari, quoad Nos, dixi *ſupra num.* 8. non procedit, quando feſta aliqua † & 20 funera celebrantur, quibus tota Regia Cancellaria interuenire non tenetur; quoniam in his caſibus prouiſum eſt & mandatum, vt Togatus aliquis ſeparatim, vel tanquam particularis, non concurrat, ob cauſas & motiua in Regio Reſcripto contenta, quod tale eſt.

EL REY. Preſidente, y Oidores † 21 *de mi Audiencia Real de la Ciudad de la Plata, Prouincia de los Charcas, por Cedula mia de* 30. *de Março del año paſſado de* 1634. *tuue por bien de ordenar y mandar à Vos, y à las demàs Audiencias de las Indias, que ninguno de los Oidores y Fiſcales de ellas, aſsiſtieſſen, como particulares, en ninguna Igleſia, ni Conuento, donde aya fieſta, honras, ni entierro, ſino fueſſe en los dias, que concurrieſſen en cuer-*

po

po de Audiencia à las fieſtas de tabla, que entonces lo auian de poder hazer, en la forma que haſta qui, ſin alterar en nada, y que eſto ſe guarde preciſa, è inuiolablemente debaxo de algunos apercibimientos, como mas en particular ſe contiene en la dicha mi Cedula, à que me refiero; y por que he entendido, que ſin embargo della, algunos de voſotros los Oidores y Fiſcal, concurris à algunas fieſtas particulares en las Igleſias y Conuentos de eſſa Ciudad, y que quando ſalis fuera della, a las Ciudades, Villas, y Lugares del diſtrito deſſa mi Audiencia à comiſsiones, y negocios de mi ſeruicio, ò otras coſas concurris en las fieſtas particulares y ordinarias que ay en ellas à Miſsa mayor, con que ſe ocaſionan muchos embarazos y algunas inquietudes entre las Iuſticias, y vezinos Capitulares por la preferencia ò aſsientos.

Y porque deſeo que eſto ceſſe, me ha parecido ordenaros y mandaros, como lo hago, cumplais la dicha mi Cedula, y que ſe obſerue, guarde y execute, no ſolo en eſſa Ciudad, ſino en todas las demas Ciuda-
22 *des, Villas y Lugares del diſtrito de eſſa* † *mi Audiencias, por ſer contra la autoridad de vueſtras perſonas y pueſtos, las competencias y embarazos, que ſobre eſto ſe ofrecen con los Cabildos, y Comunidades de eſſas Prouincias, de que reſultan inconuenientes, y aſsi es bien, el euitarlos; teniendo entendido, que ſino executaredes lo contenido en eſta mi Cedula preciſa y inuiolablemente, demàs de que me tendrè por deſeruido, mandarè hazer en el caſo la demoſtracion que conuenga, contra los que contrauinieren en todo, ò en parte à lo que dicho es, y eſta mi Cedula ſe leerà publicamente en el Acuerdo de eſſa mi Audiencia, y ſe notarà, y pondrà vn traslado de ella con las Ordenanças, para que en todo tiempo conſte de lo que aſsi ordeno y mando. Fecha en Madrid à 13. de Setiembre 1647. años.*

Illud item omnino obſeruari oportet, Regias Indiarum Cancellarias, ſellas, quas dixi eiſdem indultas fuiſſe,
23 poſſe & debere collocare † in Capella Maiori Cathedralium, & aliarum Eccleſiarum, in qua nullus alius, Iuſtitia & Decurionibus Ciuitatum exceptis,
24 qui ſcamnis † vtuntur, ſedilia & locum habere poterit, *l.* 21. *dict. titul.* 30. *Que en la Capilla Mayor*, ait, *ſolo tenga aſsiento el Audiencia, y la Iuſticia en ſus bancos, y las mugeres de Oidores, por ſu antiguedad, con ſus hijas y parientas.*

Et quamuis per Regiam Schedulam 13. *Decembris* 1573. *pag.* 258. *tom.* 1. *impreſſ.* ex qua formatur *dict. l.* 21. approbatus fuerit actus, ſeu reſolutio ab Epiſcopo Quitenſi ſumpta, qua prohibuit † omnibus alijs ſedes & locum 25
in Capella Maiori, exceptis Regijs Audientijs, in qua prohibitione comprehendi prętendebatur, Senatorum vxores & filias, nihilominus in declarationem fuit expedita alia, *die* 18. *Ianuarij* 1576. quæ extat *in dict. pag.* 258. in qua dictum fuit, vxores & filias prædictas in prohibitione † non 26
contineri; vnde deſumpta eſt *l.* 22. *eod. tit. Que en la Capilla Mayor no ſe aſsienten mas mugeres, que las de los Oidores, Fiſcales, y Alguazil Mayor de Corte, conforme à la calidad de los oficios de ſus maridos.* Dom. Villarroel *en el Gouierno Eccleſiaſtico, quæſt.* 11. *artic.* 3. *num.* 60. *cum ſeqq. & quæſt.* 12. *artic.* 3. *à num.* 40. *vſque ad* 50. & merito; Vxor enim mariti radijs † coruſcat *l.* 27
fin. Cod. de Incol. lib. 10. cum alijs adductis *ſupra Cap.* 90. *à num.* 45. *& Cap. ſeq. num.* 67. *& ſeqq.* Tiraquell. *de Nobilitat. cap.* 18. Giouagnon. *conſil.* 8. *in fin.* Capic. Latro in indiuiduo, *deciſ.* 181. *num.* 38. cum vnica dicatur viri & vxoris † ſedes, vt ex Anton. 28
de Præt. *in tractat. de Clypeo Paſtorali*, Menoch. *conſil.* 52. *num.* 20. fundat Latro, addens *num.* 39. præminentijs & dignitatibus † maritorum gaudere 29
vxores, gloſ. *in cap. Ex parte de for. compet.* Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam.* Bouadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 225. cum alijs *d. Cap.* relatis.

Verum, quia Prętores ſeu Correctores aliqui nouitati & auctoritati ſtudentes, paulatim in Eccleſijs proprij territorij ſellis vti, intendebant, expedita fuit Regia Schedula *ſub die* 20. *Septembris* 1649. qua omnino eiſdem prohibitum eſt, de cætero in Eccleſijs ſedere in ſellis; ſed ſolum in ſcamnis; hæc ſunt verba Reſcripti.

EL REY. Por quanto † *auiendo ſido informado, que algunos Alcaldes Mayores, de algun tiempo à eſta parte, van introduciendo el poner ſillas en las Igleſias, ſeparandolas de los Ayuntamientos, debiendo ſentarſe en los bancos, que para eſto ſe ſuelen y deuen poner, ſegun y en la forma que por diuer-* 30

ſas

ſas Cedulas mias eſtà diſpueſto, y que deſtas cont rauenciones reſultan los inconuenientes de inquietudes, diſcordias, y poca conformidad, que ſe han experimentado y experimentã en todas partes, y deſeando eſcuſarlas, y las competentias, que deſpiertan eſtas ſingularidades, entre los otros oficios de los tales Cõcejos, y Ayuntamientos, en tanto daño y perjuyzio del bien publico, y de mi ſeruicio, y reducirlo todo à vnion y pacifica quietud.

Auiendoſe viſto por los de mi Conſejo Real de las Indias, con lo que cerca de ello dixo y alegò mi Fiſcal dèl, he reſuelto ordenar y mandar, como por la preſente ordeno y mando à mi mi Virrey, Preſidente, y Oidores de mis Audiencias Reales, de qualquiera de los diſtritos de mis Indias Occidentales, no conſientan, ni permitan, que ninguno de los Alcaldes Mayores de qualeſquier Ciudades, Villas, y Lugares de ellas, puedan poner ſillas, alfombra, ni almohada ſeparada de ſus ayuntamientos, ſino que preciſa è inuiolablemente † ſe ſienten con ellos en ſus bancos, ſin diferencia, ni ſingularidad en quanto à las coſas referidas, pues ſolo han de tener, y tocarles à los tales Alcaldes Mayores el primer lugar, como cabeça de aquel cuerpo, ſin otra ninguna inſignia y diferencia en el aſsiento de los deſiguales de los otros. 31

Y que aunque ſuceda caſo, que concurran en las tales Igleſias, en los dichos Ayuntamientos alguno de los del dicho mi Conſejo, ò Viſitador General, q̃ no obſtante, que à la tal perſona † ſe le dè y tenga la ſilla, ò aſsiẽto, que por mis Cedulas Reales eſtà permitido y mandado, no por eſto los dichos Alcaldes mayores alteren, ni puedan alterar ſu coſtumbre y eſtilo, ni ſe ſeparen, ni puedan ſeparar de ſus Ayuntamientos, como queda dicho, con ningun color, ni pretexto, guardandoſe lo contenido en eſtà mi Cedula, ſegun y como en ella ſe declara en el vno y otro caſo, queriendo, como quiero y es mi voluntad, que para que ſe cumpla y lleue à deuida execucion con efecto en todas partes, ſe publique y haga notoria, à donde conuiniere, y que de auerſe executado dèn teſtimonio los Eſcriuanos del Ayuntamiento de cada Ciudad, Villa, y Lugar, donde ſe hiziere la publicacion, para que à los transgreſſores ſe les pueda hazer cargo de lo que en ello huuieren incurrrido, conforme à derecho. Fecha, &c. Et ſecun- 32
dum hanc Regiam † Schedulam intelli- 34
ge *l. 84. d. tit. 30. lib. 2. Summar.* vt procedat, & loquatur de ſcamnon, on de ſella.

In quarum executionem nouiſsimè Excelentiſsimus D. Comes de Lemos, huius Peruani Regni Prorex, decretum ad omnes Prouinciarum † Correctores 35
ſeu Prætores miſit, in poſterumque inſtructionibus & titulis, eiſdem dari ſolitis, addi iuſsit, in hunc modum: *Y reſpecto de que Su Mageſtad, por diuerſas Cedulas tiene mandado, que ſolo ſus Miniſtros Togados ſe ſienten en ſilla, en las Igleſias de todas las Indias, prohibiendolo a los Corregidores, y Gouernadores, lo tendrà entendido aſsi, para obſeruarlo puntual y cumplidamente, y no ſe ſentarà en ſilla en las Igleſias, aunque ſe la ponga los Prelados Regulares en ſus Conuentos, ò los Curas en ſus Paroquias, y ſi faltare al cumplimiento de eſto, deſde luego le multo en quinientos peſos, y ſeis meſes de ſuſpenſiõ de oficio, ſin que para executar eſtas penas ſea neceſſario, mas que informacion ſumaria. Lima à diez y ocho de Agoſto de mil ſeiſcientos y ſetenta y vno.*

Ex quibus plenè conſtabat, aſsignare in Eccleſijs Indiarum certas ſedes, cõcedereque in eiſdem ſellas, non tantum laicis perſonis, verum etiam † Eccle- 36
ſiaſticis, quales ſunt in dignitate Epiſcopali conſtitutæ, Inquiſitores, & aliæ in Regijs Reſcriptis traditis contentæ, Regi Catholico competere; ſicut determinatas ſedes permittit & concedit cæteris Eccleſiaſticis, dum † illis dignita- 37
tes, Canonicatus, & Perſonatus confert, proprias & certas ſedes, aut ſellas habentes, virtute ſuæ Supremæ Regaliæ, Regio Patronatui adiunctæ, de qua dixi latè *ſupra Cap. 25. & 26.*

Et ne in alium caſum, videlicet, prohibitionis determinatę ſedis † & 38
ſellæ in Eccleſia, exemplum & Regia deciſio deeſſet; ad hoc, vt prorſus appareret liberè ſatis, & abſque fundamento dictum fuiſſe à Capitulo Sede vacante, *aſsignare Regem aut Regium Senatum, vel prohibere ſedes in Eccleſijs Indiarum, eſſe lædere Eccleſiaſticam libertatem*, vt retuli *ſupra Cap. 97. num. 4.* expendebam Regiam Schedulam generalem Regij Indici Patronatus, *anni 1574. in §. 2. pag. 84. tom. 1. impreſſ.* traditam *ſupra Cap. 63. ſub. num. 14.* per quam Prælatis Cathedralium permittitur, † idoneos Clericos 39
eligere, qui loco Prębendariorum mortuorum, vel abſentium, ſubſtituantur, vt Choro valeant intereſſe, quando

pro-

prouiſi & reſidentes proprietarij infra quatuor ſunt, nempe, vſque ad eum numerum, de qua re egi *ſupra Cap.* 10. *num.* 26. *& Cap.* 14. *à num.* 50. In qua Schedula addit Catholicus Prin-
39 ceps, his ita electis † ſellam, vel ſedem Beneficiatorum ſeu Dignitatum, vel Canonicorum proprietariorum non eſſe concedendam; itaque eis Eccleſiaſticis certas ſedes & ſellas habere, prohibet, ibi: *Para que ſiruan el Coro, Altar, è Igleſia, y de Curas, ſi fueren meneſter, en la dicha Igleſia, en lugar de las Prebendas vacantes, ò de los auſentes, como dicho es, y la dicha prouiſion no ſerà en titulo, ſino ad nutum amouible, y no ternan ſilla de Beneficiados en el coro, ni ternan voto en Cabildo* (Interin ex hoc textu omnimo nota, ſubſtitutis &
40 Interinarijs locum † & ſedem proprietarij non deberi, Hieronym. Gonçalez *ad Regul. Octau. Cancellar. gloſ.* 5. *§.* 9. *à num.* 98. *cum ſeqq.* Garc. *de Benefic.* 4. *part. cap.* 5. *à num.* 66. Rota *apud Farinac. deciſ.* 456. *& deciſ.* 657. *num.* 3. *tom.* 2. *nouiſſ.* Poſth. *deciſ.* 658. *num.* 9. Ferro Manrique *de præced. quæſt.* 15. *à num.* 1. P. Caſtro Palao *tom.* 2. *tractat.* 13. *de Benefic. diſput.* 1. *punct.* 10. *à num.* 10. *& num.* 12. vbi, quod non acquirit antiquitatem inte-
41 rinarius, † contra proprietarios poſteriores. Adde optimam Regiam Schedulam 27. *Octobris* 1569. *pag.* 292. *tom.* 3. *impreſſ.*)

Diſertè comprobat aſſumptum Regia Schedula 7. *Maij* 1607. ad Archiepiſcopum † Granatenſem miſſa, qua in ſua Eccleſia locus aſsignatur, vbi ſella ipſius collocari debeat, & certo caſu, ea vti, prohibitum eſt, in illis verbis: *Por la qual os mandamos, que de aquì adelante vos el dicho Arçobiſpo, pongais la ſilla de vueſtro aſsiento arrimada à las varandillas del tabernaculo del Altar Mayor, al lado del Euangelio.* Et ibi: *Y la ſilla, que acoſtumbrais lleuar en las Proceſsiones detras de vos, la*
43 *eſcuſareis de lleuar, en las que ſe hizieren † dentro en la Igleſia.* Hanc adducit Didac. de Caſtrillo *in Memorial. ad Reg. Noſtr. ſobre la preminencia de traer ſilla en las Proceſsiones los Arçobiſpos de Granada, num.* 10. nouiſsimè hoc ipſum ſemel, atque iterum reſolutũ apparet, *in Reg. Sched.* 15. *Maij* 1657. ibi: *Os hize ſaber* (eidẽ Archiepiſcopo directa eſt) *los motiuos, q̃ he tenido para reſoluer, que en la Proceſsion del dia de Corpus eſcuſeis la ſilla y almoada, y otras coſas que pretendeis lleuar.* Et *in alia* 18. *eiuſdem menſis, anni* 1669. in illis verbis: *Me ha parecido aduertiros, que abſolutamente eſcuſeis la ſilla, almohada, y ſaluilla*; has refert Doctiſſ. D. Lobaton *vbi ſupra in princ.* qui *num.* 21. *not.* 184. *num.* 43. *not.* 347. *num.* 44. *not.* 356. *& num.* 45. *ſub not.* 359. ait, in præſentia Sanctiſsimę † Euchariſtiæ, publicè expoſitę, ne- 44
que Epiſcopum, Pontificali veſte indutum, in ſella ſedere poſſe, *ex Cœremon. Epiſcopor. lib.* 2. *cap.* 33.

Senatoribus itidem & Togatis prohibuit Rex noſter, in Choro Cathedralium primas ſellas vel ſedes † occupare, licet 45
permittat, eos inter Præbendarios, & Canonicos ſtare & ſedere in illo, *l.* 41. *eod. tit.* 30. *Que quando algun Oidor fuere al Coro no ocupe ninguna de las dos ſillas colaterales à la del Prelado*, ex Regia Schedula 6. *Iunij* 1571. *pag.* 260. *tom.* 1. *impreſſ.* D. Villagomez *vbi ſupra fol.* 56. Ita etiam conceſsit & permiſit Don Ferdinãdo del Pulgar & ſuis deſcendentibus, poſſe ſtare, & ſedere † in Choro Eccle- 46
ſiæ Metropolitanæ Granatenſis, vt retuli *ſupra Cap.* 35. *num.* 33. ibi: *El dicho Don Fernando del Pulgar ſea amparado y defendido en la poſſeſsion en que ha eſtado y eſtà, de eſtar y aſsiſtir en el Coro de los Canonigos y Racioneros de la dicha Santa Igleſia, y de aſſentarſe en la tercera ſilla y aſsiẽto, deſpues de los dos Racioneros mas antiguos, al lado del Arcediano, entre tanto que los Diuinos Oficios ſe dizen y celebran en el dicho Coro, y ſe dizen los ſermones en la dicha Igleſia, y aſsi miſmo de ir en las Proceſsiones entre los dos dichos Racioneros mas antiguos.* Et *num.* 35. illic: *Se declaraſſe la voluntad de la Real Cedula del Señor Empeador, en que hizo † merced de dicho aſsiento à Don Fernando del Pulgar y à ſus deſcendientes, &c.* 47

Præterea prefatis † Senatoribus 48
conceſsit Chorum ingredi, dum Diuina peraguntur. *l.* 42. *eod. tit. Que mientras*, ait, *ſe celebran los Diuinos Oficios, no entre ſeglar en el coro, no ſiendo Oidor.* Quamuis quoad alia quam plura Regna cenſuerit Sacra Rituum Congregatio 4. *Februarij* 1600. 21. *eiuſdem* 1608. *&* 24. *Octobris* 1609. Magiſtratibus non licere, proprias Dignitatum & Canonicorum † ſedes ſeu ſtalla in Choro occupare, licet aliquando eiſdem fuerit permiſſum; de quibus agunt Sell. *in ſelect. Canonic.*

cap.

cap. 81. *num.* 26. Barbos. *in summ. decisionum Apostolicarum, collectan.* 460. *num.* 3. *& in collectan. Bullar.* verbo *Magistratus*, §. 2. vide Domin. Villarroel *vbi suprà, part.* 2. *quæst.* 11. *artic.* 3. *numer.* 56. *& sequenti.*

Hinc obserua, satis indecorum esse, & omninò auertendum & fugiendum,
50 Diuina † perturbare, & dum ea celebrantur, inutiles sermones ac discursus in loco Sacro instituere & prosequi, *leg. Si quis in hoc genus* 10. *in princ.* vbi gloss. verbo *cultui*, iunct. *Auth. Sed non iure*, §. 1. illic: *Sed si Sacra ministeria turbauerit, vel celebrari prohibuerit, capite puniatur, Codic. de Episcop. & Cleric.* vbi Barbos. optim. text. *in cap. Decet* 2. *de immunitat. Ecclesiarum, in* 6. ibi: *Nullus in lo-*
